UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1847

Urkunden.

urn:nbn:de:hbz:466:1-54048

Visual Library

Urkunden.

I. König Otto bestätigt dem Kloster zu Magdeburg seine Besitzungen, worunter namentlich auch ein Antheil an der Zehnthebung aus dem Havellande begriffen ist, am 21. Sept. 937.

In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis. Otto, diuina fauente clementia Rex. Nouerint omnes fideles nostri praesentes scilicet et futuri, qualiter nos ob amorem dei omniumque sanctorum in loco magdeburch nominato aeccleſiam construere studuimus sanctorum martyrum Mauricii, innocentii sociorumque eorum patrociniis intereſſe illorumque obsequia, quantum suppetit humanitas, inibi ut agantur cupientes. Ad eosdem uero sanctos et ad usum nutrimentumque congregationis illic eis seruientis, ob memoriam patris nostri et pro remedio animae ipsius uenerandaeque matris nostrae, nostrique et conjugis nostrae, cuius et praedictus locus dos fuit, et prolis nostrae omniumque debitorum nostrorum nec non et rodulfi regis, qui nobis sanctum tradidit innocentium, consiliantibus nobis episcopis, qui tunc in praesenti erant, friderico uidelicet et adaldago archiepiscopis, baldarico, thiethardo, ebergiso. amalrico, odolrico, burchardo, bernardo, amalungo, res nostrae proprietatis, quae subnotantur, in proprium damus: In pago northuringa, in comitatu thietmari, in magdeburch curtem nostram cum aedificio et territorium illuc pertinens cum omnibus locis ex occidentali parte albis fluminis ad eandem ciuitatem pertinentibus uel seruientibus, cuiuscunque sint beneficia, hoc est fridermarefleba, praetalitze, buchuni, frosa, Rothardestorp, hartaradestorp, liemundestorp, thietherisdorf, ottersleba, osteruuettinga, fuldorf, imenuuettinga, iscatesdorf, dudulon, uuatenesuueg, inandesleba, witherichesdorf, winidischenburch, bizzinici, lebolfdor trumpice, IIII^{or} hobas in ualedorf et quicquid ad praefatum locum pertinens habuimus ex aquilonali parte horaha fluminis in locis ita nominatis: mosan, pelinizi, dudizi, wzoboro, velbpuchi, zelici, et in comitatu geronis in bigera III familias litorum (sic) et in comitatu criftani in grimheresleba XII familias sclauorum et omnis census et uenundationis adquisitionisque decimam in mortsani et ligzice et heueldun praefatae congregationi concedimus et liceat ut in eis et ligna et herbae in usus sint et porci saginentur. Omnes praefatorum locorum familias cum cunctis ad has iure pertinentibus manicipiis, aedificiis, agris, pratis, pascuis, siluis, aquis aquarumue decursibus, molendinis, piscationibus et reditibus quesitis et inquirendis iure perenni in proprium damus et condonauimus eidem congregationi, ut familiae eorum coram nullo nisi advocato eorum iusticiam secularem cogantur agere et nulli, nisi eidem congregationi seruiant et illa nisi deo et sanctis nisi singulis annis tantum regi unum caballum, scutum et lanceam uel duas crusinas dent ut sciant in mundiburdio regis se esse. Electionem eis concessimus abbatem inter se eligendi et advocatum quemcunque uelint, abbatem tamen dignum. Et ut haec nostrae traditionis auctoritas plena uigeat firmitate, iussimus hoc praeceptum conscribi, per quod sancimus, ut nullus successor uel heredum nostrorum temere illud praesumat infringere et si ullus homo in eisdem rebus aliquid iniuriae facere praesumpserit, summi iudicis uindictae subiaceat, iram praenominatorum martyrum incurrat. Et

ut hoc a fidelibus noſtris uerius credatur, manu noſtra ſubtus illud firmauimus et anulo noſtro ſignari praecepimus. Poppo cancellarius ad uicem friderici archicapellani recognoui.

Signum domini ottonis inuictiſſimi Regis.

Datum XI. kal. octobr. anno dominicae incarnationis DCCCCXXXVII°. Indict. XI. Anno uero piiſſimi regis ottonis II°. Actum in magdeburch, ciuitate in dei nomine feliciter amen.

Aus dem Liber priuilegiorum S. Mavricii in Magd. fol. 28. Vgl. Meibom. I, 741. III, 290 Beyſen h. Mag. I, 73. — Dieſe Verleihung wurde in Abſicht des omnis cenſus et uenundationis et acquiſitionis decimam in den 3 Gauen in einer anderweiten Urkunde des Königs Dat v. Id. Octobr. — Act. in Toremburg, wörtlich wiederholt. Beyſen, a. a. O. I, 76. Orig. Guelf. IV, 562.

II. König Otto I. gründet das Bisthum Brandenburg, am 1. October 949.

In nomine Sancte et Individue Trinitatis. Otto, divina providente clementia Rex. Quoniam quidem propagandae fidei amplificandaeque religioni chriſtianae cunctos indulgere fideliter opere precium novimus, conſultu Marini, venerabilis preſulis, romanae legati eccleſiae, nec non Fridurici ac Adaldagi, archiepiſcoporum, aliorumque epiſcoporum complurium et cari fratris noſtri Brunonis procerumque noſtrorum precipueque Geronis, dilecti ducis ac marchionis noſtri, in praedio noſtro, in marchia illius ſito, in terra Slavorum, in pago Heveldun, in civitate Brendunburg, in honore domini ac ſalvatoris noſtri ſanctique Petri, apoſtolorum principis, epiſcopalem conſtituimus ſedem, preferentes ei religioſum preſulem Thiatmarum, eidemque conferen- eccleſiae dimidiam partem praedictae civitatis aquilonalem et dimidiam partem inſulae totius ſeptentrionalem, in qua civitas eadem habetur conſtructa, dimidiamque partem omnium villarum illuc pertinentium, duas inſuper integre civitates cum omnibus ſuis appenditiis, Pricervi et Ezeri nominatas. Preterea determinavimus prememoratae ſedis parroechiae provintias infra nominatas: Moraciani, Ciervifti, Ploni, Zpriauuani, Heveldun, Vuucri, Riaciani, Zamcici, Daſſia, Lufici: Terminum vero eidem parroechiae conſtituimus orientem verſus ad flumen Odera et occidentem ac auſtrum verſus usque ad Albiam flumen, ad aquilonem vero usque ad fines provintiarum ſupra nominatarum: Vuucri, Riaciani, Daſſia, omnem itaque ſupradictarum decimationem provintiarum predictae tradentes eccleſiae, excepta civitatum ſubtus nominatarum: Bidrizi, Guntmiri, Pechovi, Mokrianici, Burg, Grabo, Ciertuvi et villarum ad has civitates jure pertinentium, quam ad uſum monachorum in monaſterio Magadaburg a nobis in honore Sancti Mauricii Sanctique Innocentii conſtructo, epiſcopi videlicet conſenſu, praedicti Thiatmari, venerabilis viri, donavimus, deliberantes tamen, praelibatae epiſcopo eccleſiae ſingulis annis tempore praedicationis et confirmationis ſervitium impendi ab abbate Magdaburgenſis monaſterii, in tribus vero locis, Bidrici, Burg ſcilicet et Mocranici, in unoquoque eorum tres medones duasque cerviſas, ſex modios tritici, duos porcellos, duas anſeres, decem gallinas, ſex quoque friſſingos et ſex carradas annone paſtui equorum. Et ut haec noſtra traditio inconvulſa firmitate per omnia ſuccedentium curricula temporum inviolabilisque permaneat, juſſimus jam ſaepedicto Thiatmaro antiſtiti hoc preſens conſcribi preceptum, manu noſtra ſubtus firmatum anulique noſtri impreſſione roboratum.

Signum domini Ottonis ⟨⟩ ſereniſſimi regis.
Brun, cancellarius, ad vicem
Friderici, archicappellani recognovi.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Data Kal. Octobris Anno incarnationis domini noſtri Jheſu Chriſti DCCCCXLVIIII. indictione VI anno vero regni domini Ottonis, invictiſſimi regis, XIIImo. Actum Magadaburg, in dei nomine feliciter. Amen.

Nach dem Originale. Aeußere Aufſchrift: Privilegium Magni et Primi Ottonis de Brandeburg.

III. Kaiſer Otto I. ſchenkt dem Stifte des h. Moritz in Magdeburg den Honigzehnten aus mehreren Gauen mit Ausnahme deſſen, was den Heiligen in Brandenburg bereits verliehen worden, am 28. Juli 965.

In nomine ſanctae et individuae Trinitatis. Otto, divina favente clementia Imperator Auguſtus. Si ſanctis ac venerabilibus locis beneficia noſtrae clementiae largimus, procul dubio praeſentis vitae et aeternae ſublementum adipiſci non dubitamus. Idcirco omnium ſanctae eccleſiae fidelium noſtrorumque praeſentium ſcilicet ac futurorum noverit induſtria, qualiter nos pro amore dei animaeque noſtrae remedio noſtrorumque parentum ad ecclefiam ſancti Mauritii in Magadaburg et coenobio fratrum in eodem loco deo ſanctoque Mauritio devote famulantibus, donavimus omnem cenſum mellis noſtrae Imperali auctoritate pertinentem, in pago neletici in comitatu Bilingi comitis et in pagis, qui dicuntur ſiuſilli et plonim totam decimam mellis ſeu ad noſtram manum illam habuiſſemus ſive alicui in beneficium conceſſum fuiſſet, ſimiliter in pagis ita nuncupatis nicciti et ſpreuuae ex utraque fluminis parte, qui dicitur Sprenua, nec non et in lufici atqui mrocini, et ex utraque parte fluminis, quod dicitur milda omnem decimam mellis noſtrae Imperali autoritate pertinentem, ſeu ad noſtram manum illam habuiſſemus ſive alicui in heneficium conceſſum fuiſſet, excepto quam nos pro remedio animae noſtrae Sanctis, qui ſunt in Brandenburg, conceſſimus. Inſuper etiam de urbibus ita nuncupatis Bridowi, mocornic, Cirtuua, burg, Grabouua, Tuchen, Bucounici totam decimam ſeu ad noſtram illam habuiſſemus, ſive alicui in beneficium conceſſum fuiſſet, mellis ex noſtro jure et dominio in jus ſanctae Eccleſiae almi martiris Chriſti Mauritii atque ad utilitatem fratrum ibidem Deo ſanctoque Mauritio famulantium, donavimus ut habeant, teneant, firmiterque poſſideant, et ſuis ut libuerit uſibus adjungant. Et ut haec noſtrae auctoritatis domatio omni tempore firma ſtabilisque permaneat, juſſimus inde hoc praeſens praeceptum conſcribi, annullique noſtri impreſſione ſigillari manu propria ſubtus firmavimus. Data V. Kal. Aug. An. Dom. incarn. DCCCCLX. V. Indict. VIII, anno regni Otton. XXX, Imperii autem IIII. Actum Waluhuſon, in domino feliciter, Amen.

Nach Lünig's Reichs-Archiv Bd. 10 S. 347. Vgl. andere Abdrücke in den Orig. Guelfic. IV, 557 u. Leuber 1604.

IV. Papſt Johann XII. genehmigt nach Beſiegung und Bekehrung der Wenden die Verwandlung der Klöſter zu Magdeburg und Merſeburg in Biſthümer und die Unterordnung der in den Wendenlanden zu errichtenden Biſthümer unter die Aufſicht des erſtern, im März 962.

Johannes epiſcopus, ſeruus ſeruorum dei, reuerentiſſimis (ſic) confratribus archiepiſcopis epiſcopis, abbatibus, monachis, primatibus, cuncto clero et populo in ſaxonia, gallia, germania, bauuaria

conſtitutis. Quociens ad prouectum nouae criſtianitatis conceſſionis firmitatisque priuilegium a ſancta romana aeccleſia, cui deo auctore deſeruimus, expoſcitur, totiens omni diligentia omnique amore inpertiri opere precium duximus, ne quod erga pia deſideria propenſius inpendi conuenit callidi hoſtis inuidia ob deſidiam indeſinenter ſubripiat. Totis ergo uiribus cariſſimi confratres certandum eſt, ut criſtianitatem, quam deus omnipotens per ſeruos ſuos coeleſti tropheo cotidie extendit et prouehit, noſtro quoque per eum adiutorio in eodem ſolidetur et maneat. Ne uero dei operante clementia cariſſimus et criſtianiſſimus filius noſter rex otto deuictis barbaris gentibus, auaribus ſcilicet ceterisque quampluribus, ut ad defenſionem ſanctae dei aeccleſiae triumphalem uictoriae in imperii culmen per nos a beato petro apoſtolorum principe ſuſciperet coronam, ſummam et univerſalem, cui deo auctore praeſidemus, adiit ſedem, Quem paterno affectu ſuſcipientes ad defenſionem ſanctae dei aeccleſiae in imperatorem cum beati petri apoſtoli benedictione unximus: Cumque in aeccleſia beati petri apoſtoli de ſtatu et regimine totius criſtianitatis tractantes, quae utilia ſunt, utiliter ſecundum deum tractarentur, praefatus piiſſimus imperator Otto, qualiter ſclauos, quos ipſe deuicit, in catholica fide nouiter fundauerat, noſtrae paternitati innotuit, deprecans et obnixe poſtulans, ne oues, quas ipſe criſto adquiſiuerat, ob paſtoris defectionem, antiqui ſerpentis uerſutia dampnarentur. Ad hanc itaque petitionem aſſenſum fratres cariſſimi merito praebuimus. Totis ergo medullis cordis, prout dignum eſt, ut nouella plantatio ſuper uerticem montis in petra, quae criſtus eſt, fundetur intendamus. Dabit uires, qui neminem uult perire. Cuius annuente clementia uolumus et per hanc priuilegii paginam iubemus, ut magdaburgenſe monaſterium, in regno ſaxonum iuxta albiam conſtructum, quod praelibatus ſanctiſſimus imperator ob nouam criſtianitatem conſtruxit, quia uicinius id locorum gentibus eſt, in epiſcopalem transferatur ſedem, quae per ſubditos ſuffraganeos totam dei gregem regere et gubernare ualeat. Uolumus et per hanc priuilegii paginam iubemus, ut merſeburgenſe monaſterium, quod ipſe piiſſimus imperator, quando ungros proſtrauit, futurum dei deuouit, in epiſcopalem debeatur ſedem, quae Magdaburgenſi ſit ſubdita ſedi. Et quia tot gentes ſub uno paſtore regi minime poſſunt, volumus et per noſtrae auctoritatis priuilegium cenſemus, ut cenſum et decimationem omnium gentium, quas praedictus piiſſimus imperator baptizauit, uel per eum ſuumque filium aequiuocum regem ſucceſſoresque eorum deo annuente baptizandae ſunt, ipſi ſucceſſoresque eorum poteſtatem habeant diſtribuendi, ſubdendi Magdaburgenſi, Merſeburgenſi uel cuicunque uelint futurae unicuique ſedi. Volumus etiam, cariſſimi confratres, et ex beati petri iuſſione apoſtoli praecipimus, vt moguntienſis, treuerenſis, colonienſis, ſalfaburgenſis, hamaburgenſis aeccleſiae archiepraeſules Magdaburgenſis monaſterii in archiepiſcopalem et Merſeburgenſis in epiſcopalem translationis ſedem, totis cordis corporisque uiribus conſentanei fautoresque perſiſtant. Cum uero omnipotens deus per praetaxatum ſeruum ſuum, inuictiſſimum imperatorem ſuumque filium regem ſucceſſoresque eorum uicinam ſclauorum gentem ad cultum criſtianae fidei perduxerit, per eosdem in conuenientibus locis ſecundum oportunitatem epiſcopatus conſtitui et in eisdem per conſenſum praedictorum quinque archipraeſulum ſucceſſorumque eorum ab archiepiſcopo magdaburgenſi epiſcopos conſecrari uolumus ſuffraganeos. Sed tamen ſi praefati filii noſtri piiſſimi imperatoris ſuique filii aequiuoci regis ſucceſſores eorum ſtatuta frangere temptauerint aut praedictarum aeccleſiarum ceterorumque praeſules ſucceſſoresque eorum magdaburgenſi archiepiſcopo ſuisque ſuffraganeis ſucceſſoribusque eorum adiutores conſentaneique non fuerint, anathematis mucrone feriantur ſummoque retributore dampnationem ſine fine recipiant. Omnipotens itaque deus ſereniſſimo imperatori Ottoni ſuoque nato regi equiuoco ſpiritalibus filiis noſtris longeuam tribuat uitam, quatinus in hoc ſeculo tranquille uiuentes in futuro immarceſcibili gloria percipiant palmam. Scriptum per manum leonis, ſcrinarii ſancte ſedis apoſtolicae, in

menſe Febr. indictione quinta. Bene valete. Datum pridie jdus februarii per manum georgii, ſecundicerii ſancte ſedis apoſtolicae, anno deo propicio pontificatus domini johannis ſummi pontificis et uniuerſalis duodecimi papae ſeptimo, ſed imperante domino piiſſimo auguſto ottone, a deo coronato magno imperatore, anno primo, in menſe et indictione factum quinta.

Aus dem Liber priuilegiorum S. Mavricii in Magd. fol. 8.

Anm. Die vorſtehende mehrfach, namentlich in Boyſen, Magazin I, 124 und Lünig's Reichsarchiv XVI, 2, 14, abgedruckte Urkunde, iſt meiſtens mit ſo unrichtiger Bezeichnung des Datums abgedruckt, daß dies die größte Unbeſtimmtheit des Zeitpunkts der Gründung des Erzbisthumes Magdeburg herbeigeführt hat. Gewöhnlich wird die Urkunde in das Jahr 968 geſetzt (vgl. von Raumer Regeſten S. 49), während ſie nach dem obigen, einem durchaus unverdächtigen alten Copialbuche entnommenen Abdrucke, ohne Zweifel dem Jahre 963 angehört. Es durfte daher ein Wiederabdruck der Urkunde nach dieſem Copialbuche zweckmäßig erſcheinen.

V. Papſt Johann XIII. bekundet den Beſchluß der Synode zu Ravenna, nach welchem zu Magdeburg ein Erzbisthum errichtet und demſelben die Biſchöfe der neubekehrten Wendenlande, namentlich die Biſchöfe von Brandenburg und Havelberg, als Suffragane untergeben worden, im April 967.

Johannes, ſeruus ſeruorum dei, epiſcopus urbis romae, archiepiſcopis, epiſcopis et cunctis timentibus deum omnique cetui criſtianorum notum eſſe uolumus, qualiter inſpirante ſancto ſpiritu meritisque apoſtolorum principis petri et uaſe electionis ſanctiſſimi pauli ac milia milium martirum criſti, roma caput totius mundi et aeccleſia uniuerſalis, ab iniquis pene peſſudata, a domno ottone auguſto inperatore a deo coronato ceſare magno et ter benedicto anno apoſtolatus noſtri ſecundo ipſiusque prenominati noſtri ſpiritualis filii ſanctiſſimi inperii ſexto, erepta eſt et in priſtinum honorem omni reuerentia redacta. Ipſo namque anno una nobiscum fauente et conſentiente inuictiſſimo praedicto inperatore acta eſt magna ſinodus rauenne, duodecima kalendas magii (ſic), Conuenientibus archiepiſcopis et epiſcopis circumquaque ex omni italia, reſidentibus nobis in aeccleſia beati ſeueri confeſſoris criſti et ibi ſtatutis omnibus rebus aeccleſiaſticis ſecundum ſtatuta canonum et decreta anteceſſorum noſtrorum, idem ſanctiſſimus inperator ardentiſſimo coepit amore perquirere, quomodo noſtra apoſtolica auctoritate a primordio nomen criſtianitatis in aquilonaribus partibus dilataretur. Nos uero eius animum in dei ſeruicio ita mirifice detentum mirantes coniuere ei dignum duximus ſtatuentes praeſente et conſentiente ſancta ſinodo et ipſo inperatore, ut Magdaburch ſita iuxta albiam fluuium, ubi ipſe a deo benedictus inperator corpus ſancti Mauricii cum multis martiribus collocauerat et mire magnitudinis aeccleſiam conſtruxerat, deinceps metropolis ſit et nominetur, auctoritate beati petri apoſtolorum principis et ea, qua praedeceſſores noſtri conſtantinopolim ſtatuerunt, ideo quia filius noſter ſepe iam nominatus otto omnium auguſtorum auguſtiſſimus inperator tercius poſt conſtantinum maxime romanam aeccleſiam exaltauit, conceſſimus ut non poſterior ſit caeteris urbibus metropolitanis ſed cum primis prima et cum antiquis antiqua inconuulſa permaneat. Suffraganeos uero eidem metropoli omnes unanimiter praeordinauimus brandeburgenſem epiſcopum et hauelbergenſem, his iunctis quibuscunque inperator uoluerit in urbe Magdaburch archiepiſcopus conſecretur. Poſtea uero idem archiepiſcopus et ſucceſſores eius habeant poteſtatem per congrua loca, ubi per illorum

praedicationem criſtianitas creuerit, epiſcopos ordinare, nominatim nunc et praeſentialiter merſeburc, cici et miſni; a praeſenti decima indictione perpetualiter confirmamus permanendum, ſtatuentes apoſtolica cenſura ſub diuini iudicii obteſtatione et anathematis interdictionibus, nulli licere noſtrorum ſucceſſorum atque pontificum uel alii cuilibet perſonae, haec quae a nobis pia intentione ſtatuta ſunt, in quoquam conuellere, ſed potius firma ſtabilitate inconuulſa manere diffinimus. Si quis autem quod credimus temerario auſu contra hoc noſtrum apoſtolicum agere praeſumpſerit decretum, ſciat ſe anathematis uinculis innodatum et a regno dei alienum et cum impiis aeterno ſupplicio deputatum. At uero qui pio amore obſeruator huius noſtri priuilegii exſtiterit, benedictionem a miſericordiſſimo domino deo noſtro conſequi mereatur et uitae aeternae particeps atque cum ſanctis omnibus ſine fine letetur. Scriptum per manum ſtephani, notarii regionarii et ſcriniarii ſanctae romanae aeccleſiae, in menſe aprilis et indictione decima.

Johannes, ſanctae catholicae et apoſtolicae romanae aeccleſiae praeſul, huic decreto a nobis facto pro confirmatione ſubſcripſi.

Signum domini ottonis piiſſimi inperatoris.

Ego rodaldus, patriarcha ſanctae aquileienſis aeccleſiae, interfui, conſenſi et ſubſcripſi — et multi alii, ſicut in priuilegio poteſt uideri ſubſcripſerunt.

Aus dem Liber priuilegiorum S. Mavricii in Magd. fol. 9. — Dieſe Urkunde wird auch in das Jahr 970 geſetzt (von Raumer's Regeſten S. 52), aber gewiß mit Unrecht. Im März und April 967 befand ſich der Kaiſer nach mehreren Urkunden zu Ravenna. Böhmer, Reg. 17. 18.

VI. Papſt Johann XIII. bekleidet den Erzbiſchof Adelbert mit dem Pallium und unterwirft ihm die in den Slawenländern errichteten und zu errichtenden Bisthümer, am 23. Oct. 968.

Johannes epiſcopus, ſeruus ſeruorum dei, reuerentiſſimo (ſic) confratri noſtro adelberto ſancte magadeburgenſis aeccleſiae archiepiſcopo aeternam in domino ſalutem. Si paſtores ouium ſolem geluque pro gregis ſui cuſtodia die ac nocte ferre contenti ſunt, et ne qua eis aut errando pereat aut ferinis laniata morſibus rapiatur oculis ſemper uigilantibus circum ſpectant, quanto ſudore quantaque cura debemus ſemper eſſe peruigiles nos qui paſtores animarum dicimur? Attendamus et ſuſceptum officium exhibere erga cuſtodiam dominicarum ouium non ceſſemus, ne in die diuini examinis propter deſideria noſtra ante ſummum paſtorem negligentiae reatus excruciet unde modo honoris reuerentia ſublimiores inter ceteros iudicamur. Igitur quia glorioſiſſimus ſpiritualis otto imperator auguſtus ciuitatem, quam magadaburg dicunt, in confinio ſaxonum et ſclauorum, in ripa fluminis albie, in parochia ſcilicet halberſtatenſis epiſcopii fundauit et aeccleſiam inibi conſtruxit, canonicos conſtituit, ad quorum ſubſidium fatis contulit et innumeram multitudinem ſclauorum ad diuinae religionis cultum conduxit, Confratres hatto ſanctae maguncienſis aeccleſiae archiepiſcopus et hildiuuardus halberſtatenſis aeccleſiae epiſcopus et comprouinciales epiſcopi, ſicut per conſentaneas et petitorias litteras, ab ipſis propriis manibus roboratas, quae in praeſentia noſtra ante corpus beati petri apoſtoli relectae ſunt, didicimus, in praedicta magadaburgenſi ciuitate archiepiſcopalem ſedem, priuilegio apoſtolicae ſedis, ſtatui ordinauerunt, quae ultra albiam et ſalam in congruentibus locis ſubiectos epiſcopos, qui nunc ordinati ſunt et ordinandi futuris poſtea temporibus erunt habeat, noſtro poſt deum iudicio qualiter eadem archiepiſcopalis ſedes ordinari debeat

deliberandum praecantes, ne per inuidiam fidei tanta ſclauorum plebs, deo nouiter acquiſita, callidi hoſtis, quod abſit, rapiatur inſidiis; Vnde quia confrater et coepiſcope noſter clerus et populus ſancte magdaburgenſis aeccleſiae te olim ad gentes miſſum ad archiepiſcopalem ſedem promoueri et eidem ſedi inthronizari queris, ſicut bonae memoriae praedeceſſorem noſtrum zachariam papam beatum bonifacium ad gentes deſtinatum aeccleſiae mogoncienſi inthronizaſſe ſciunt, religioſis deſideriis nichil tarditatis inpendo, ſed priuilegio noſtrae auctoritatis dignum te eſſe archiepiſcopum iudico. Vnde quia ad hoc agendum ad apoſtolicam ipſe ueniſti, pro amore beatorum Mauricii et innocentii et eorum ſanctorum, qui magadaburg requieſcunt, et praedicti ſpiritualis filii noſtri ottonis imperatoris auguſti peticione, qui eiusdem aeccleſiae auctor et fundator eſt, et quia ad profectum criſtianae religionis et innumeri populi ſalutem ualere ſcimus, ipſi pallium tibi ad miſſarum ſollempnia celebranda damus, ipſi nimia dilectione commoti circa te ponimus, et eo te ſicut archiepiſcopum mogontienſem et treuerenſem uti concedimus, Praeterea ſtatutis his diebus, in natali domini, epiphaniae, reſurrectionis domini aſcenſionis, pentecoſtes, nataliciis apoſtolorum, ſancti laurentii et feſtiuitate ſanctae uirginis mariae et eorum ſanctorum, qui magadaburg requieſcunt et in conſecratione ſuffraganeorum tuorum epiſcoporum et dedicationibus aeccleſiarum et in die natalicii tui et ita tuis in poſterum ſucceſſoribus ex auctoritate apoſtolicae ſedis praeſenti priuilegio concedimus et confirmamus, ita tamen, ut unusquisque, qui pro tempore fuerit ab apoſtolica ſede ſecundum morem illud recipiant. Itaque uita tua filiis tuis ſit regula, in ipſa ſi qua torcitudo (ſic) illis iniecta eſt dirigantur, in ea quod imitentur aſpiciant, in ipſa ſe ſemper conſiderando proficiant ut tuum poſt deum uideatur eſſe bene quod uixerint. Cor ergo neque proſpera quae temporaliter blandiuntur extollant, neque aduerſa deiciant, ſed quicquid illud fuerit uirtute pacientiae deuincatur: nullum fauor indiſcretus (ſic) inueniat, diſtrictum mali cognoſcant, inſontem apud te culpabilem ſuggeſtio mala non faciat, nocentem gracia non excuſet. Sancta trinitas fraternitatem ueſtram graciae ſuae protectione circumdet atque ita in timoris ſui uia nos dirigat ut poſt uite huius amaritudinem ad aeternam ſimul peruenire mereamur dulcedinem. Scriptum per manum ſtephani notarii regionarii et ſcriniarii ſancte ſedis apoſtolicae in menſe octobrio (ſic) et indictione duodecima. Bene valete. Datum quinto decimo kal. nouembrio per manum widonis epiſcopi ſanctae ſiluae candidae aeccleſiae et bibliothecarii ſanctae ſedis apoſtolicae, anno deo propicio pontificatus domini iohannis ſummi pontificis et uniuerſalis XIII pp. in ſacratiſſima ſede beati Petri quarto, Imperante domino noſtro auguſto ottone a deo coronato magno imperatore anno VII, filioque eius anno primo, indictione XII., Dominicae incarnacionis D. CCCC. LXVIII anno.

Nach dem Liber priuilegiorum f. Mavricii in Magdeburg fol. 1 u. 2. — Zu vgl. Leuckfeld, Antiq. Halb 653. — Lünig's Reichs-Archiv XVI, 2, 16. — Boyſen, Magazin I, 136.

VII. Fragment einer päpſtlichen Beſtätigung des Erzbisthumes Magdeburg, mit eingeſchalteter Relation über deſſen Stiftung.

Quoniam a deo eiusque dilecto ſectatore ſancto petro principe apoſtolorum, cuius ſede et uice indigni fungimur, ante alios fratres noſtros noſtri ſcilicet nominis epiſcopos poteſtatem accepimus roborandi & defendendi aeccleſias per totum orbem longe lateque diffuſas, maxime autem eas, quae ſedis romanae ſcilicet aeccleſiae mundiburdio ſpecialiter ſubiacent; Idcirco omnibus fidelibus criſti notum eſſe

uolumus qualiter primus et maximus ottonum, otto uidelicet bone memorie imperator auguſtus, magadeburg aeccleſiae ciuitatem ſuper ripam albiae fluminis, in parrochia haluerſtadenſis aeccleſiae ſitam, propter tocius ultra montanae aeccleſiae utilitatem a fundamento conſtruxit eamque eo usque promouit, ut inibi congregata maxima multitudine clericorum et laicorum, aeccleſiam in honore beati principis apoſtolorum petri & ſanctorum martirum Mavricii et innocencii, quorum corpora cum maxima parte legionis eiusdem illuc tranſtulit conſecrari praeciperet. Creſcente autem in his finibus criſtiana religione cum promocione ſupradictae ciuitatis a piiſſimo ottone decretum eſt, ut ultra fluuios albiam et ſalam et odoram in ciuitatibus, in quibus olim barbarici ritus maxima ingruit ſuperſtitio, quarum nomina ſunt haec: Citizi, Miſni, Merſeburg, Brandeburg, Hauelbergan, Poznani, in honore ſancti ſaluatoris domini noſtri iheſu criſti epiſcopia fundarentur, quod et diuina fauente clemencia ita peractum eſt. Paſtoribus ergo predictarum ciuitatum non habentibus metropolitanum, ad quem ſecundum canonicam auctoritatem cum ſuis cauſis confluerent, ſereniſſimo imperatori, magno uidelicet ottoni cum omnium ſuorum optimatum conſenſu placuit, quatenus in ciuitate magadaburg, quia in pacatioribus partibus ſita, diuinae et humanae municionis copia cingebatur, ſi ullo modo parrochiae pertinentia ab hilliuuardo halberſtadenſis epiſcopo aeccleſiae eiusque metropolitano Hattone acquirere poſſet, archiepiſcopatum conſtrueret. Vnde factum eſt, ut poſt aliquot temporum interualla glorioſiſſimo imperatore in palatio rauennatis aeccleſiae pro communi fidelium ſtatu feliciter gubernando morante, Hatto Moguntinae aeccleſiae archipraeſul et hilliuuardus halberſtadenſis aeccleſiae uenerabilis epiſcopus illuc cum ſuis omnibus peruenirent, Quos ſanctiſſimus ceſar otto, quia prius ſecundum eccleſiaſticum morem pio predeceſſore noſtro iohanne, qui ſummi pontificatus monarchiam in his temporibus obtinebat, Magadaburgenſis loci archiepiſcopatum per conſenſum ſynodalis decreti ſtatuente atque confirmante ſubſcriptione epiſcoporum italiae, galliae, germaniae cum omni caritate ſuſcepit ea uidelicet ratione, ſi parrochiam imminentem a halberſtadenſis aeccleſiae epiſcopo accipere potuiſſet, cum petro rauennatis archiepiſcopo omnibusque comprouincialibus epiſcopis pro hoc placito finiendo conuenit. Itaque hilliuuardus epiſcopus cum conſenſu ſui metropolitani hattonis iuſtis petitionibus annuens bannum, decimationes totamque parrochiam ſuam, quae inter fluuios aram, albiam, ſalam et bodam et occidentales partes burguuardiorum, ad has ciuitates pertinentium ſita eſt, hoc eſt undesburg, wanzleua, haldesleua, in manus imperatoris et epiſcoporum ad edificationem Magdaburgenſis archipiſcopatus tradidit atque conceſſit. Quo finito imperator cum omni maturitate romam ueniens ac athelbertum epiſcopum inprimis rugorum prouinciae deſtinatum, non ſua autem ignauia ſed illorum nequitia depulſum, quam quidem ſcientia, ſanctitate uitae morumque probitate nullum prorſus ei ſimilem inuenire potuit, a ſummo pontifice ad magadaburgenſem archiepiſcopatum ordinari praecepit, ea uidelicet ratione, ut idem archiepiſcopus, cum ſuis ſucceſſoribus et cum loco ſibi comiſſo mundiburdio ſancti petri ſuique uicarii perpetuo ſubiectus, poteſtatem haberet ſupra dictarum ciuitatum epiſcopos ordinare, itidem ſuis ſucceſſoribus uiciſſitudine exigente manibus ſuffraganeorum conſecrandis. Ex hac igitur conceſſione adalbertus primus ſanctae magadaburgenſis aeccleſiae archipraeſul Jordanem epiſcopum poznanenſis, Hugonem cicienſis, Burchardum miſnenſis, Boſonem merſeburgenſis, Dodilonem brandeburgenſis, Tudonem hauelbergenſis aeccleſiae conſecrauit. Ad haec praedeceſſor noſter uidelicet apoſtolicus adelberto archiepiſcopo tribuit poteſtatem ſuisque ſucceſſoribus, ut non niſi a romanae ſedis nuntio intronizandi ipſi tam in ſua aeccleſia, quam in aliis pro neceſſitate itineris ſtatutis diebus pallium portent, crucis ſignaculum ante ſe ferant cardinales presbiteros in ſua aeccleſia ordinent, quorum numerus duodenario compleatur, qui ad maximum altare miniſtrantes cotidie

dalmaticis et festis diebus sandaliis induantur, similiter et diaconos septem cardinales habere concessit, dalmaticis omnibus diebus excepto ieiunio festis autem utentes sandaliis. Insuper archiepiscopum magadaburgensem inter cardinales episcopos nostre sedis consortium habere et per omnia archiepiscopis treuerensi colonienti, moguntiensi equalem esse permisit. Quo facto imperator desiderio potitus adelbertum archiepiscopum cum priuilegio et nichilominus praeceptis suae imaginis in omnibus tam proprietatibus quam comitatibus eorum roboraturum archiepiscopatum direxit. Vnde oportet ut nos diuina inspiratione et tanta geminae confirmationis auctoritate commoniti loco nostro mundiburdio subiecto prouideamus nunc et in posterum. Exinde et apostolica auctoritate eundem archiepiscopum cum omnibus pertinentiis suis, que sunt in quesitis seu etiam in quirendis sigillo nostrae imaginis ac banni nostri praeceptione firmamus atque roboramus. Et si aliquis temerarius archiepiscopum eius loci inquietauerit seu proprietates distraxerit, nostra praeceptione uiolata, in die iudicii sciat se diuinae ultioni subiacere.

Nach dem Liber priuilegiorum S. Mavricii in Magd. fol. 3.

VIII. Papst Johann XIII. ermächtigt den Erzbischof Adelbert von Magdeburg, den Bischöfen jenseits der Elbe und Sale ihre Diöcesen einzutheilen und verordnet, daß der Erzbischof von Magdeburg künftig sowohl die Suffragane weihen, als selbst von diesen geweiht werden soll, im October 968.

Johannes, seruus seruorum dei, carissimo confratri nostro adelberto, sanctae Magadaburgensis aeccleſiae archiepraesuli, in domino aeternam salutem. Ita te frater carissime et coepiscope noster uita mores tui hactenus idoneum reddidere, ut multa tibi credere plura etiam committere sicut bono dispensatori non hesitem. Igitur quia ad pastorale culmen plebis tuae et comprouincialium tuorum et nostra post diuinam te auctoritas promouit et quia tanta sclauorum plebs ultra fluuios albiam scilicet et salam, deo nouiter adquisita paucis pastoribus minime tueri potest, qualiter episcopis tuae sedi subiectis parrochias rationaliter et congrue diuidas & distribuas tuae dispensationis et discretionis examini committo et hoc sereniſſimi spiritualis filii nostri Ottonis imperatoris augusti, qui eiusdem tuae aeccleſiae fundator & auctor est cura, diligentia et iudicio fieri per praesentis priuilegii munimen statuo & confirmo. Sit ergo ab apostolica sede, cui deo auctore praesideo, aeccleſiae tuae conceſſum, ut ab eius rectoribus episcopi, qui ultra albiam et salam constituti et constituendi sunt, post futuris temporibus consecrentur et ipsi eiusdem tue scilicet aeccleſiae archiepiscopos, sicut pro tempore fuerint, consecrent, qui pallium secundum morem romanae aeccleſiae a nostra sede recipiant. Vnde, frater karissime, dilectionem tuam ammoneo et obtestor, ut omnino sis sollicitus, ne aliquid sibi commodi datio seu gratia uel quarumlibet supplicatio personarum in sacris ordinibus uendicet, sed ad hoc officium ille perducatur, quem morum grauitas commendat et uitae praeteritae actio. Oramus autem omnipotentem deum, ut sua te munitione circumagat et sacerdotum susceptum officium operibus inplere concedat. Actum per manum stephani, scinarii & bibliothecarii sanctae romanae aeccleſiae, in mense octobri, Indictione statutum duodecima.

Aus dem Liber priuilegiorum S. Mavricii in Magd. fol. 6.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

IX. Kaiser Otto II. bestätigt dem Erzbisthume Magdeburg die Schlösser Pechow, Gummern und Lozkow und den Zehnten in mehreren Provinzen, namentlich in Ploni und Heuoldo, am 5. Juni 973.

In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis otto diuina fauente clemencia imperator augustus. Quoniam regiae uel imperatoriae dignitatis officium auctoritate sua statum aecclesiarum dei corroborare, idcirco nos rogatu et admonitione genitricis nostrae dominae adalhedis, super statu sanctae magadaburgensis aecclesiae sollicite cogitantes, ob memoriam et remedium animae piissimi genitoris nostri domini ottonis, qui eam in honore sanctorum apostolorum petri et pauli et sancti mauricii martyris a fundamento construxit, auctoritatis nostrae priuilegiis seu decretis munire decreuimus, ut in eo dignitatis uel excellentiae uigore, quo idem excellentissimus noster genitor illam sublimauit, permaneat nec in aliquo liberalitatis uel munificentiarum ab illo sibi collatarum quiddam detrimenti patiatur, certissime uolumus. Praedia etiam et territoria seu aedificia uel mancipia seu quaecunque donaria quibuscunque regni nostri partibus eidem aecclesiae ab eo collata cuiuscunque sint beneficia uel iam in eiusdem habeantur aecclesiae uestitura, nostra iterum auctoritate roboramus et ne ab aliquo uel infirmentur siue minuantur omnimodo iubemus. Castella siue municipia in orientali parte albiae fluminis sita pechoue scilicet gummere et lozcoue [1]), cum omnibus appendiciis et utilitatibus suis, sicut ipse piissimus genitor noster sancto mauricio munificentissime optulit, nos quoque auctoritatis nostrae praecepto eidem aecclesiae roboramus et confirmamus omnemque decimam mellis siue acquisitionis siue uenundationis in prouinciis siue pagis subnominatis hoc est siusle [2]), citice, Sirmuniti [3]), cholidici [4]), neletiki iuxta mildam flumen, nikike [5]) in quo belgora, paruum neletiki ubi turguo stat [6]), citice iuxsta albiam, chuntici, in quo brolo (übergeschrieben: vvolaboc) nikike [7]), cui comes hodo praeesse uidetur, zluuini, lusice, ploni, kiruisti, buchue [8]), nigenburg, zitoua [9]) et in toto morkeni totoque drenzile et heuoldo, sicut beatae memoriae genitor noster sancto mauricio liberaliter optulit, Nos quoque pro amore eius eidem aecclesiae offerimus, donamus et confirmamus et ne ab aliquo fidelium nostrorum, qui easdem regiones siue in beneficio uel in ministerium habent, eadem decima subtrahatur, hoc praesenti praecepto firmissimo inhibemus, sed archiepiscopo sanctae magdaburgensis aecclesiae haec supradicta omniaque a pio genitore nostro pro dei amore et remedio animae suae illuc oblata suis ut res aecclesiasticas iuxta libitum usibus adiungant. Et ut hoc auctoritatis nostrae praeceptum firmum et stabile permaneat, cartam hanc conscribi et anuli nostri impressione signari iussimus et manu propria subtus firmauimus. Datum non. Jun. Anno dominicae incarnationis DCCCCLXXIII. Indict. XIV. A. imperii domini ottonis serenissimi imperatoris augusti VII. Actum magadaburg.

Aus dem Liber priuilegiorum S. Mavricii in Magd. fol. 52. — Abdruck des Originales in Hoefer, Ehrhard und v. Medem, Zeitschrift für Archivkunde II, 350. Fehlerhaft in Voysen h. Magazin I, 109.

---

[1]) Original nach Hoefer: Loztoue. [2]) Hoefer: Siusli. [3]) Hoefer: Sirmunti. [4]) Hoefer: Cholidiki. [5]) Hoefer: Nidkike. [6]) Hoefer: Turguostat. [7]) Hoefer: Chuntici Uuolauki in quo Broto, Nidkike. [8]) Hoefer: Buchuue. [9]) Hoefer: Zizouua.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

X. König Heinrich II. nimmt das Brandenburger Bisthum in seinen besondern Schutz, am 27. October 1010.

In nomine sanctae et individuae Trinitatis. Heinricus, divina favente clementia rex. Divinae bonitatis clementia, quae nos ad culmen regiae majestatis evexit, ad hoc nos regnare voluit, ut subjectorum nobis populorum curam maximeque sacerdotum Christi congrua dispensatione adhibeamus, quorum orationibus et terrena credimus felicitate cumulari et aeternam quoque beatitudinem promereri. Hac quidem nos sollicita consideratione pensantes, dignum ducimus et salutiferum judicamus, ecclesias dei sub nostro regimine positas ac prefertim eas, quae ab iniquis hominibus opprimuntur, sub nostrae tuicionis munimine defendendas suscipere et earum paupertati regali munificentia subvenire. Proinde omnium fidelium nostrorum pateat industriae, qualiter nos pro dei amore nostraeque animae remedio ecclesiam Brandeburgensem, in honore beatissimi Petri, apostolorum principis, fundatam, sub nostri mundiburdii defensione suscepimus, concedentes ejusdem ecclesiae episcopo Wigoni suisque successoribus, ut habeant eandem libertatem, quam episcopi Saxonici habent, videlicet in eligendo advocatos in toto suo episcopatu, prout eis oportunum fuerit, habeantque liberam facultatem de decimis sui episcopatus, in provincia scilicet Heveldon et in aliis provinciis, ubicunque parrochia ejusdem episcopatus est, sicut sui antecessores tenuerunt, faciendi ad utilitatem supradictae ecclesiae, quicquid voluerint, omnium hominum regni nostri contradictione remota. Praecipientes itaque jubemus, ut nullus dux, marchio, comes, vicecomes vel aliquis reipublicae exactor preafatum episcopum aut suos successores de supra scriptis omnibus divestire, inquietare vel molestare presumat. Et ut hec nostrae corroborationis sive confirmationis auctoritas stabilis et inconvulsa omni permaneat tempore, hoc praeceptum inde conscriptum manu propria corroborantes sigilli nostri inpressione jussimus insignire.

Signum domini Heinrici, regis invictissimi.

Guntherus cancellarius vice Willigisii archicappellani notavit.

Data VI. Kal. Novembris indictione VIIII. anno dominice incarnationis millesimo X°, anno vero domini secundi Heinrici regnantis VIII. Actum publice Oskeresleuo feliciter. Amen.

Nach dem Originale. Aeußere Aufschrift: Privilegium secundi Heinrici regis de Brandeburg, in quo committit episcopis Brandeburgensibus ordinationem suorum advocatorum et decimarum.

XI. Kaiser Heinrich III. schenkt dem Brandenburger Bischofe mehrere Einkünfte und Rechtsame in Uhrsleben, am 19. März 1051.

In nomine sanctae et individuae Trinitatis. Hinricus, divina favente clemencia Romanorum imperator semper augustus. Si piis petitionibus fidelium nostrorum exorabiles aures impendimus ad stabilitatem nostri regni nostraeque vitae, immo animae nostrae profuturum esse, minime dubitamus; quapropter omnibus Christi nostrique fidelibus, tam futuris quam et presentibus, notum esse volumus, qualiter nos ob interventum et petitionem ejusdemque juge servitium Dancwardi, Brandeburgensis episcopi, eidem Dancwardo mercatum, monetam, theloneum, districtum cateraque omnia ad haec juste legaliterque pertinentia in loco Ursleue et in pago Nordthuringa et in comitatu Liuthere comitis sita, nostra imperiali authoritate concessimus, ea videlicet ratione, ut Danc-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

wardo epiſcopo praedicto ſuisque ſucceſſoribus neque dux neque comes aut vicecomes aut magna vel parva perſona hanc noſtram imperialem conceſſionem audeat moleſtare vel infringere aut ibi negotiantes inquietare. Et ut hec noſtra imperialis conceſſio nunc et in aevum ſtabilis et inconvulſa permaneat, hanc cartam inde conſcribi eamque manu propria, ut ſubtus videtur, corroborantes, ſigilli noſtri impreſſione juſſimus inſigniri. Acta XIIII°. Kl. April. indict. IV., anno dominicae incarnationis milleſimo L°. I°., anno autem domini Hinrici regis tercii, ſecundi imperatoris ejus ordinationis XXII°., regni XII°., imperii V°. Actum Spirae feliciter. Amen.

Signum domini Hinrici, regis invictiſſimi, ſecundi Romanorum imperatoris.
Winitherus, cancellarius, vice Bardonis archicancellarii recognovi.

Nach dem alten Copiario.

XII. Biſchof Ludolph von Brandenburg legt der Kirche unſerer Lieben Frauen zu Magdeburg über deren in ſeiner Diöceſe befindliche Beſitzungen die biſchöflichen Rechte bei. (Ohne Datum.) c. 1136.

Ludolfus, dei gratia Brandeburgenſis Epiſcopus eccleſie, fratribus noſtris tam futuris quam preſentibus Notum eſſe volumus, quod dilecto viro Wiggero, Eccleſie S. Marie Prepoſito, poteſtatem & auctoritatem concedimus, fratres ſuos tam laicos quam clericos diſponendi & vice noſtra regendi & omnimodam curam habendi non ſolum in villa, que dicitur Goſle*), prefate eccleſie beate Marie in Magdeburg iam collata, ſed et in aliis quibuslibet locis, vbivis in dioceſi noſtra eidem eccleſie conferendis ſiue quocunque modo iuſte aquirendis. Et ne quis hanc poteſtatem et auctoritatem a nobis conceſſam aut ignorare poſſit aut temerario auſu ſpernere preſumat, ſigilli noſtri impreſſione firmamus & epiſcopali auctoritate ratam ſemper eſſe mandamus non ſolum ipſi, ſed et ei, cui vice ſua curam eorundem fratrum commiſerit. Preterea etiam omnem decimationem in prefata villa Goſle et in cunctis ejus pertinentiis in uſus fratrum in eccleſia beate Marie in Magdeburg Deo concedimus et ut eam quiete ſemper & integre poſſideant precipimus.

Urkunde in dieſer Form ohne Datum aus dem Cod. Mſp. jur. civ. LXXVIII. der K. K. Hofbibliothek zu Wien (p. 22). Vgl. Ludewig Reliq. Manuſcr. II, 354.

XIII. Papſt Innocenz II. beſtätigt das ſchiedsrichterliche Erkenntniß des Biſchofs Anſelm von Havelberg über die Zehntfreiheit der Beſitzungen des heiligen Moritz in der Brandenburgiſchen Diöceſe, am 20. April 1139.

Innocentius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei Venerabili fratri Chunrado Magdeburgenſi Archiepiſcopo ejusque ſucceſſoribus canonice ſubſtituendis in perpetuum. Indignum eſt cum inter eas perſonas ſibi diſcordia locum invenit, a quibus debent pacis et concordiae bona procedere. Idcirco concordiam de decimis fundi Eccleſiae B. Mauritii, quae in Brandenburgenſi Eccleſia ſita

*) Al. Boſle.

eſt, inter venerabilem fratrem noſtrum Wigerum Brandenburgenſem Epiſcopum et dilectum filium noſtrum Gerardum Magdeburgenſem Praepoſitum ejusque ſocios vice tua in eadem cauſa fungentes in noſtro Lateranenſi pallatio Chartae et atramento duximus committenda. Statutum eſt enim, quod tu venerabilis frater Chunrade Archiepiſcope ac fratres tui Epiſcopo Brandenburgenſi et eccleſiae ſuae centum talenta Magdeburgenſis monetae et totidem manſos terrae in eodem Epiſcopatu, uti laudaverit venerabilis frater noſter Anſelmus Epiſcopus, et Gerardus Magdeburgenſis Praepoſitus, atque Arnoldus Abbas Bergenſis pro bono pacis dabitis atque tradetis, qui nimirum manſi tales exiſtant, quod unusquisque eorum pro cenſu duos ſolidos ſolvet, praeter alias utilitates, qui nihilominus praefati Epiſcopi uſibus cedent. In iſtis vero centum manſis villa Pecho connumerabitur, cum ſilvis, paſcuis, pratis, aquis aquarumque decurſibus infra terminos ejusdem villae, ſane cenſus ejusdem villae per viros fideles et timentes Deum computetur, et ſecundum juſtam numerationem de ſupra dictorum manſorum numero minuatur. Pro quibus omnibus Brandenburgenſis Epiſcopus vobis et veſtrae Eccleſiae depoſita controverſia pacem faciat, et de eadem quaeſtione decimarum fundi beati Mauritii culti vel inculti, quae in praeſenti poſſides ſive ad manum tuam Venerabilis frater Chunrade Archiepiſcope tenueris, ſive aliis Eccleſiis haec ipſa conceſſeris, ſeu tui anteceſſores conceſſerint, omnimodis conquieſcat. Nulli igitur omnino homini fas ſit, te vel ſucceſſores tuos ſuper hac conſtitutione, ſalva tertia parte decimarum, quae plebanis debetur, temere perturbare, vel quamlibet vobis contrarietatem vel diminutionem inferre, vel eam infringere in aliquo vel mutare. Si quis autem hoc auſu temerario attemptare praeſumpſerit, ſecundo tertiove commonitus, niſi reatum ſuum ſatisfactione congrua emendaverit, poteſtatis honorisque ſui dignitate careat, reumque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, et a ſanctiſſimo corpore ac ſanguine Dei et Domini Redemptoris noſtri Jeſu Chriſti alienus fiat, atque in extremo examine diſtrictae ultioni ſubjaceat. Conſervantes autem intervenientibus beatorum Apoſtolorum Petri et Pauli meritis omnipotentis Dei gratiam et aeternae vitae praemia conſequi mereantur, Amen. Ego Innocentius, Catholicae Eccleſiae Epiſcopus. Ego Conradus Sabienſis, Epiſcopus. Ego Grgorius, Diaconus Cardinalis Sanctorum Sergii et Pauli. Ego Albericus Hoſtienſis Epiſcopus. Ego Lucas, Presbyter Cardinalis Tit. Sanctorum Johannis et Pauli. Ego Chryſogonus, Presbyter Cardinalis Tit. Sanctae Praxedis. Ego Otto, Diaconus Cardinalis Sancti Georgii. Ego Guido, Diaconus Cardinalis Sanctorum Coſmae et Damiani juxta templum Romuli. Ego . . . . . Diaconus Cardinalis Sancti Euſtachii juxta templum Agrippae. Ego Gregorius, Diaconus Cardinalis Sancti Angeli. Ego Gerardus, Diaconus Sanctae Mariae in Dominica. Datum Laterani per manum Almerici Sanctae Romanae Eccleſiae Diaconi, Cardinalis et Cancellarii XII. Kalend. Maji Indictione II. Incarnationis Dominicae Anno MCXXXIX. Pontificatus noſtri Domini Innocentii Papae II. anno decimo.

Sagittar bei Boyſen II, 45.

XIV. Kaiſer Friedrich I. beſtätigt dem Bisthum Brandenburg ſeine Beſitzungen und Zehnten, am 20. Juni 1161.

In nomine ſanctae et individuae Trinitatis. Fredericus, divina favente clemencia Romanorum imperator et ſemper Auguſtus. Si piis fidelium noſtrorum peticionibus exorabiles aures

impendimus, ad ſtabilitatem noſtri imperii noſtri noſtraeque vitae, immo et animae noſtrae profuturum eſſe in perpetuum, minime dubitamus. Ea propter notum eſſe volumus univerſis fidelibus, tam futuris quam preſentibus, qualiter nos, intuitu divino et fidelium noſtrorum interventu, in terra Sclavorum, in pago Heveldun, in civitate Brandenburch, in honore domini ac ſalvatoris noſtri et beati Petri, apoſtolorum principis, epiſcopalem ſedem ab anteceſſore noſtro Otthone, imperatore conſtitutam, confirmavimus, corroborantes eidem eccleſiae dimidiam partem predictae civitatis aquilonarem et dimidiam partem inſulae totius ſeptentrionalem, in qua civitas eadem habetur conſtructa, dimidiamque partem omnium villarum illuc pertinentium, duas inſuper integras *) civitates cum omnibus ſuis appendiciis, Pricervi et Ezeri nominatas. Preterea confirmamus prememoratae ſedis parrochiae provincias infra nominatas: Moraciani, Ciervi ſti, Ploni, Zpriawani, Heveldun, Vuueri **), Riaziani, Zamcici, Daffia, Luſici, terminum quoque eidem parrochiae conſtitutum orientem verſus ad flumen Oderam et occidentem ac auſtrum verſus usque ad Albiam flumen, ad aquilonem vero usque ad fines provinciarum ſupra nominatarum: Vuueri, Riaciani, Daffia. Omnem itaque decimationem in parrochia totius epiſcopatus predictae eccleſiae, traditam ab imperatoribus Otthone et Heinrico, noſtra imperiali auctoritate confirmamus, exceptis decimis poſſeſſionum Megdeburgenſis eccleſiae, quas Megdeburgenſis eccleſia ſtudio Cunradi Megdeburgenſis archiepiſcopi et Wicheri Brandeburgenſis, tempore Innocencii pape et Cunradi regis per concambium optinuit. Preterea mercatum, monetam, theloneum, diſtrictum ceteraque omnia, ad hec juſte legaliterque pertinentia, in loco Verlebe et in pago Northuringa et in comitatu Liuthere comitis ſita, predictae eccleſiae noſtro edicto roboramus, ea videlicet ratione, ut omnibus ejusdem eccleſie epiſcopis neque dux neque comes vel vice comes nec perſona magna vel parva, imperatorum donationem et noſtram confirmationem infringere audeat aut ibi negociantes inquietet. Proinde omnium fidelium pateat induſtria, qualiter nos pro dei amore et animae noſtrae remedio eccleſiam Brandeburgenſem, in honore beati Petri, apoſtolorum principis, fundatam, ſub noſtri mundiburdii defenſione ſuſcepimus, confirmantes omnibus ejus epiſcopis, ut habeant eandem libertatem, quam epiſcopi Saxonici habent, videlicet in eligendo advocatos in toto ſuo epiſcopatu, prout eis oportunum fuerit, ſicut a predeceſſore noſtro imperatore Henrico eidem eccleſiae traditum fuit. Illa etiam bona, quae Brandeburgenſis epiſcopus Wigerus vel quaelibet fidelis perſona canonicis in Monte beatae Mariae juxta villam Lezeke juxta regulam beati Auguſtini viventibus contradidit vel in poſterum dabit, et quae ſimiliter fidelis noſter Willemarus, ejusdem eccleſiae epiſcopus, canonicis in Brandenburch, nichilominus ſecundum regulam beati Auguſtini ſub norma Premonſtratenſis ordinis viventibus, conceſſit, vel quaelibet perſona dedit, uel in poſterum legitime dabit, noſtra imperiali auctoritate confirmamus. Et ut haec praedicta regalia dona Brandenburgenſis eccleſiae epiſcopi de manu imperiali in pace et quiete in perpetuum teneant, noſtro imperiali edicto ſanccimus.

Hujus noſtrae confirmationis teſtes ſunt Pelegrinus, Aquiſegenſis Patriarcha, Hillinus, Treverenſis archiepiſcopus, Wido Ravennatis, Stephanus Viennenſis archiepiſcopus, Everardus Bambergenſis, Henricus Leodienſis, Godefridus Trajectenſis, Fridericus Monaſterienſis, Guntherus Spirenſis, Henricus Wirzeburgenſis, marchio Theodoricus, Otto Palatinus, Lodvicus

---

*) So hier, in den Urkunden von 949 integre.

**) Schreibfehler des Concipienten ſtatt Vuucri. Vgl. v. Ledebur's treffliche Abhandlung in den Märk. Forſchungen Band III, 345.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Lantgravius, Cunradus Palatinus de Rheno, Fredericus, dux Suevorum, Henricus, dux Carinthie, Burcardus, Megdeburgenſis Burcravius.

Signum domini Friderici, Romani imperatoris invictiſſimi.

Ego Vlricus, cancellarius, vice Reinaldi, Colonienſis archiepiſcopi et Italiae archicancellarii, recognovi.

Acta ſunt haec anno dominicae incarnationis M°. C°. LX°. I°. indictione VIIII^{na}; regnante domino Frederico, Romanorum imperatore victorioſiſſimo, anno regni ejus X^{mo}, imperii vero VII^{mo} feliciter. Amen. Datum Lauda in palacio imperatoris, XII°. kal. Julii.

Nach dem Originale.

XV. Der Biſchof Wilmar gründet das Domcapitel auf der Burg Brandenburg 1161.

— Ego Wilmarus, dei gratia Brandenburgenſis eccleſie epiſcopus. Eterne mercedis intuitu divino dans operam miniſterio in urbe cathedrali ſcilicet Brandeburg, conſilio Wigmanni, honorabilis magdeburgenſis archiepiſcopi et ſue majoris eccleſie capituli, generalis quoque ſue ſinodi, nec non et conſilio totius Brandenburgenſis eccleſie, honorem dei innovare atque exaltare decrevi. Urbs enim prenominata fere usque ad noſtra tempora a paganis poſſeſſa et idolorum cultura inceſta fuit; at deo adjuvante et magno Chriſtianorum labore cooperante cum multa ſanguinis effuſione nobilium nec non et aliorum ad poſſeſſionem Chriſtianorum rediit; quocirca ampliorem illic innovande religioni operam dedi. Juxta ergo prefatum conſilium in urbe illa, ſcilicet Brandeburg, canonicos, ſecundum regulam beati Auguſtini, ſub norma Premonſtratenſis ordinis degentes, prepoſitum ejusdem ordinis eis preficiens, inſtitui et eis prebendas de bonis eccleſie juxta predictum conſilium contradidi. Dedi enim eis et in publica ſinodo Magdburgenſi et coram eccleſia Brandeburgenſi confirmavi villas, quarum nomina ſunt hec: Bukowe cum decimis et omnibus appendiciis, Garzelize, Bultiz cum decimis et omnibus appendiciis, Muceliz, Gorne cum decimis et omnibus appendiciis. Preterea duos lacus, qui ſunt juxta latus Burgwardi Pritzerewi verſus caſtrum Brandenburg, in uſus fratrum perpetua ſtabilitate dedi. Preterea archidiaconatum epiſcopatus predicto conſilio diviſi, Siquidem Wiggerus, noſter predeceſſor, archipresbyteratum in toto epiſcopatu, ſede cathedrali Brandeburg nondum ſuos habente canonicos ob paganorum importunitatem, illum, inquam, prepoſito Lamberto de Liezke commiſerat. At nos diſpenſatione et conſilio Wigmanni, Magdeburgenſis archiepiſcopi, et multorum religioſorum nec non et principum et nobilium multorum illic preſentium archidiaconatum epiſcopatus dividentes Wigberto, Brandenburgenſis eccleſie prepoſito ſuisque ſucceſſoribus illum de Havela usque Oderam, rurſum de Havela verſus occidentem usque aquam, que Yla dicitur, confirmanus. Preterea de Burgwardis Schartowe, Mukerne, Louburg, excepta eccleſia Dalchowe, preterea de Bukowe, Gorceke, Redizke, Wiſenburg, Beltiz, Mordiz, Niemeke, Juterbuk perpetua ſtabilitate concedimus. Hec omnia ſapientum conſilio diſpenſata et a nobis facta villas quoque et manſos Brandenburgenſi eccleſie a principibus datos et dandos, villas, inquam, Thure, Tremene, Mukzowe, preterea omne jus canonicum, quod eccleſia cathedralis Brandeburgenſis juſte debet habere, et ut

predictus ordo Premonſtratenſis in ea ſemper perſeveret, auctoritate beati Petri et noſtra confirmamus. Quodſi quis hoc factum violare preſumpſerit, anathematis vinculo, donec reſipiſcat, ſemper adſtrictus maneat. Actum Magdeburg, anno incarnationis dominice M°. C°. LXI°. indictione IX. Hujus rei teſtes ſunt Arnoldus, abbas de Nienburg, Hazeko, decanus majoris eccleſie Magdeburgenſis, et tota Magdeburgenſis eccleſia, Balderammus, prepoſitus beate Marie Magdeburgenſis, Reinerus, prepoſitus in Liezke, cum fratribus ſuis, qui illic preſentes aderant, Conradus, prepoſitus de Hallo, Ekchardus, prepoſitus de Monte ſereno, Adelbertus, marchio, Otto et Albertus, filii ejus, Otto et Theodoricus, marchiones, Heinricus et Dedo, comites, filii marchionis Conradi, Burchardus, caſtellanus de Magdeburg, Burchardus, comes de Valckenſtein, Badericus, comes, miniſteriales Magdeburgenſis eccleſie Richardus, Gernothus, Conradus et alii quam plures.

Nach dem Originale.

XVI. Wichmann, Erzbiſchof in Magdeburg, beſtätigt die Errichtung des Brandenburger Domcapitels 1161.

Ego Wichmannus, dei gratia metropolitane Magdeburgenſis eccleſie archiepiſcopus, dilecto filio meo Wilmaro, Brandeburgenſis eccleſie epiſcopo, ut in urbe ſua cathedrali, ſcilicet Brandeburg, honorem dei innovaret atque exaltaret, ego, inquam, ſimul et eccleſia mea conſilium dedimus. Urbs enim prenominata fere usque ad tempora prememorati filii noſtri a paganis poſſeſſa et idolorum cultura inceſta fuit; at deo adjuvante et noſtro magno labore cooperante, cum multa ſanguinis effuſione nobilium nec non et aliorum, ad poſſeſſionem Chriſtianorum rediit. Quocirca amplius ut illic honoraretur deus, deſideravimus. Prefatus ergo filius meus ſcilicet Wilmarus, Brandeburgenſis epiſcopus, juxta noſtrum conſilium in urbe illa, ſcilicet Brandeburg, Canonicos, ſecundum regulam beati Auguſtini ſub norma Premonſtratenſis ordinis degentes, prepoſitum ejusdem ordinis eis preficiens, inſtituit et eis prebendas de bonis eccleſie contradidit. Dedit enim eis et in publica ſinodo Magdeburgenſi, me primum confirmante, confirmavit has illas: Bukowe cum decimis et omnibus appendiciis, Garceliz cum decimis et omnibus appendiciis, Bultiz cum decimis et omnibus appendiciis, Mucelitz, Gorne cum decimis et omnibus appendiciis; preterea duos lacus qui ſunt iuxta latus Burguuardi Pritzereuui verſus caſtrum Brandeburg in uſus fratrum perpetua ſtabilitate dedit. Preterea archidiaconatum epiſcopatus diviſit et Wiberto, Brandeburgenſis eccleſie prepoſito ejusque ſucceſſoribus archidiaconatum tocius terre de Havele verſus orientem usque Oderam verſus occidentem usque aquam, que Yla dicitur, preterea de burguuardis Schartouue, Mukerne, Louburg, excepta eccleſia Dalechouue, preterea de Bucouue, Gorceke, Redrike, Wiſenburg, Beltitz, Mordiz, Niemic, Juterbuc perpetuo confirmavit. At relique partis epiſcopatus archidiaconatum eccleſie beate Marie ſanctique Petri in monte juxta Lieceke perpetuo conceſſit. Hec omnia a filio noſtro Brandeburgenſi epiſcopo Wilmaro diſpenſata et facta; villas quoque et manſos, Brandeburgenſi eccleſie a principibus datos cum omnibus appendiciis villam ſcilicet Ture, Tremene, Muczouue, preterea omne jus canonicum, quod eccleſia cathedralis Brandeburgenſis habere debet, eidem eccleſie et ut predictus ordo, ſcilicet

Premonſtratenſis ibi ſemper perſeveret, auctoritate beati Petri et noſtra confirmamus. Quod ſi quis hoc factum violare preſumpſerit, anathematis vinculo, donec reſipiſcat, ſemper aſtrictus maneat. Acta ſunt hec anno incarnationis dominice M. C. LXI. indictione IX. Hujus rei teſtes ſumus: ego Arnoldus, abbas de Nienburg, decanus Hazeko majoris eccleſie Magdaburg, et tota eccleſia, que in eadem ſinodo preſens fuit. Balderammus, prepoſitus beate Marie in Magdaburg, Conradus, prepoſitus de Hallo, Ekehardus, prepoſitus de Monte ſereno, Albertus, marchio, Otto et Albertus filii ejus, Otto et Theodoricus, marchiones, Heinricus, Dedo, comites, filii marchionis Conradi, Burchardus, caſtellanus de Magdaburg, Burchardus, comes de Valkenſtein, Bedericus, comes, miniſteriales Magdeburgenſis eccleſie Richardus, Gernotus, Conradus et alii quam plures nec non et Reinerus, prepoſitus de Lieceke cum fratribus ſuis, qui illic preſentes aderant.

Nach dem Originale.

XVII. Rudolph von Jericho ſchenkt dem Domcapitel das Dorf Damme, vor 1164.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus, tam futuris quam preſentibus imperpetuum. Quod dignum et juſtum eſt et hactenus eccleſiaſtico jure celebratur, ut panperes Chriſti oblationibus fidelium ſuſtententur, ego Rodolfus, divine retributionis intuitu et pro remedio anime mee, et patris mei et matris mee et domini Hartmanni, eccleſie Brandeburgenſi contuli villam videlicet Dambe. Quapropter petimus, ut in eadem eccleſia memoria beati Johannis ante portam latinam celebri devotione agatur, et fratres ibidem deo regulariter ſervientes ipſa die de reditibus prenotate ville amplioris portionis impertionem percipiant, poſt obitum vero meum ſuperioribus mutatis, die anniverſarii mei pro memoria anime mee preſignati beneficii collatione fratres reficiantur. De cetero rogamus, ut prefati Hartmanni memoria in communi commemoratione animarum apud vos annuatim fraterne agatur. Amen.

Nach dem Originale.

XVIII. Markgraf Otto I. beſtätigt dem Domcapitel die Schenkung des Dorfes Damme, am 2. Juni 1164.

Quoniam juſtum eſt nobis, qui divitias hujus mundi accepimus, elemoſynarum largitate amicos in deo facere, ut, cum res mundi deficiant, nos in eterna tabernacula recipiant, ego Otto, dei gratia Brandeburgenſis marchio, villam Damba, a Rodolfo de Jhericho, fideli noſtro, zelo dei reſignatam, ſiquidem illam in beneficium tenuit, illam, inquam, Wiberto, Brandeburgenſis eccleſie prepoſito et ſuis fratribus eorumque omnibus ſucceſſoribus, Wilmaro, Brandeburgenſi epiſcopo, decimas ſimul dante, perpetua ſtabilitate in uſus neceſſarios cum omnibus appendiciis contradidi et hanc noſtram donationem ad poſteritatis memoriam per preſentem paginam ſigilli noſtri impreſſione ſignatam confirmavi. Et ut hoc factum inconvulſum permaneat, majeſtatis imperialis conſenſu et auctoritate feci, ſicut monſtrat pagina privilegii, Brandeburgenſi eccleſie ab honorabili

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

domino noſtro Friderico, Romanorum imperatore, dati et ſigillo imperiali confirmati. Et ne ulla perſona hoc factum nunc vel in poſterum temere immutare preſumat, illud a Brandeburgenſis eccleſie prefato epiſcopo Wilmaro ſub anatematis ſentencia coram eccleſia confirmatum omnis poſteritas cognoſcat. Hujus donationis et confirmationis teſtes ſunt: comes Adelbertus et comes Bernhardus, filii marchionis Adelberti, Badericus, caſtellanus de Brandeburch, Sifridus, caſtellanus de Arneburch, Germarus de Gummere, Gerhardus Falco. Facta et data eſt hec pagina anno dominice incarnationis M°. C°. LXIIII°. indictione XII IIII. nonas Junii.

Nach dem Originale. Auf der Rückſeite ſteht: Datum per copiam. — Gercken's Stiftsh. S. 354.

XIX. Wilmar, Biſchof von Brandenburg, beſtätigt die Stiftung des Domcapitels auf der Burg 1166.

— Notum facimus univerſitati fidelium tam preſentium quam futurorum, quod ego Wilmarus, Brandeburgenſis eccleſie epiſcopus, canonicos ordinis Premonſtratenſis, quos olim pie memorie ejusdem eccleſie epiſcopus Wigerus ante caſtrum Brandeburg in eccleſia beati Godehardi ſcilicet in parrochia ejusdem ville, que dicitur Parduin, collocaverat, ego, inquam, conſilio et auxilio Wigmanni, venerabilis ſancte Magdeburgenſis eccleſie archiepiſcopi, et Brandeburgenſis marchionis Adelberti, et marchionis Ottonis, filii ejus illos in ipſum caſtrum Brandeburg in ſedem pontificalem, quam pie memorie Otto imperator fundavit, transpoſui et perpetua ſtabilitate, auctoritate patris et filii et ſpiritus ſancti et beati Petri, apoſtolorum principis, cujus idem epiſcopatus eſt, et noſtra, ex deo collocavi, concedens et omnimodis ſtabiliens, ut omne jus tam in archidiaconatu et electione pontificis quam in aliis, quod cathedrales canonici habere debent, habeant et ibi in perpetuum obtineant. Ipſam ergo eccleſiam beati Godehardi, a qua migraverunt, quam perpetua ſtabilitate cum parrochia prefate ville Parduin a pie memorie epiſcopo Wigero receperant, ipſam, inquam, et ſi que alie eccleſie in eadem villa fuerint in poſterum edificate, omnes illas cum parrochia totius prefate ville nec non et eccleſiam beate Marie in monte, que dicitur Harlungberg, Ottone marchione ſic volente et ſui juris donum in perpetuum concedente, prefatis canonicis in perpetuum beati Petri apoſtoli auctoritate et noſtra confirmamus. Ut hujus ergo confirmationis ſcriptum, remota omni ambiguitate et contradictione, ratum permaneat, illud ego et marchio Otto ſigillorum noſtrorum impreſſione communivimus. Si qua ergo perſona clericalis aut laicalis hoc factum irrumpere preſumpſerit, ſit anathema Maranatha. Hujus teſtes ſunt Wigmannus, ſancte Magdeburgenſis eccleſie archiepiſcopus, Walo, Havelbergenſis epiſcopus, Evermodus, Racesburgenſis epiſcopus, Wibertus, ejusdem loci prepoſitus, Reinherus prepoſitus de Lizeche, nec non et tota ejusdem eccleſie ſinodus. Actum anno dominice incarnationis M°. C°. LXVI°. indictione VII. concurrente II. epacta VI. feliciter. Amen. Amen. Amen.

Nach dem Originale. — Gercken's Stiftsh. S. 356.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

XX. Der (Bischof Wilmar) bestätigt dem Domcapitel die Kirche im Dorfe Zachow und einige Zehnten daselbst und in einigen andern Dörfern, am 28. Dezember 1170.

— Quomodo hoc nostrum est, religioni operam dare, scilicet ejus detrimenta restaurare, incrementa augere, sicut cathedralem ecclesiam beati Petri apostoli in Brandeburch, longo tempore dirutam et a paganis pene annullatam, deo auxiliante reedificavimus, ita eam omnibus modis, quantum divina prestat gratia, sublimare studemus. Ea propter canonicis ejusdem cathedralis ecclesie, juxta regulam beati Augustini deo servientibus, duas partes decimarum totius ville Chechowe, quam fidelis noster Evericus propter deum ad usum eorundem canonicorum nobis resignavit, nec non et ecclesiam Chechowe cum tertia parte decimarum ejusdem ville et omnium villarum ad eandem parrochiam pertinentium, scilicet Parne, Werdere, Lodiz, curam quoque ejusdem ecclesie et quicquid in ea nostri juris est, prefatis canonicis perpetua stabilitate concessimus. Et ut hec nostri facti pagina inconvulsa permaneat, eam nostri sigilli impressione munivimus. Si quis ergo hoc nostrum factum temere mutare presumpserit, anathema sit. Hujus rei testes sunt Otto, Brandeburgensis marchio, Juditha marchionissa, Otto et Hinricus, filii eorum, Wibertus, Brandenburgensis prepositus et archidiaconus, Reinerus de Liezeka, prepositus et archidiaconus, Badericus, castellanus de Brandenburch, Evericus, prefate ecclesie in Chechowe advocatus, Hermannus, frater ejus, Bodo de Gummere, Johannes de Plote, Gero, Gerbertus, Otto. Data in Brandeburg, anno dominice incarnationis M°. C°. LXX°. V. Kal. Januarii, indict. III. in nomine domini Amen.

Nach der Copie im alten Copialbuche.

Anm. Nach der Indiction gehört die Urkunde, wie die folgende, in das Jahr 1170, während das Datum V. Kal. Jan. 1170 auch die Deutung auf den 28. Dez. 1169 zulassen würde.

XXI. Markgraf Otto I. bestätigt dem Domcapitel zwei der Kirche im Dorfe Zachow gehörige von ihrem Lehnsbesitzer resignirte Hufen Landes, am 28. Dezember 1170.

— Ego Otto, dei gratia Brandeburgensis marchio, pro salute anime mee et parentum meorum rogatu amici nostri Wilmari, Brandeburgensis episcopi, et Everici, qui eos in beneficio habuit et ad hoc resignavit, ego, inquam, duos mansos in villa Cechowe, ecclesie ejusdem ville pertinentes, nec non et quicquid in eadem ecclesia nostri juris est, canonicis in ecclesia beati Petri in sede pontificali in Brandenburg, juxta regulam beati Augustini deo ministrantibus, perpetua stabilitate contradidi. Et ut hoc nostrum donum inconvulsum maneat, presenti pagina, nostri sigilli impressione munita, illud confirmavi. Hujus rei testes sunt Wilmarus, Brandeburgensis episcopus, Juditha marchionissa, Otto et Heinricus, filii ejus, Wibertus, Brandenburgensis prepositus et archidiaconus, Rheinerus de Lizeke prepositus et archidiaconus, Badericus, castellanus in Brandenburg, Evericus, prefate ecclesie in Cechowe advocatus, Hermannus, frater ejus, Bodo de Gummere, Johannes de Plote, Gero, Gerbertus,

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Otto. Data in Brandenburg, anno dominice incarnationis M°. C°. LXX°. quinto Kal. Januarii, indictione III. in nomine domini Amen.

Nach dem Originale. — Abdruck bei Gercken, Stiftsh. S. 359.

XXII. Der Bischof Siegfried bestätigt dem Domcapitel alle Besitzungen und Rechte, die es bis daher erworben, 1173.

— Sifridus, divina favente clementia Brandenburgensis ecclesiae episcopus, aeterna retributione confisus, cathedralem nostram jam dictam ecclesiam, diversis temptationibus diu molestatam, ad dei et beati Petri, apostolorum principis, honorem secundum praedecessoris nostri piae memoriae Wilmari episcopi ceptam devotionem quibuscunque modis valui sublimare, dilatare atque defensare summopere invigilavi. Quicquid igitur dignitatis et beneficientiae tam in archydyaconatu et libera electione pontificis quam in aliis praerogativis cathedralibus canonicis concedendis supradictus praedecessor noster praefatae ecclesiae canonicis, secundum regulam beati Augustini sub norma Praemonstratensis ordinis illic deo militaturis, concessit et competenti testimonio stabilivit, hoc totum nostra nichilominus attestatione ratum fore et inconvulsum permanere constituimus. Ipsam ergo beati Godehardi in Parduwin ecclesiam, ex qua eos predictus presul summa deliberatione principum in castrum Brandenburg, scilicet in sedem episcopalem transposuit et curam animarum commisit, illam, ut diximus, et beati Nikolai ecclesiam et si quae aliae in ejusdem civitatis parrochia in posterum fuerint aedificatae ecclesiae, omnes illas cum tertia parte decimarum de villis ad eam pertinentibus, nec non et ecclesiam beatae Mariae in monte Harlungenberg cum tertia parte decimarum ex adjacentibus vineis, sicut prenotatus antistes, Ottone marchione annuente et sui juris donum praefatis canonicis perpetualiter concedente, in praebendas eorundem condonaverat, ita quoque nos omnimode communire operam dedimus. Preterea has illas: Bukowe, Garceliz, Bultiz, Kic, Museliz, Gorne cum decimis et appenditiis earum, cultis et incultis, campestribus, silvestribus et palustribus cunctisque utilitatibus, has, inquam, villas cum duobus lacubus inter Gorne et Sylowe sitis, sicut iam sepedictus episcopus in usus eorundem canonicorum contradiderat et coram publica synodo Brandenburgensi sed et Magdeburgensi archypraesule Wygmanno cooperante, confirmaverat, sic nos quoque auctoritate beati Petri et nostra perhenniter eis stabilivimus, insuper et villas alias, a praedicto Ottone marchione et filiis ejus Ottone et Heinrico praenotate ecclesiae collatas, scilicet Mukrowe, Tremene, Ture cum decimis et omnibus attinentiis earum, campestribus, silvestribus, cultis et incultis, cunctisque utilitatibus, ecclesiam quoque in Ture cum tertia parte decimarum de villis ad eam pertinentibus, scilicet de Izin, Crelinge, Bauwerstorp, et si quae aliae villae ibi fuerint, centum quoque mansos in Zuche sitos, quos praedictus Otto princeps pro anima patris et matris et uxoris suae Judithae marchioniffae, filiis eorum consentientibus cum omnibus attinentiis optulit; quinque quoque modios majoris mensurae salis annuatim persolvendos, duos quoque mansos in Rodensloue ab eisdem oblatos, aliam quoque villam, Dambe dictam, a Rodolfo de Jerichowe in opus ejusdem ecclesiae Ottoni marchyoni resignatam et ab eo et filiis ejus cum omnibus attinentiis ejus, silvestribus et palustribus cunctisque utilitatibus, cultis et incultis, ecclesiae oblatam, sed et ejus decimas a domino Wilmaro episcopo in usus fratrum concessas, molendinum quoque in Clinke, sex etiam

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

arearum fundos in civitate Parduwin a fidelibus oblatos, ecclesiam quoque in Cechowe cum sua dote et omnibus decimis ejusdem villae et tertiam partem decimarum de villis ad eam pertinentibus, sed et ecclesiam in Goliz cum dote sua et tertiam partem decimarum tam hujus villae quam aliarum ad eam pertinentium. Haec et omnia data et concessa tam a praedecessoribus nostris episcopis quam a principibus et aliis fidelibus, ego Sifridus Brandenburgensis episcopus protestando eidem ecclesiae cum decimis et omnibus, ad jus nostrum pertinentibus, concessi, et, ut rata et illibata in evum permaneant, auctoritate patris et filii et spiritus sancti et beati Petri et nostra stabilivi et proprio sigillo cummunivi. Si quis igitur ea infringere aut temere mutare praesumpserit, nisi resipiscat, anathematis condignae sententiae hic et in perpetuum subjaceat. Amen. Hujus rei testes sunt Wigmannus, Magdeburgensis ecclesiae archyepiscopus, Walo, Havelbergensis episcopus, Rotgerus, majoris ecclesiae praepositus, Otto, Reimarus, Heinricus, ejusdem ecclesiae canonici, Heinricus praepositus ad Sanctum Sebastianum, Conradus decanus, Gevehardus, abbas de Conradesberg, Gerhardus, Brandenburgensis archydyaconus, Reinherus, praepositus de Lyeceke, Baldramus, praepositus Sanctae Mariae in Magdeburg, Hubertus, Havelbergensis praepositus, Ilfridus, praepositus de Jerycho, Otto, marchyo Brandenburgensis et filii ejus.

Nach dem Originale. Das Datum fehlt; in dem alten Copiario ist aber am Rande die Jahreszahl 1173 beigefügt.

XXIII. Bischof Siegfried von Brandenburg bestätigt eine vom Erzbischofe Wichmann an die Kirche zu Jüterbogk vorgenommene Schenkung, vereignet ihr die Zehnten und das Archidiaconat, im April 1174.

In nomine Sanctae et individuae Trinitatis. Sifridus, Dei gratia Brandenburgensis Episcopus. Cum Superintendentis nomine et officio auctoritateve fungamur, sollicitudinis nostrae esse debet, Ecclesias nobis commissas praecipue diligere, eisque commodum et quietem non tantum in praesenti, verum etiam in futuro providere. Notum igitur facimus omnibus Cristi fidelibus futuris et praesentibus, quod nos pro salute animae nostrae, desiderio quoque et petitione Venerabilis Domini nostri Wicmanni, Magdeburgensis Archiepiscopi inducti, agente dilecto nostro Gunthero de Gratia Dei dedimus Ecclesiae in Juterbuck omnem decimam, quae iuris nostri fuit, de sex mansis eidem ecclesiae ab Archiepiscopo assignatis et de aliis quinquaginta mansis in duabus villis, quarum una vocatur Dycke, altera Rothe, quas idem Archiepiscopus pro sua suorumque salute contulit Ecclesiae in Gratia Dei. Cui etiam adiecimus tertiam partem decimae de ipsa civitate Juterbuck, et de quatuor villis adiacentibus, ut eadem ratione et eodem iure ad usus illius Ecclesiae perpetuo pertineat. Nomina illarum villarum sunt haec Ruteniffe, Rothenwienstorf, Brodesse et Grordestorp. Sciendum quoque, quod nos pro commodo terrae illius et novitate populi, ad petitionem iam dicti Domini nostri Ottonis de Brandenburg aliorumque fidelium nostrorum Clericorum et Laicorum, decrevimus, ut Archi-Diaconatus terrae ipsius ad parochialem Ecclesiam Juterbuck pertineat et Praepositus de Gratia Dei ratione ipsius Parochiae, quae sua est, ibi Synodalia sine alicuis contradictione, salvo Canonico iure nostro perpetualiter administret. Quae ut futuris temporibus inconvulsa et ilibata permaneant, authoritate Dei omnipotentis et Apostolorum eius petri et Pauli, ac no-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſtra ſub anathemate proponimus, et praeſentis privilegii ſcripto cum ſigilli noſtri impreſſione roboramus. Hujus rei teſtes ſunt Wicmannus, Magdeburgenſis Archiepiſcopus, Uldericus et Fridericus, Capellani, Arnoldus, Parochus in Juterbuck, Fridericus, Sacerdos de Danewiz, Laici vero Dedo, Comes de Groitz, Rudolphus de Jericho, Conrad de Niemick, Gero de Gukove, Philippus de Juterbuck, et alii quam plures Laici et Clerici. Datum et actum Jüterbuck, anno Dominicae Incarnationis M. C. LXXIII.

Nach Bruns, Beiträge I, 232. Die muthmaaßliche Zeit der Ausſtellung dieſes Documentes erſieht man aus der in Anweſenheit des Biſchofes Siegfried zu Jüterbogk III. Kal. Maj. ausgeſtellten Urkunde des Erzbiſchofes Wichmann in Schoettgen, Diplomat. III, 392 und Schultes, II, 240.

XXIV. Der Kaiſer Friedrich I. beſtätigt dem Domcapitel deſſen Beſitzungen und Gerechtſame, am 1. Juli 1179.

— Fridericus, divina favente clementia Romanorum imperator et ſemper auguſtus, — eccleſiam Brandeburgenſem, in honore dei ad titulum beati Petri, principis apoſtolorum in ſede epiſchopali contra faciem paganorum conſtructam ſub tutelam defenſionis noſtre ſuſcipimus, ſtatuentes, ut nulli hominum liceat eandem eccleſiam temere perturbare, quia potius ſub umbra protectionis noſtrae ipſa eccleſia diebus noſtris et numero fidelium et incremento rerum augeatur ad cumulum preſentis et future felicitatis noſtre. Confirmamus itaque eidem eccleſie fratribusque in ea deo militantibus poſſeſſionem et immunitatem fundi, in quo monaſterium et clauſtrum cum officinis ſuis edificatum eſt, villasque attinentes: ſcilicet Ture, Tremene, Mukzowe cum decimis et omnibus appenditiis, tertias partes decimarum in villis Izzin, Crelin, Bawarestborph, Lodiz, Wechowe, Niebeden, Goliz cum duobus manſis, eccleſiam Zechowe cum duobus manſis et tota decima, eccleſiam beate Marie in Harlungeberge, eccleſiam S. Nicolai, eccleſiam S. Godehardi in Pardwin cum curia adjacente et omnibus attinentibus, terciam partem decime de vineis in monte plantatis, quinque magnos modios ſalis de theloneo in Pardwin, villas etiam Garsliz, Muceltiz, Bultiz, Bukowe, Gorne, Kyk, Dambe, Schonlo cum decimis et omnibus appenditiis, duos etiam lacus, inter Gorne et Syloe ſitos, centum manſos in Zucha cum decimis et omnibus attinentibus, molendinum in Klinke, duos manſos in Rothenesleue in villa Crewiz X jugera et dimidium. Omnes igitur has poſſeſſiones, quas prefata eccleſia nunc in preſenti poſſidet vel in poſterum largitione imperatorum, epiſchoporum, ducum, marchionum, principum, nobilium ſeu cujuscunque conditionis perſonarum ſive quibuscunque modis adipſci potuerit, imperiali auctoritate noſtra ei ſtabiles et inconvulſas jugiter permanere decernimus tam in areis quam in edificiis, mancipiis, utrinsque ſexus, terris cultis et incultis, paſcuis, pratis, campis, ſilvis, venationibus, aquis aquarumve decurſibus, molendinis, piſcationibus, viis et inviis, exitibus et reditibus, queſitis, et inquirendis in ea libertate, ut fratres, ibidem deo militantes plenam habeant poteſtatem eas ad utilitatem eccleſie ſue convertendi. Quicunque vero contra hanc imperialis ſanctionis paginam temerario auſu agere preſumpſerit, X libras auri puri perſolvat, dimidium camere noſtre ac dimidium prefate eccleſie. Et ut hec omnia rata permaneant, hanc cartam regali bulla noſtra inſigniri fecimus. Hujus rei teſtes ſunt: Phylippus, Colonienſis, Wichmannus, Magdeburgenſis, Conradus, Salzburgenſis, archiepiſcopi,

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Sifridus, Brandeburgenſis, Martinus, Misnenſis, Hubertus, Havelbergenſis, Hermannus, Monaſterienſis, Arnoldus, Osnabruggenſis, Ulricus, Halberſtadenſis, Anno, Mindenſis epiſcopi, Laici vero Otto, marchio Brandeburgenſis, et fratres ejus, Bernardus, comes de Aſchersleibe, Theodericus, comes de Wirbene, Otto, marchio Misnenſis et fratres ejus, Theodericus, marchio orientalis, Heinricus, comes de Witin, Dedo, comes de Groiz, Fridericus, comes de Brene, aliique complures. Acta ſunt autem hec in curia ſollempni Magdeburg celebrata, anno dominice incarnationis M°. C°. LXX°. IX°. indictione XII. Kal. Julii, regnante domino Frederico, glorioſiſſimo Romanorum imperatore et ſemper auguſto, anno regni ejus XXVIII°., imperii vero XXV. feliciter. Amen.

Signum domini Frederici, Romanorum imperatoris invictiſſimi.

Ego Godefridus, imperialis aule cancellarius, vice Chriſtiani, Mogontine ſedis archiepiſcopi et archicancellarii recognovi.

Nach dem Originale.

XXV. Markgraf Otto I. beſtätigt dem Domcapitel alle Gerechtſame und Beſitzungen, am 2. November 1179.

— Otto, dei gratia marchio Brandeburch — eccleſiam cathedralem, in urbe noſtra Brandeburch a pie memorie rege Ottone in honore dei et beati Petri, apoſtolorum principis, fundatam et conſtitutam, modis omnibus exaltare et honorare decrevimus et canonicos ordinis Premonſtratenſis, qui ſecundum dei timorem et beati Auguſtini regulam a Wiggero, Brandenburgenſis eccleſie epiſcopo, in eccleſia beati Godehardi in civitate Parduwin primo ſunt conſtituti, poſtea vero a Wilmaro, venerabili ejusdem Brandeburgenſis eccleſie epiſcopo, conſilio et ope Wichmanni, Magdeburgenſis archyepiſcopi, atque patris noſtri marchionis Adelberti, noſtroque cooperante juvamine in ſedem epyſcopalem urbis Brandeburg ſunt transpoſiti, ſub protectione noſtra ſuſcipimus eisque omnem libertatem, quam clerici debent habere, quantum juris noſtri eſt, concedimus et homines eccleſie ab omni ſervicio noſtro et exactione et indebitis angariis et vexationibus liberos dimittimus, excepta communi edificatione urbis Brandeburg et juſto bello pro patria. Confirmamus inſuper eidem cathedrali eccleſie in Brandeburch et canonicis in ea deo militantibus omnes villas et eccleſias et manſos et omnia a nobis ſive ab aliis oblata, quorum propria neceſſarium duximus exprimenda vocabula: Locum ipſum videlicet, in quo dicta eccleſia ſita eſt, in urbe ſcilicet Brandeburg, cum omnibus attinenciis ſuis, eccleſiam beati Godehardi in civitate Parduwin, cum curia adjacente, eccleſiam beati Nicolai in Luckeberg, eccleſiam beate Marie in Harlungeberch, cum tercia parte decimarum ex adjacentibus vineis, villas etiam Buchowe, Garceliz, Mufeltiz, Bultiz, Kyk cum omnibus attinenciis earum, villam Gorne cum duobus lacubus adjacentibus, videlicet Zumit et reliquo lacu proximo ville Gorne cum omni utilitate; villas inſuper Thure, Tremene, Muczowe cum decimis et omnibus appendiciis earum cultis et incultis; eccleſiam Thure cum tercia parte decimarum de villis ad eam pertinentibus, ſcilicet de Itſin, Crelin, Bawerſtorp et qnecunque ville ibi fuerint; duas preterea partes decime de villa Bawerſtorp, eccleſie Brandenburgenſi attinentes, centum manſos in Zucha ſitos juſto donationis titulo cum

omnibus attinenciis ſuis a nobis oblatos, quinque modios majoris menſure ſalis de teloneo Brandeburg annuatim ſolvendos; villam Damme, a Rudulfo de Jhericho nobis reſignatam, a nobis petente conventu ejusdem eccleſie Brandeburg collatam: decimas quoque ejusdem ville, a Wilmaro epiſcopo Brandeburgenſi oblatas, in villa Pluſin decem manſos, inſuper in eadem ville de viginti manſis duas partes decime; molendinum in Clinke, ſex areas in Parduwin, eccleſiam Zechowe cum dote ſua, ſcilicet duobus manſis, et totam decimam ejusdem ville et tertiam partem decimarum de villis ad eandem eccleſiam pertinentibus, videlicet Parne, Lodiz, Werdere; eccleſiam in Goliz cum dote ſua, ſcilicet duobus manſis, et tertiam partem decimarum ville Wachowe, pertinentis eccleſie in Goliz, duos manſos in Wachowe, a Johanne de Plote nobis reſignatos, eidem eccleſie in Brandeburg a nobis oblatos; eccleſiam in Nibede cum dote ſua, ſcilicet duobus manſis, et tertiam partem decime de villa Swanebeke villam Sconlo, in qua ſunt triginta manſi, cum omni utilitate, villam Vriſtorp, quam Evererus de Lindowe a nobis in feodo tenuit et nobis reſignavit, ad opus eccleſie cathedralis in Brandeburch conſtruende a nobis collatam. Conſtare itaque omnibus fidelibus cupimus, quod nos pro his conſervandis a domino Friderico, Romanorum imperatore, qui hec omnia confirmavit, ſcriptum bulla imperiali ſignatum eccleſie cathedrali in Brandeburg optinuimus in curia ſolempni Magdeburch Kalendas Julii ab eo celebrata, cujus conſenſu et auctoritate omnia prefate eccleſie in Brandeburg collata confirmamus. Et ut hec noſtre collationis et confirmationis pagina inconvulſa permaneat, eam ſigilli noſtri impreſſione roboravimus, adhibitis idoneis teſtibus, quorum nomina ſunt hec: Sifridus, Brandeburgenſis epiſcopus, Gerardus, eccleſie prepoſitus in Brandeburg, canonici ejusdem eccleſie: Walterus, Riquinus, Menzo, Baldericus, Martinus, Walterus et totus conventus, laici vero Badericus, burchgravius in Brandeburch, Evererus de Lindowe, Gerardus Falco, Gerbertus de Lyzeka, Thoedericus advocatus de Brandeburch et alii quam plures clerici et laici. Acta ſunt hec a nobis in urbe noſtra Brandeburg, anno dominice incarnationis M°. C°. LXX°. IX°. indictione XII^a. IIII. Nonas Novembris, regnante domino Friderico, Romanorum imperatore et ſemper auguſto, in nomine domini noſtri Jheſu Chriſti. Amen.

Nach dem Originale.

XXVI. Biſchof Balderam beſtätigt die Schenkung der Kirche zu Jüterbogk dem Kloſter Gottesgnade und dotirt die Kirche in Dicke, im Jahre 1183.

Balderamus, Dei gratia Brandenburgenſis Eccleſie Epiſcopus. Quoniam ex iniuncto nobis Epiſcopalis cure officio admonemur, Eccleſiis Epiſcopatus noſtri privilegii cura providere in iis, que utilitati et tranquilitati earum credimus profutura. Proinde notum eſſe cupimus omnibus Chriſti fidelibus, tam preſentibus, quam ſuccedentibus, quod Venerabilis Wicmannus, ſancte Magdeburgenſis Eccleſie Archiepiſcopus, legitima traditione contulit Monaſterio B. Victoris in Gracia Dei, agente Gonthero, eiusdem Monaſterii Proviſore fideli, Eccleſiam in Juterbück, cum ſex Manſis eidem ville adiacentibus nec non cum aliis quinquaginta Manſis in duabus villis, quarum una vocatur Dicke altera Rothe. Addidit preterea et Capellam in Urbe, et omnes eccleſias, que infra Juterbock edificate fuerint, ut ad principalem eccleſiam pertineant, et inſuper

procuratio quatuor circumiacentium villarum, quarum vocabula ſunt Rutenize Rotenwienſtorp, Brodiſſe, Gerardiſtorp, et preterea tertia pars decime ex eisdem quatuor villis, et inſuper ex eadem villa Juterbuck absque contradictione ad eandem eccleſiam perpetuo pertineant. Sequenti quoque tempore Venerabilis Sifridus tunc Brandenburgenſis Epiſcopus, poſtmodum vero Bremenſis Archiepiſcopus, eandem eccleſiam in Juterbock dedicavit et quatuor villas, quarum ſupra ſcripta ſunt vocabula, cum tertia parte decime, que ex iisdem villis, et ex ipſa villa Juterbock provenire poterit, que ad Brandenburgenſis Epiſcopatus iuſtitiam ſpectabat, integraliter in dotem et proprietatem Eccleſie absque contradictione aſſignavit. Nos igitur precedentium veſtigiis inherentes, Eccleſiam in villa que vocatur Dicke confirmavimus et dotavimus cum aſſignatione duarum villarum proxime adiacentium, quarum una vocatur Hinrikeſtorp ſive Waltrikeſtorp, altera Ruleſtorp. Ut autem hec, que a duobus Epiſcopis Venerabilibus in preſcriptis donationibus rationaliter et absque contradictione geſta ſunt et preterea noſtra donatio nunc et in perpetuum ſtabilis et inconvulſa permaneat, preſenti ſcripto cum ſigilli noſtri impreſſione decernimus, et authoritate Dei omnipotentis, beatorum Apoſtolorum Petri et Pauli ſub anathematis comminatione ſtabilimus. Actum anno Dominice Incarnationis Milleſimo Centeſimo Octogeſimo Tertio.

Bruns Beiträge I, 234.

XXVII. Der Biſchof Balderam beſtätigt dem Domcapitel deſſen Beſitzungen und Gerechtſame 1186.

— Ego Balderamus, dei gratia Brandeburgenſis eccleſie epiſcopus. Quia in eccleſia beati Petri, apoſtolorum principis, Brandeburch, divina, ut ſpero, me promovere voluit gratia, juſtum eſt, ut eam modis omnibus, quibus valeo, honorare et exaltare ſatagam fratresque noſtros ibidem deo ſervientes conſolatione fraterna foveam eorumque juſtis et rationalibus petitionibus aures exorabiles prebeam. Eorum itaque juſtis precibus pie annuentes, bona Brandeburgenſis eccleſie, que ei predeceſſores mei epiſcopi et ſeculares principes ſeu quelibet honoratorum vel privatorum perſone juſto jam donationis titulo contulerunt vel adhuc collature ſunt, nos auctoritate dei omnipotentis et beati Petri apoſtolorum principis, et domini Urbani pape et noſtra confirmamus et preſentis pagine munimine ſtabilimus. Inprimis ergo collaudamus et confirmamus, ut canonici ordinis Premonſtratenſis, qui ſecundum dei timorem et beati Auguſtini regulam ab epiſcopo beate memorie Wigero in eccleſia ſancti Godehardi in villa Parduwin dignoſcuntur prius conſtituti, poſtmodum vero a venerabili epiſcopo Wilmaro conſilio et auxilio domini Wichmanni, Magdeburgenſis archiepiſcopi, atque marchionis Alberti et filii ejus, marchionis Ottonis, in ſedem epiſcopalem urbis Brandeburch ſunt transpoſiti et usque ad tempora noſtra laudabiliter converſati, inconvulſa permaneant. Omne etiam jus canonicum, quod cathedrales eccleſie Saxonie juſte et rationaliter debent habere eisdem canonicis confirmamus, videlicet ut, obeunte eorum pontifice, in electione futuri epiſcopi cum prepoſito eorum, qui et epiſcopalis ſedis archidiaconus eſt, primam habeant vocem, nullusque eis invitis per aliquam ſubreptionis fraudem vel per violentiam preponatur, ſed quem concors fratrum cum prepoſito aſſenſus vel pars ſanioris conſilii de gremio ipſius eccleſie elegerit, ipſe optineat. Si autem in eccleſia eorum perſona ad pontificalem dignitatem non invenitur idonea, quod facile fieri non ſpera-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

mus, alias idonea perſona ab eis libere aſſumatur. Sancimus etiam, ut archidiaconatum epiſcopatus totius videlicet terre de Havela uerſus orientem usque Oderam, item verſus occidentem usque ad aquam, que Yla dicitur, dilectus filius noſter Heinricus, qui in preſentiarum Brandeburch prepoſitus habetur, et ſui ſucceſſores indiviſum et indiminutum perpetua ſtabilitate optineant. Preterea confirmamus ei et ſucceſſoribus ſuis bannum de ſubſcriptis Buchwardis, ſcilicet Scartowe, Mokerne, Lovburch, excepta eccleſia Dalechovwe, Buchowe, Gorceke, Ridicce, Wiſenburch, Beltitz, Nimich, Jüterbuch, Dame; item curam animarum urbis Brandeburch, que eos jure epiſcopalis ſedis contingit et epiſcopus Wilmarus, cum eos in eam transponeret, eis conceſſit ſuusque ſucceſſor Sifridus epiſcopus eis recognovit et conceſſit, et nos etiam recognoſcimus et ſtabilimus. Item decernimus, ut eccleſia Sancti Nycolai in Borch, que eſt filia matricis eccleſie Sancte Marie in eadem villa Borch, ſicut hactenus ad archidiaconatum Brandeburch pertinuit, ſic de cetero pertineat et ut nullus eam ab eodem banno ſeparet, auctoritate noſtra et banni noſtri interdicto prohibemus. Notum etiam eſſe volumus, quod curam animarum de eccleſiis, que ad uſum predictorum fratrum pertinent vel in futurum adhuc noſtra, deo volente, et aliorum donatione pertinebunt, Heinrico prepoſito et ſuis ſucceſſoribus in perpetuum conceſſimus. Eccleſiam etiam Verchiezere, in burgwardo noſtro Prizerwe ſitam, cum capella Marzane ei attinente, decimam quoque ville Pluſezin, ſuper Zucham ſite, quam Sifridus Burchgravius pro anima patris ſui nobis reſignavit, in uſus eorundem fratrum dedimus: quam villam idem Burchgravius marchioni Ottoni reſignavit, qui eam pro anima patris et matris ſue cum omnibus attinentiis in uſus predictorum fratrum contradidit. Hec et alia bona, tam a predeceſſoribus meis epiſcopis quam a principibus et aliis fidelibus ecclefie Brandeburgenſi collata et ipſorum epiſcoporum et glorioſi imperatoris Fritherici privilegiis firmata, nos quoque auctoritate patris et filii et ſpiritus ſancti preſenti ſcripto et ſigilli noſtri impreſſione firmamus. Si quis hanc noſtram confirmationem temere infregerit vel mutaverit, ſi ammonitus non reſipuerit, condigne pene hic et in futuro ſubjaceat. Fiat, fiat. Amen. Hujus rei teſtes ſunt Heinricus, ejusdem eccleſie prepoſitus et archidiaconus, Riquinus, prior, Winandus, cellerarius, totusque conventus, Baldewinus in Gorceka, Otto in Trachewitz, Marſilius in Roſchouwe, Hermannus in Nauwen ſacerdotes; Otto, ejusdem urbis marchio, fratresque ſui, Heinricus ſcilicet, comes in Gardelege, Albertus in Arneburch, Sifridus, Burchgravius, Johannes de Plote, Burchardus de Plozeke, Conradus in Lindovwe, Otto, Rudolfus, Gero, Theodoricus, Bartholomeus. Acta ſunt autem hec in urbe Brandeburch, anno dominice incarnationis M°. C°. LXXXVI°. indictione IIII. epacta XXVIII. concurrente II.

Nach dem Originale.

XXVIII. Markgraf Otto II. ſchenkt dem Domcapitel das Dorf Reinoldsdorf (Plötzin) 1187.

— Secundus Otto, marchio Brandenburgenſis, et frater ejus, comes Hinricus de Gardelegen, que bene et rationabiliter ad honorem Sancti Petri in Brandenburg, nec non ad utilitatem fratrum in eadem eccleſia militantium, facta ſunt, ut rata et inconvulſa permaneant, auctoritate noſtra confirmamus. Conſiderantes autem, ex largitate elemoſynarum ſalutem animarum plerumque conſiſtere, villam Reinoldeſtorp, in terminis provincie, que Zucha nuncupatur, ob noſtri me-

moriam et parentum noſtrorum apud eosdem fratres in perpetuum habendam eidem eccleſie tradidimus ex conſenſu et voluntaria collaudatione legitimorum noſtrorum heredum. Quod ut immutandi omnibus poſteris noſtris auferamus occaſionem, ſcripto commendari et ſigilli noſtri impreſſione corroborari precipimus, legitimam facientes exfeſtucationem; orationum autem, que pro hac impenſa apud eosdem fratres fiunt elemoſina, particeps eſſe volens, illo tempore in eodem burgo comes Sifridus honeſte et diſciplinate juventutis, que fructuoſam polliceri ſolet etatem, pretaxatam villam, quomodo eam de manibus principum prenominatorum jure tenebat feodali, ipſis principibus reſignavit et ita principes proprietatem ſuam, ipſe quoque burggravius omnem uſum ville forinſecus et intrinſecus et cum omnibus attinentiis predicte contulerunt eccleſie, ſimiliter ad burggravii et parentum ſuorum memoriam apud eos perpetualiter habendam, ita tamen, ut advocatia in eum et in ſuos legitimos heredes revertatur. Ex edicto quoque et inſtitutione tam principum quam ipſius comitis burgi, quorum parentes primo terminos ejusdem eccleſie ſicut et filii ſecundo multa ſanguinis aſperſione gentilium irrigaverunt et eccleſiam dei in eis pro poſſe ſuo plantaverunt, que adhuc ab eorundem gentilium incurſu frequenter moleſtatur, Tertia pars ville prememorate ad luminaria tantum et ad reliqua cuſtodie neceſſaria immutabiliter devolvenda eſt, due autem ad fratrum prebendas ampliandas. Quod ut immutabile ſimiliter a ſuis poſteris permaneat, hanc nobilium eſt illuſtrium uirorum preſentiam traxit in teſtimonium: Adelberti filii marchionis de Miſene, comitis Friderici de Anvort, Walteri de Arnſten, Cunradi, filii burggravii Sifridi de Arneburg ex familia ipſius marchionis, Winrici, capellani, Hermanni, ſcriptoris, Kunonis, capellani. Sunt autem facta anno dominice incarnationis M°. C°. LXXX°. VII°., ſummum pontificium in ſancta romana eccleſia regente Urbano III., regnante feliciter Friderico, Romanorum imperatore invictiſſimo, in metropoli Magdeburgenſi Wigmanno archiepiſcopo, in Brandenburg Balderammo epiſcopo, Hinrico exiſtente prepoſito, Martino priore in eadem eccleſia.

Nach der Copie im alten Copialbuche. — In Gercken's Abdrucke, Stiftshiſtorie 380, heißt der Ort, von welchem die Urkunde handelt, immer Remoldeſtorp.

XXIX. Der Markgraf Otto II. ſchenkt dem Domcapitel den Zumeltſee bei Brandenburg und einen Theil der Havel 1187.

— Otto, dei gratia hujus nominis ſecundus marchio in Brandeburch — eccleſiam cathedralem beati Petri, principis apoſtolorum, in urbe Brandeburch a pie memorie rege Ottone fundatam et conſtructam, longo tempore dirutam et a paganis pene annullatam, deo auxiliante per Ottonem, marchionem in Brandeburch, patrem meum felicis memorie, et alios principes quam plures redificatam modis omnibus, quantum divina michi preſtat gratia, ſublimare ac prepoſiti et canonicorum et eorum ſucceſſorum ejusdem eccleſie juxta regulam beati Auguſtini in eadem eccleſia deo ſervientium tenuitati et inopie ſubuenire ſtudeo, ut deo liberius militare valeant, et numerus Chriſtianorum cum incremento rerum preſentis et future felicitatis mei et meorum heredum et ſucceſſorum omniumque Chriſti fidelium augeatur et ydolorum cultura magis evitetur, eiusdem eccleſie prepoſito, canonicis eorumque ſucceſſoribus ad prebendas eorum ampliandas dono et approprio ſtagnum Zumit michi a Burchardo de Plozeke, qui ipſum a me in feodum tenuit, voluntarie reſignatum nec non ſuperiorem Obulam a Coſetzynre Obula a loco, qui dicitur Biſebuſch, verſus Coſetzyn

usque ad locum, qui dicitur Vürſtede, incluſive, cum proprietate, hereditate, cenſibus, redditibus, fructibus, proventibus, pratis, paſcuis, inſulis, paludibus, ſtratis publicis, communibus meatibus et tranſitibus, quibuscunque viis et inviis, gurguſtis ſeu piſcium capturis, meliorandis confractis et collapſis reficiendis et alias de novo ſtruendis cum meliorationibus et accreſcentiis, piſcationibus magnis et parvis ac tractionibus quocunque tempore, quando eis placet, cum ſuperiori et inferiori judicio, limitationibus ac omnibus et ſingulis ſuis pertinentiis univerſis libere. Preterea nullus in ea cum Puuert, Lamme, Alrep, Hevekoruen, Ruſeſtellen, Efekorven, Klevenetten, Vloken nec aliquo genere piſcationis poſſit nec debeat piſcare, palos ponere, gurguſta vel aliquas capturas piſcium de novo ſtruere, niſi de predictorum prepoſiti et canonicorum voluntate, conſenſu et licentia ſpeciali ei expreſſa. In contrarium venientes auctoritate et nomine eccleſie prepoſiti et canonicorum eorundem valeant licite impignorari ac alio modo conſtructa dirui. Inſuper inferiorem Obulam retro urbem Brandeburch et Woltitz usque Pardwin cum aquis, aquarum accurſibus et decurſibus piſcationibus, paludibus, graminibus, ſuperiori et inferiori judicio ea libertate, ut prepoſitus et canonici, ibidem deo militantes plenam habeant poteſtatem ponendi et ſtruendi in hac Obula inferiori et eam in urbe Brandeburch et alias ducendi et convertendi in utilitatem eorum et dicte eccleſie, ſicut eis placet, contradictione cujuscunque non obſtante, in perpetuum cum plenitudine proprietatis libere habendum. Quicunque vero huic mee donationi, appropriationi et facto contraire vel ea infringere attemptaverit decem libras auri puriſſimi prefate eccleſie Brandeburch totiens, quotiens contrafactum fuerit, irremiſſibiliter perſolvat. Preterea quecunque bona ac poſſeſſiones, que avus et pater meus Otto, marchio in Brandeburch ac alii principes, nobiles et Chriſti fideles eidem eccleſie beati Petri, principis apoſtolorum, in Brandeburch contulerunt, et ego rata et illeſa permanere recognoſco et ſtatuo, nichil michi, heredibus et ſucceſſoribus meis in eisdem reſervando. Ut igitur firma et ſtabilis mea donatio et appropriatio preſentibus et futuris temporibus perſeveret et canonicis, in prefata eccleſia deo famulantibus, fiat quoad temporale ſubſidium fructuoſa, et hoc factum meum a labili memoria hominum in poſterum non recedat, omnem ambiguitatem removendo preſens ſcriptum ex certa mea ſcientia mei ſigilli impreſſione munivi. Teſtes hujus rei ſunt, quorum nomina ſunt hec: Adelbertus, filius marchionis de Miſene, comes Fredericus de Anvort, Walterus de Arnſteyn, Cunradus filius Sifridi de Arneburch capellanus marchionis. Sunt autem facta anno dominice incarnationis M°. C°. octuageſimo ſeptimo, ſummum pontificatum in ſancta Romana eccleſia regente Urbano III°., regnante Frederico, Romanorum imperatore invictiſſimo feliciter. Amen.

Nach dem Originale.

XXX. Der Papſt Clemens III. beſtätigt dem Domcapitel alle Beſitzungen und Gerechtſame, am 29. Mai 1188.

Clemens epiſcopus, ſervus ſervorum dei, dilectis filiis, Henrico prepoſito Brandeburgenſis eccleſie ejusque fratribus tam preſentibus quam futuris regularem vitam profeſſis in perpetuum — dilecti in domino filii, veſtris juſtis poſtulationibus clementer annuimus et prefatam Brandeburgenſem eccleſiam, in qua divino eſtis obſequio mancipati, ſub beati Petri et noſtra protectione ſuſcipimus et preſentis ſcripti privilegio communimus, inprimis ſiquidem ſtatuentes, ut ordo ca-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

nonicus, qui ſecundum deum et beati Auguſtini regulam atque inſtitutionem Premonſtratenſis ordinis in eadem eccleſia noſcitur inſtitutus, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter obſervetur, preterea quascunque poſſeſſiones, quecunque bona eadem eccleſia in preſentiarum juſte et canonice poſſidet aut in futurum conceſſione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium ſeu aliis juſtis modis preſtante domino poterit adipiſci, firma vobis veſtrisque ſucceſſoribus et illibata permaneant, in quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis: Locum ipſum, in quo prefata eccleſia ſita eſt cum omnibus pertinentiis ſuis, eccleſiam beati Godehardi in Pardewin et beati Nicholai in Lucheberch, eccleſiam ſancte Marie in Harlungeberg cum tertia parte decimarum ex adjacentibus partibus vinearum, villas etiam Bukowe, Garceliz, Bultiz, Kik, Muſelſiz, Gorne cum decimis et omnibus appenditiis earum cultis et incultis, ſilveſtribus, paluſtribus cunctisque utilitatibus cum duobus lacubus inter Gorne et Soloe ſitis, villas quoque a marchione Ottone et filiis ejus Ottone et Heinrico eccleſie veſtre collatas, ſcilicet Muczoe, Tremene, Thure cum decimis et omnibus appenditiis earum, eccleſiam in Thure cum tertia parte decimarum de villis ad eam pertinentibus, ſcilicet de Izin, Crelin, Bauwerſtorp et quecunque ville ibi fuerint, centum manſos in Zucha ſitos, quos predictus Otto princeps pro anima patris et matris et uxoris ſue Judithe marchioniſſe, eorum filiis conſentientibus, obtulit cum omnibus attinentiis ſuis, quinque modios majoris menſure ſalis annuatim perſolvendos, villam inſuper, Dambe dictam, a Rudolfo de Jericho in opus eccleſie Ottoni marchioni reſignatam et ab eo et filiis ejus cum omnibus ad eam pertinentibus eccleſie noſtre oblatam, decimas ejusdem ville a Wilmaro epiſcopo in uſus ueſtros conceſſas; molendinum quoque in Clinke, ſex etiam arearum fundos in civitate Pardewin a fidelibus oblatos, eccleſiam Cechowe cum dote ſua, ſcilicet duobus manſis et omnibus decimis ejusdem ville et tertiam partem decimarum de villis ad eam pertinentibus; eccleſiam in Goliz cum dote ſua, ſcilicet duobus manſis, eccleſiam Verchiecere cum dote ſua, ſcilicet duobus manſis; eccleſiam in Nibede cum dote ſua, ſcilicet duobus manſis et tertiam partem decimarum tam harum villarum quam ville Wachowe pertinentis in Goliz, totam villam Pluffin in Zuche ſitam cum omnibus pertinentiis ſuis et totam decimam ejusdem ville; capellam Marzane eccleſie Verchiecere pertinentem cum dote ſua, ſcilicet uno manſo; villam Sconelo, in qua ſunt triginta manſi cum tota decima et omnibus pertinentiis ſuis, curam animarum urbis Brandeburch, que vos jure ſedis epiſcopalis contingit, ſicut eam Wilmarius, Sifridus et Balderamus epiſcopi vobis conceſſerunt et curam animarum de eccleſiis, que ad uſus veſtros pertinent vel in poſterum pertinebunt. Ad hec omnia jura, que veſtra eccleſia juxta morem aliarum eccleſiarum Saxonie juſte et pacifice poſſidet, vobis et eidem eccleſie ueſtre auctoritate apoſtolica confirmamus, ſpecialiter autem antiquas et rationabiles conſuetudines eccleſie veſtre hactenus obſervatas, auctoritate duximus apoſtolica confirmandas, obeunte quidem ejusdem eccleſie preſule in ſucceſſore ipſius antiſtitis eligendo primam vocem decernimus vos habere nullusque vobis invitis per ſubreptionem aliquam vel violentiam preponatur, ſed ille debeat in veſtra eccleſia locum et officium pontificis obtinere, quem unanimi voluntate vel de conſilio majoris et ſanioris partis de gremio ipſius eccleſie videritis eligendum. Si autem in veſtra eccleſia perſona non potuerit idonea repperiri, de alia eccleſia eligendi perſonam idoneam licentiam habeatis. Statuimus inſuper, ut archidiaconatum Brandeburgenſem videlicet de Kytin et Juterbuch et terre de Havela verſus orientem usque Oderam, item verſus occidentem usque ad aquam, que Yla dicitur, ſicut eum eccleſie veſtre prepoſitus hactenus rationabiliter et absque controverſia poſſederunt, tu, fili prepoſite, tuique ſucceſſores indiviſum nec aliquatenus diminutum debeatis in perpetuum optinere. Prohibemus etiam, ut infra terminos veſtros ſive in eccleſie veſtre debita ſupultura ſive in aliis que juſte poſſediſtis hactenus et

quiete, nullus ipſius eccleſie jura temeritate qualibet audeat perturbare, denique ne plebani veſtre dioceſis contra conſuetudinem ceterarum cathedralium ſedum Saxonie atque veſtrum in electionibus pontificum faciendis ingerere ſe preſumant, auctoritate apoſtolica inhibemus. Sane agrorum veſtrorum, quos propriis manibus vel ſumptibus colitis, ſive de nutrimentis veſtrorum animalium nullus a vobis decimas exigere vel extorquere preſumat. Liceat quoque vobis clericos vel laicos e ſeculo fugientes liberos et abſolutos ad converſionem recipere et eos ſine contradictione aliqua retinere. Prohibemus inſuper ne ulli fratrum veſtrorum poſt factam in loco veſtro profeſſionem fas ſit absque prepoſiti ſui licentiâ de ipſo diſcedere, diſcedentem vero ſine communium litterarum cautione nullus audeat retinere. In cauſis autem propriis, ſive civilem ſive criminalem contineant queſtionem, liceat vobis fratres veſtros idoneos ad teſtificandum adducere atque ipſorum teſtimonio, ſicut rectum fuerit, et propulſare violentiam et juſtitiam vendicare. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat prefatam eccleſiam temere perturbare aut ejus poſſeſſiones auferre vel ablatas retinere, minuere ſeu quibuslibet vexationibus fatigare ſed omnia integra conſerventur eorum pro quorum gubernatione ac ſuſtentatione conceſſa ſunt uſibus omnimodis profutura ſalva ſedis apoſtolice auctoritate et dioceſani epiſcopi canonica juſtitia. Si que igitur in futurum eccleſiaſtica ſecularisve perſona hanc noſtre conſtitutionis paginam ſciens contra eam temere venire temptaverit, ſecundo tertiove commonita, niſi reatum ſuum congrua ſatisfactione correxerit, poteſtatis, honorisque ſui careat dignitate reamque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat et a ſacratiſſimo corpore ac ſanguine dei et domini redemptoris noſtri Jheſu Chriſti aliena fiat atque in extremo examine diſtricte ultioni ſubjaceat; cunctis autem eidem loco ſua jura ſervantibus ſit pax domini noſtri Jheſu Chriſti, quatinus et hic fructum bone actionis percipiant et apud diſtrictum judicem premia eterne pacis inveniant. Amen.

Ego Clemens, catholice eccleſie epiſcopus.

(Es folgen die Unterſchriften von 11 Cardinälen.)

Datum Laterani per manum Moyſi ſancte Romane eccleſie ſubdiaconi, vicem agentis cancellarii. IIII Kal. Junii, indictione ſexta, incarnationis dominice anno M°. C°. LXXXVIII°. pontificatus vero domini Clementis pape III. anno primo.

Nach dem Originale.

XXXI. Der Papſt Clemens III. beſtätigt dem Bisthume Brandenburg ſeine Beſitzungen und Gerechtſame, am 29. Mai 1188.

Clemens epiſcopus, ſervus ſervorum dei, venerabili fratri Baldoramo, Brandenburgenſi epiſcopo, ejusque ſucceſſoribus canonice ſubſtituendis in perpetuum. In eminenti ſedis apoſtolice ſpecula, diſponente domino, conſtituti fratres et coepiſcopos noſtros tam prope poſitos quam remotos fraterna debemus caritate diligere et eccleſiis ſibi a deo commiſſis paterna ſollicitudine providere. Eapropter, venerabilis in Chriſto frater, tuis juſtis poſtulationibus clementer annuimus et prefatam Brandeburgenſem eccleſiam, cui deo auctore preeſſe dignoſceris, ſub beati Petri et noſtra protectione ſuſcipimus et preſentis ſcripti privilegio communimus, ſtatuentes, ut quascunque poſſeſſiones, quecunque bona eadem Brandeburgenſis eccleſia in preſentiarum juſte et canonice poſſidet, aut in futurum conceſſione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium ſeu aliis juſtis mo-

dis preſtante domino, poterit adipiſci, firma tibi tuisque ſucceſſoribus et illibata permaneant, in quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis: Medietatem Brandeburgenſis civitatis aquilonarem, dimidiam partem totius insule ſeptemtrionalem, in qua civitas eadem habetur conſtructa dimidiamque partem omnium villarum illuc pertinentium; duas insuper civitates integre cum omnibus pertinentiis suis Pritzerwe et Etzeri nominatas, provincias Moraciani, Zierwiſti, Ploni, Zpriavani, Heveldun, Vnucri, Riaciani, Zamcici, Daſſia, Luſici, eccleſie tue ab illuſtris memorie imperatoribus Othone et Henrico conceſſas; omnem etiam decimationem totius Brandeburgenſis parrochie, exceptis decimis poſſeſſionum Magdeburgenſis eccleſie, quas eadem Magdeburgenſis eccleſia ſtudio bone memorie Conradi Magdeburgenſis archiepiſcopi et Wigeri Brandeburgenſis epiſcopi tempore felicis recordationis Innocentii pape predeceſſoris noſtri et Conradi regis per concambium obtinuit. Preterea mercatum, monetam, thelonium, diſtrictum ceteraque omnia, ad hec juſte legaliterque pertinentia, in loco Urslebe et in pago Northuringa et in comitatu Liuttere comitis ſita, terminos etiam Brandeburgenſis epiſcopatus conſtitutos, videlicet orientem verſus ad flumen Oderam et occidentem ac auſtrum verſus ad Albiam flumen, ad aquilorum vero usque ad fines provinciarum ſupranominatarum Vnucri, Riaciani, Daſſia auctoritate apoſtolica confirmamus. Preterea antiquas et rationabiles conſuetudines et hactenus obſervatas nec non immunitates et libertates tam ſuper eligendis advocatis in toto Brandeburgenſi epiſcopatu quam ſuper aliis epiſcopis Brandenburgenſibus conceſſas, que hucusque Brandeburgenſes epiſcopi habuerunt, tibi nichilominus tuis ſucceſſoribus preſentis ſcripti munimine roboramus. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat prefatam eccleſiam temere perturbare aut ejus poſſeſſiones auferre vel ablatas retinere, minuere ſeu quibuslibet vexationibus fatigare, ſed omnia integra conſerventur eorum, pro quorum gubernatione ac ſuſtentatione conceſſa ſunt uſibus omnimodis profutura ſalva ſedis apoſtolice auctoritate et Magdeburgenſis archiepiſcopi debita reverentia. Si que igitur in futurum eccleſiaſtica ſecularisve perſona hanc noſtre confirmationis paginam ſciens contra eam temere venire temptaverit, ſecundo tertiove commonita niſi reatum ſuum congrua ſatisfactione correxerit, poteſtatis honorisque ſui careat dignitate reamque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat et a ſacratiſſimo corpore et ſanguine dei et domini redemptoris noſtri Jheſu Chriſti aliena fiat atque in extremo examine diſtricte ultioni ſubjaceat. Cunctis autem eidem eccleſie ſua jura ſervantibus ſit pax domini noſtri Jheſu Chriſti, quatinus et hic fructum bone actiones percipiant et apud diſtrictum judicem premia eterne pacis inveniant. Amen. Amen. Amen.

(L. S.) Ego Clemens, catholice eccleſie epiſcopus.

(Es folgen die Unterschriften von 13 Cardinälen.)

Datum Laterani per manum fratris Moyſi, ſancte Romane eccleſie ſubdiaconi, vicem agentis cancellarii, IIII Kal. Junii indictione ſexta, incarnationis dominice anno M°. C°. LXXX°. VIII°. pontificatus vero domini Clementis pape III. anno primo.

Nach dem Originale. — Der Anfang und Schluß dieſer Urkunde iſt in Gercken's Stiftsh. S. 385 mitgetheilt.

XXXII. Der Propst Heinrich bezeugt, daß er dem Capellan Burchard und seinem Sohne ein Ackerstück in der Zauche überlassen habe, i. J. 1190.

H.(enricus) dei gratia prepositus in Brandenburg et totus ejusdem ecclesie conventus. — Ad petitionem igitur domini marchionis Brandeburgensis et instantiam ipsius capellani Burchardi, sacerdotis de Nydicem, fundum solummodo molendini, jacentem infra centum mansos in Tzucha, quos marchio Otto Brandeburgensis pro anima uxoris sue Judithe marchionisse ecclesie nostre contulit, ipsi prefato Burchardo et filio ejus Hildebrando prestito prius nobis ab eis hominio in beneficio gratis concessimus sub eadem determinatione, ut si Burchardus alios filios genuerit, preter eum, quem nunc habet, ad ipsos beneficium non transeat, sed si predictus filius ejus heredem habuerit, ad ipsum solum hereditas sub tributo duorum modiorum majoris mensure siliginis sine beneficio devolvatur. Ut autem hujus pacti initi memoria presentibus et futuris temporibus oblivioni non tradatur, sigillo domini marchionis et ecclesie nostre sigillo communire necessarium duximus.

Nach einer Copie im Copialbuche.

XXXIII. Der Bischof Norbert verleiht dem Domcapitel das Dorf Marzahne, i. J. 1194.

— Ego Norbertus, dei gratia Brandeburgensis ecclesie episcopus — inopie fratrum nostrorum de Brandeburg consulentes, villam Merscane cum tota decima et cum ecclesia ac dote ipsius, videlicet uno manso, et cum omnibus pertinentiis suis, scilicet silvis, pratis, pascuis, paludibus, cultis et incultis legitimo donationis titulo eis contulimus, sicut de morte Rodolfi de Jericho eam vacantem possedimus. Ut itaque hec nostra donatio futuris temporibus firma et inconvulsa permaneat, seriem hujus negotii conscribi fecimus eamque sigilli nostri impressione roboravimus, et ne quis eam infringat, auctoritate dei et beatorum apostolorum Petri et Pauli ac nostra, sub anathemate prohibemus, adhibitis idoneis testibus, quorum nomina sunt hec: Otto, marchio Brandeburgensis, et frater ejus comes Adelbertus, Sifridus, Brandeburgensis castellanus et frater ipsius, comes Bedericus, Heinricus, Brandeburgensis prepositus, Hezelo, prepositus de Lezeke, Heinricus, prior de Brandeburg, Heinricus, custos, Hugo, camerarius, Gunzelinus, cellerarius, totusque ejusdem ecclesie conventus, Burchardus de Plozeke, Otto, burgensis de Brandeburg, Rodolphus de Wedinge, Heinricus de Stegeliz, Bartholomeus, Alvericus de Stegeliz, Heinricus, burgensis de Brandeburg, Conradus de Stoltenhagen et Heidenricus, frater ejus, Alexander, advocatus, aliique quam plures clerici et laici. Actum in ecclesia cathedrali Brandeburg, anno incarnationis dominice millesimo centesimo nonagesimo quarto, indictione duodecima feliciter. Amen.

Nach dem Originale.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

XXXIV. Der Bischof Norbert verleihet dem Domcapitel das Patronatsrecht über die Kirchen in Oehne und Göhlsdorf, am 6. Dezember 1195.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Ego Norbertus, dei gratia Brandeburgensis episcopus. Notum esse volumus tam futuris quam presentibus universis Christi fidelibus, quod nos ob spem vite perhennis et instantiam dilecti ac fidelis nostri, Brandeburgensis prepositi, ecclesias in villis, Oyne videlicet et Golisdorp, in Juterbuck sitis, quas a domino Magdeburgensi archiepiscopo pro decimis nostris in concambio recepimus, ecclesie Brandeburgensi contulimus, sub ea determinationis forma, ut sacerdos, scilicet Olricus, qui nunc eas a nobis tenet, ipsas absque stipendii sui dispendio, quoad vixerit, a nobis teneat, post obitum autem ipsius prefata Brandeburgensis ecclesia possessione et usufructu earum libere gaudeat. Ut igitur hec nostra donatio perpetua, firma et illibata permaneat, eam scripto commendatam sigilli nostri impressione communivimus, et ne quis eam infringat, autoritate dei et beatorum apostolorum Petri et Pauli ac nostra sub anathemate prohibemus, adhibitis idoneis testibus, quorum nomina sunt hec: Hinricus, prepositus Brandeburgensis, Hinricus, ejusdem ecclesie prior, Guncellinus, cellerarius, Godescalcus, camerarius, Walterus, sacerdos in Harlungathe, Hermannus, sacerdos de Nowen, Gozwinus, sacerdos de Markowe, laici vero Otto, marchio Brandeburgensis, et frater ejus Albertus comes, urbani Brandenburgenses Otto, Hinricus, item Hinricus, Bartholomeus, Gerardus et alii quam plures clerici et laici. Acta sunt hec in ecclesia Brandenburgensi anno incarnationis dominice M°. C°. XCV°. die VIII. idus Decembris, indictione X.

Nach dem Copialbuche. — Ungenau und mit einem nicht in der Copie stehenden Zusatze unter den Zeugen in Gercken's Stiftsh. S. 392.

XXXV. Der Papst Cölestin III. verleihet dem Propste (Heinrich) die Ehre, die Mitra, den Ring, Handschuhe und Sandalen zu tragen, am 18. März 1197.

Celestinus, episcopus, servus servorum dei, dilecto filio, preposito de Brandeburc, salutem et apostolicam benedictionem. Licet semen verbi divini a quocunque prolatum pretiosum existat, nec quo habitu predicator utatur, sed quid predicet, sit potius attendendum, quia tamen in oculis hominum ornatus attenditur vestium et sermonum, instituta sunt in dei ecclesia insignia dignitatum, quibus in dei officiis et verbi propagatione divini illi tantum utantur, quibus de apostolica fuerit benignitate indultum. Eapropter, dilecti in domino fili, tuis postulationibus annuentes, qui in medio nationis prave et perverse, scilicet inter Slavos et inimicos Christiani nominis constitutus, aliquibus postulas insigniis decorari, ut doctrine pabulum salutaris et verbum fidei, quod eorum cordibus assidua predicatione infundis, ab eis tanto gratius et facilius admittatur, quanto pluribus te viderint insignitum, usum mitre, annuli, cirothecarum et sandaliorum infra ecclesiam tuam sollempnibus tantum diebus, cum verbum predicationis duxeris proponendum, in missarum sollempniis ad preces nobilis viri, Sifredi, comitis et castellani in Brandeburc, persone tue auctoritate presentium indulgemus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc nostre paginam concessionis infringere vel ei ausu temerario con-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

traire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli, apostolorum ejus, se noverit incursurum. Datum Laterani XV. Kal. Aprilis, pontificatus nostri anno sexto.

Nach dem Originale.

XXXVI. Markgraf Otto II. spricht die Unterthanen des Domcapitels von allen öffentlichen Abgaben und Lasten frei, i. J. 1197.

— Ego Otto, dei gratia hujus nominis secundus marchio in Brandeburch, ecclesiam beati Petri, principis apostolorum, prepositum, canonicos et eorum successores in Brandeburch, regulam ordinis Premonstratensis professentes, quos Wilmarus, pie memorie Brandeburgensis ecclesie tertius decimus episcopus, consilio et auxilio domini Wigmanni, Magdeburgensis, ecclesie archiepiscopi, et magno studio patris mei Ottonis, marchionis Brandeburgensis, et aliorum principum quam plurium de Pardwin in episcopalem sedem, in urbe videlicet Brandeburch, que est caput marchie, in qua nunc deo militant, transposuit, sub protectione mea pro eo, quod in prefato capite marchie sunt constituti, secure suscipio, quoniam quidem dignum et justum est et satis usitatum, unumquemque hominem caput suum defensare, curare et specialibus libertatibus munire, ut capite securo cetera membra sint sine periculo. Ea propter libertatem, quam clericis imperialis sanctio divinitus per ora principum promulgata promisit, seu etiam canonica constitutio contradidit, et ego Otto eidem ecclesie preposito et canonicis perpetuo jure inconvulsam manere discerno. Insuper homines subditos et familiam ecclesie prepositi et canonicorum predictorum ab omni servitio, exactione, petitione, contributione, angaria, perangaria, theolonio, hospitiis et vexationibus a quibuscunque personis in perpetuum liberos et perpetua tranquilitate gaudere permitto et ordino. Preterea grandis lucta contra servos dei preparatur, dum hii, qui divinis obsequiis se tradiderunt, a bono contemplationis abstracti judicibus secularibus adesse compelluntur, quibus utique super ecclesiis, personis ecclesiasticis et rebus ecclesie temporalibus et spiritualibus invadendi, detinendi, arrestandi, judicandi vel quolibet alio modo nulla sit attributa potestas. Iniquum enim est et sacrilegii instar, ut, que pro salute et requie animarum unusquisque venerabili ecclesie contulerit, aut reliquerit, ab hiis, quos maxime servare et defendere convenerat, in alterum transferantur. Ob hoc pro anime mee, parentum et quorumcunque successorum meorum animarum salute sempiterna prefatis ecclesie preposito et canonicis specialem gratiam et libertatem donando et appropriando indulgeo in perpetuum: Quod ego, Otto marchio predictus, ac heredes et successores mei nec non mei et heredum ac successorum meorum quicunque officiati et alii cujuscunque conditionis vel status extiterint, qui ipsius ecclesie seu eorundem prepositi et canonicorum homines subjectos, familiam, villas, grangias, domus, ortos, vineas, maneria, ligna, prata, pascua, aquas, piscarias, fructus, census, redditus, proventus, ac alias res, possessiones atque loca, consuetudines, libertates, jura, jurisdictiones temporales et spirituales etiam in causis civilibus inter laicales personas de antiqua et hactenus pacifice observata consuetudine nec non donata vel in infirmitate seu ultimis voluntatibus ipsi ecclesie vel ad ipsius ecclesie fabricam seu structuram aut preposito seu canonicis predictis pro salute animarum etiam in absentia judicum vel potestatum secularium seu heredum aut propinquorum donantium, legantium vel assignantium legata seu assignata nec non

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

alias poſſeſſiones vel bona alia mobilia vel immobilia, que perſonas liberas predictorum prepoſiti et canonicorum jure ſucceſſionis vel alio juſto titulo, ſi remanſiſſent in ſeculo, contingiſſent et que potuiſſent aliis elargiri, ſeu alia bona mobilia et immobilia largitione et privilegiis principum, nobilium vel cujuscunque nominis perſonarum ſeu aliis modis quibuscunque eisdem eccleſie prepoſito et canonicis traditas, indultas, acquiſitas, tradenda, indulgenda, acquirenda arreſtant, impignorant, judicant, diſtringunt, invadunt, occupant et ea detinent occupata ſeu eos, eas vel ea arreſtantibus, impignorantibus, judicantibus, diſtringentibus, invadentibus, detinentibus preſtant auxilium, conſilium vel favorem ſeu eisdem eccleſie, prepoſito, canonicis vel eorum hominibus ſubditis vel familie ſuper predictis vel quibuslibet aliis rebus, bonis mobilibus et immobilibus, locis, cauſis, negotiis ſpiritualibus, temporalibus ſeu civilibus impedimenta, gravamina, dampna, moleſtias, injurias inferunt et jacturas, poterint et debeant licite nomine dictorum eccleſie et canonicorum absque mei, heredum et ſucceſſorum meorum nec non mei, heredum et meorum ſucceſſorum capitaneorum, advocatorum et officiatorum aliorumque judicum et poteſtatum ſecularium quorumcunque requiſitione, contradictione et indignatione ad ceſſandum et deſiſtendum de omnibus et ſingulis predictis et ipſis eccleſie, prepoſito et canonicis ſupradicta et eorum quodlibet reſtituendum ſeu plane ſatisfaciendum auctoritate et cenſura eccleſiaſtica libere coherceri. Quicunque huic mee donationi, ordinationi et appropriationi in poſterum contraire vel factum illud verbo vel opere infringere temere attemptaverit, decem libras auri puriſſimi prefate eccleſie Brandenburgenſi totiens, quotiens contra factum, irremiſſibiliter perſolvat. Et ut hec omnia et ſingula preſentibus et futuris temporibus perpetue perſeverent, preſens ſcriptum roboravi meo ſigillo. Hujus rei teſtes ſunt, quorum nomina ſunt hec: Norbertus, epiſcopus Brandeburgenſis, Godescalcus, cellerarius, Baldevinus, cuſtos, Riquinus, Walterus, Heynricus, Ceſarius, canonici eccleſie Brandeburgenſis, ego Otto, marchio in Brandeburch, Heynricus de Plawe, Richardus de Lyndow, Heynricus de Stegeliz, Heydenricus Leo, frater ejus Udo, Everardus, advocatus in Spandow, Fredericus, advocatus in Brandeburch, et alii quam plures. Acta ſunt hec in urbe Brandeburch, anno dominice incarnationis M°. C°. nonageſimo ſeptimo, indictione XV, concurrente II, epacta nulla, preſidente ſedi apoſtolice domino Celeſtino, regnante vero domino glorioſiſſimo Romanorum imperatore Heynrico. Amen.

Nach dem Originale.

XXXVII. Biſchof Norbert von Brandenburg weiht im Namen des Erzbiſchofes von Magdeburg die St. Petri-Kirche zu Wörlitz, am 12. Dezember 1201.

In nomine ſancte et individue Trinitatis Amen. Norbertus, Dei gratia Brandenburgenſis eccleſie Epiſcopus — ad petitionem Domini Bernhardi, Illuſtris Ducis Saxonie, eccleſiam in Worgelitz in honorem Salvatoris noſtri et glorioſe genetricis ejus et beati Petri Apoſtolorum principis vice Domini Ludolphi venerabilis Magdeburgenſis Archiepiſcopi, dedicamus, dotemque eidem Eccleſie attitulatam autoritate Dei et beatorum Apoſtolorum Petri et Pauli, Domini quoque Archiepiſcopi et noſtra ſub anathematis diſtrictione confirmamus. Dos autem hec eſt etc. —. —. Prefate igitur Eccleſie in Worgelitz dedicatio celebriter facta et peracta eſt II. id.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Dec. anno incarnationis Dominice MCCI. Indict. III presentibus Domino Bernhardo, Duce Saxonie, Domina Juditha Duciſſa etc. —

Nach Beckmann's Anhalt. Hiſt. III., 396.

XXXVIII. Markgraf Otto II. beſtätigt dem Domcapitel den Beſitz der Dörfer Crelin, Mötzow und einiger Fiſchereien, am 6. Januar 1204.

— Otto, dei gratia hujus nominis ſecundus marchio in Brandeburch, — eccleſie beati Petri, principis apoſtolorum in Brandeburch et prepoſito, canonicis et eorum ſucceſſoribus in Brandeburch do et trado villam Crelin, mihi a Burchardo de Plozeke voluntarie reſignatam, cum decimis, pactu, cenſu, ſervitio, advocatia et omnibus appendiciis; preterea Mokzow cum duobus tractibus in ſtagno verſus et penes Mokzow cum piſcationibus antique Mokzow et cum parvis piſcaturis in ſtagnis, que dicuntur Middelſey et Rewenſee *), ac gurguſta ſeu piſcium capturas, que dicuntur Carpwere, et proprietatem aque directe in ſtagno a talibus gurguſtis ſeu piſcium capturis ducentorum et quadraginta pedum in longitudine et latitudine libere cum omni piſcatione; inſuper duas lacunas, unam in Obula in ſuperiori parte caſtri, aliam lacunam Sancti Spiritus in ſtagno ſecus hoſpitale cum eorum tractibus et gurguſtis ſeu piſcaturis prope pontem de Cracow cum libertate et plena poteſtate, talia gurguſta Carpwere, et prope pontem de Cracow predicta meliorandi, ſportas in eis ponendi et alia de novo gurguſta in eisdem conſtruendi pro dictorum eccleſie, prepoſiti et canonicorum utilitate, ſicut eis utile videbitur ſine omni et cujuscunque contradictione, cum aquis, aquarum accurſibus et decurſibus, piſcium liberis tranſitibus de paludibus, ſtagno, Obula et lacunis predictis cum pratis, paſcuis, graminibus, paludibus, lignis, virgultis, terris, campis, agris cultis et incultis, ſtratis, viis et inviis, exitibus et reditibus cum omni ſervitio et advocatia, limitationibus et eorum pertinentiis forinſecus et extrinſecus univerſis. Quia eccleſia, prepoſitus et canonici predicti hec omnia ex donatione meorum predeceſſorum eis olim facta per multos annos libere et juſte poſſederant, ego Otto marchio predictus recognoſcendo et innovando eisdem trado et confirmo cum plenitudine hereditatis et proprietatis perpetuis temporibus libere habendum, nihil mihi, heredibus et ſucceſſoribus meis reſervando in eisdem omnibus et ſingulis premiſſis. Quicunque vero huic meo traditionis et confirmationis pagine in poſterum contraire vel ea infringere attentaverit, viginti libras auri puriſſimi eccleſie Brandeburgenſi irremiſſibiliter perſolvat. Ut ergo hoc factum meum a memoria hominum non recedat, preſens ſcriptum ſuper hoc dando ſigilli mei impreſſione roboravi. Hujus rei teſtes ſunt Balduvinus, prepoſitus, Walterus, prior in Brandeburg, Heynricus, ibidem canonicus, Robertus, canonicus in Havelberge, Robertus, plebanus in Gorzeka, Herwigius, capellanus marchionis in Brandeburg, Heinricus, advocatus in Brandeburg, et Heinricus, pincerna. Acta ſunt hec in urbe Brandeburg, anno dominice incarnationis M°. CC°. quarto, epacta XVII. indict. VII. concurrente II. VIII. idus Januarii. Amen.

Nach der Copie im alten Copialbuche.

*) Gercken's Stiftsh. hat Plauenſee.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

XXXIX. Der Bischof Balduin bestätigt dem Domcapitel die Schenkung der Kirchen in Oehne und Göhlsdorf, am 25. Dezember 1208.

— Ego Baldevinus, dei gratia Brandenburgensis episcopus — ob spem vite perhennis et ad instantiam dilecti ac fidelis nostri, Brandenburgensis prepositi, ecclesias in villis Oyne et Golystorp, in Juterbuch sitis, ecclesie Brandenburgensi contulimus sub ea determinationis forma, ut sacerdos Regenardus, canonicus sancti Nicolai in Magdeburg, qui nunc eas a nobis tenet, ipsas absque stipendii sui dispendio, quoad vixerit, a nobis teneat, post obitum autem ipsius prefata Brandenburgensis ecclesia possessione et usufructu earum libere gaudeat. — adhibitis idoneis testibus, quorum nomina sunt hec: Gunzelinus, prepositus Brandenburgensis et archidiaconus, Baldevinus, ejusdem ecclesie prior, Heinricus custos, Rudolphus, cellerarius, Godescalcus, plebanus in Cechow, Hinricus, plebanus in Parduin, et totus ejusdem ecclesie conventus, Daniel, plebanus in Nauen, Theodericus, plebanus in Bredow, Hilduinus, plebanus in Buzow, Baldevinus, plebanus in Prizerve, urbani Brandenburgenses Burchardus de Plotzeke, Rodolphus de Weddinge, Conradus de Stoltenhagen, Hinricus de Stegeliz et alii quam plures clerici et laici. Acta sunt hec in ecclesia Brandenburgensi, anno incarnationis dominice M°. CC°. VII°. indict. XI. concurrente secunda, VIII. Kal. Januarii.

Nach der Copie im Copialbuche.

Anm. Nach der Indiction gehört die Urkunde in das Jahr 1208. Ebenso bei Gercken nach dem Abdrucke nach dem Original in der Stiftshist. S. 405.

XL. Markgraf Albrecht II. bestätigt dem Domcapitel alle Besitzthümer und Gerechtsame, am 18. October 1209.

— Adelbertus secundus, dei gratia marchio in Brandenburch. Dignos remuneratione perpetua de domini ac salvatoris nostri Christi Jhesu speramus misericordia, quos caritas ad proximorum maximeque deo militantium invitat et impellit sublevandam necessitatem et inopiam, grandis siquidem contra servos dei lucta preparatur, cum his, qui divinis obsequiis se totos dederunt a bono contemplationis abstracti litibus foralibus adesse compelluntur. Ea propter, ut omnis controversie materia conquiescat, notum fieri dignum duximus tam futuris quam presentibus, quod nos ob spem divine remunerationis ecclesiam cathedralem in urbe Brandenburch a pie memorie rege Ottone in honore dei et beati Petri, apostolorum principis, fundatam et constitutam, modis omnibus exaltare et honorare decrevimus et canonicos ordinis Premonstratensis, qui secundum dei timorem et beati Augustini regulam a Wiggero, bone memorie, Brandeburgensi episcopo, in ecclesia beati Godehardi in civitate Parduin primo fuerant constituti, postea vero a Willemaro, venerabili ejusdem ecclesie episcopo consilio et ope Wigmanni, Magdeburgensis archiepiscopi, atque avi nostri, marchionis Adelberti, nec non et patris nostri marchionis Ottonis cooperante juvamine, in sedem episcopalem urbis Brandeburch sunt transpositi, sicut pie recordationis frater noster marchio, Otto secundus, in suam suscepit defensionem, et nos quoque sub nostra protectione suscipimus eisque omnimodam libertatem, quam clericis imperialis sanctio divinitus per ora principum promulgata promisit seu etiam canonica constitutio contradidit, et

nos quoque perpetuo jure inconvulſam et illibatam manere diſcernimus. Inſuper et homines eccleſie ab omni ſervitio et exactione, hoſpitiis, ſeu etiam quibuslibet vexationibus, a quibuscunque perſonis liberos et perpetuum tranquillitate gaudere permittimus, excepta advocatia et communi edificatione caſtri, ſub quo bona eccleſie ſunt ſita, et juſto bello pro patria. Preterea eidem eccleſie cathedrali et canonicis, in ea deo militantibus, omnes eccleſias, villas, manſos et omnia ab anteceſſoribus noſtris ſive ab aliis oblata jure perhenni manere propriisque deſignare vocabulis dignum judicavimus: locum ipſum videlicet, in quo dicta eccleſia ſita eſt, in urbe ſepius memorata, cum omnibus attinentiis ſuis; eccleſiam beati Godehardi in civitate Parduin cum curia adjacente, eccleſiam beati Nicolai in Lucberge cum manſo et tertia parte decimarum; eccleſiam beate Marie in Harlungberch cum tertia parte decimarum ex adjacentibus vineis, fundum ſecus aquam, in quo ſitum eſt hoſpitale, cum ſuis attinentiis, et curiam Krakowe; villas etiam Bukowe, Garzeliz, Muſeltiz, Bultiz, Kik cum omnibus attinentiis earum; villam Gorne cum duabus lacubus adjacentibus, Zumith ſcilicet et reliquo lacu proximo ville Gorne cum omni utilitate; villas inſuper Thure, Tremene, Muczowe cum decimis et omnibus appenditiis earum, cultis et incultis; eccleſiam Thure cum tertia parte decimarum de villis ad eam pertinentibus, ſcilicet Itſin, Crelin, Bauwersdorp, et quecunque ville ibi fuerint; duas preterea partes decime de villa Bauwersdorp, eccleſie Brandenburgenſi attinentes; centum manſos in Szucha juſto donationis titulo cum omnibus attinentiis ſuis a patre noſtro et fratre oblatos; quinque modios ſalis majoris menſure de theloneo Brandeburch ſolvendos annuatim, villam Damme, a Rodolpho de Jericho, patri noſtro reſignatam et ab eodem eccleſie traditam; decimas quoque ejusdem ville a Willemaro epiſcopo Brandeburgenſi oblatas; villam Pluſſin cum omnibus attinentiis ſuis a patre et fratre noſtro oblatam; molendinum in Klinke, ſex areas in Parduin, eccleſiam Zachowe cum dote ſua, ſcilicet duobus manſis et totam decimam ejusdem ville; et tertiam partem decimarum de villis ad eandem eccleſiam pertinentibus, videlicet Parne, Lodiz, Werdere; eccleſiam in Goliz cum dote ſua, ſcilicet duobus manſis et tertiam partem decimarum ville Wachowe pertinentibus eccleſie in Goliz, duos manſos in Wachowe a Johanne de Plote patri noſtro reſignatos et eccleſie Brandeburgenſi ab eo collatos; eccleſiam in Nibede cum dote ſua, duobus videlicet manſis, et tertiam partem decime de villa Suanebeke; villam Sconlo, in qua ſunt triginta manſi, cum omni integritate, villam Vrisdorp, quam Evererus de Lindowe a patre noſtro in feodo tenuit et ei reſignavit, qui eandem ad cathedralis eccleſie fabricam conſtruendam jure perhenni contradidit; villam Crelin cum omnibus attinentiis, cultis et incultis, ſilveſtribus et paluſtribus, quam frater noſter Otto marchio ſepius dicte contulit eccleſie; preterea duas lacunas ad capiendos piſces, unam in Obola in ſuperiore parte caſtri, aliam in ſtagno ſecus hoſpitale. Igitur donationem, ſicut prediximus, ab anteceſſoribus noſtris ſeu aliis dicte cathedrali eccleſie factam, ratam et intemeratam perpetuis temporibus manere volumus, omnibus in contrarium venientibus penam, quam glorioſus Romanorum imperator Fridericus jam dicte eccleſie perturbatoribus imponit, intentantes. Et ut hec omnia perpetua firmitate ſubſiſtant, ſcriptum preſens ſigilli noſtri impreſſione communivimus. Hujus rei teſtes ſunt Gunzellinus, Brandeburgenſis prepoſitus et archidiaconus, Heinricus, camerarius, Theodericus, ſcholaſticus, Rodolfus, cellerarius, Gernotus, Heinricus, ſacerdotes et Brandenburgenſes canonici, Balduinus de Lanin quondam abbas, Heinricus, canonicus ſancti Sebaſtiani in Madeburch, Godefridus, Arnoldus, Heinricus, canonici in Stendale, Borgardus de Nedicem, Jonas de Oſterborch, ſacerdotes; laici Theodoricus dapifer, Ervinus in Brandeburch, Albertus in Spandowe advocati, et alii quam plures clerici, milites et laici. Acta ſunt hec anno do-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

minice incarnationis M°. CC°. IX°. epacta XII. indict. XII. concurrente III., XV. Kal. Novembris, regnante domino Ottone, Romanorum imperatore, in nomine domini noſtri Jheſu Chriſti. Actum Brandeburch feliciter. Amen.

Nach dem Originale. — Ungenau bei Gercken, Stiftsh. S. 406.

XLI. Biſchof Balduin von Brandenburg beſtätigt die zu Zeiten ſeines Vorgängers von Richard von Zerbſt vorgenommene Einrichtung eines Hoſpitales zu Zerbſt, i. J. 1213.

Balduinus, Dei gratia Brandenburgenſis Epiſcopus — memorie commendatum eſſe uolumus, Quod felicis in Chriſto recordationis Richardus de Scherewiſt in fundo proprietatis ſue prope Scherewiſth Hoſpitale pauperum conſtruxit, Cui in preſentia bone memorie Anteceſſoris mei Epiſcopi Norberti et preſentibus Balduino, Daniele, Volperto, tunc plebanis Scherewiſt, et fratribus ſuis Heinrico de Plaue, Gumperto de Weſenburch, cum heredum ſuorum bona voluntate, aſſignauit XXIIII. Iugera prati, adjacentia curie eiusdem hoſpitalis, manſum et dimidium, tria Arbuſta prope Anchun, octo choros, qui in vulgari Winſceple, ſiliginis de molendino prope idem hoſpitale ſito, duos Winſceple tritici, duos porcos inpingnandos, inſuper et ſtagnum eiusdem molendini cum omni uſu piſcium et graminis, quinque Winſceple ordei de villis Lubethowe item decem Winſceple ſiliginis et totidem auene de villa Stokelitz, licentiam depaſcendi gregem in loco, qui dicitur Muchele, Ad inſtantiam — vidue eiusdem R. — duximus confirmandum. Teſtes — laici Gumpertus, Nicolaus de Brizne, Richardus de Plauwe, Gumpertus de Louburch, Arnoldus de Trebin, Vredehelmus de Borch, Conradus Quartir etc. Datum Anno Dominice incarnationis M. CC. tertio decimo, Anno Pontificatus noſtri ſeptimo, Scherewiſth.

Vollſtändig in Beckmann's Anhalt. Hiſt. III, 225.

XLII. Biſchof Balduin von Brandenburg beſtätigt das Nonnenkloſter zu Zerbſt, am 8. Juni 1214.

— Ego Balduinus, Dei Gratia Brandenburgenſis Epiſcopus. Ne ob labantis temporis curſum aut per oblivionis caliginem, ea, que pia fidelium devotione rationabiliter diſponuntur, dampnoſa in poſterum contrarietas intercipiat, opere pretium rati ſumus interponere ſcripta noſtra, que hec poſteritati elucident et diſtinguant. Notum itaque facimus univerſis Chriſti fidelibus, tam futuris quam preſentibus, quod nobilis matrona, Domina videlicet Ida, et filii ejus, ſc. Richardus, Henricus et Fredericus de Scerewiſt, divine remunerationis obtentu, in proprietatis ſue fundo, prope ipſum oppidum, ubi hoſpitale pauperum hactenus exſtitit, Cenobium Sanctimonialium, que ſecundum regulam Beati Benedicti Deo jugiter famulantur, aliarumque feminarum, que ejusdem profeſſionis exiſtunt, in nigro habitu, cantu et in victu ritum teneant, exſtruxerunt, poſſeſſiones, que aliquando dicto hoſpitali fuerunt aſſignate, de Domini Alberti Sancti Magdeburgenſi eccleſie Archiepiſcopi, Apoſtolice

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſedis Legati, noſtroque conſilio eidem monaſterio conferentes, ſc. XXIII. jugera prati, manſum et dimidium agrorum, tria arbuſta prope Ankun, in molendino, quod ſitum eſt inter ipſum clauſtrum et oppidum ante dictum, VIII. Choros ſiliginis, duos choros tritici, ac duos porcos, XII. in hebdomadibus impignandos, nec non et vivarium piſcium, cum graminum omnium uſu. In villa quoque Stokelitz X. choros ſiliginis, et totidem avene, in villis etiam, que Leptow uno nomine nuncupantur, V. choros ordei, et in loco, qui Muchele dicitur, gregem paſcendi liberam facultatem, duos denarios annuatim de foſſato clauſtrali curie adjacenti, et villam que Leukensdorp dicitur, cum omnibus ſuis reditibus, tam in cenſu, in quam alio univerſo miniſterio, talentum quoque unum in thelonio Scerwiſt. In villa etiam que Poghelsvorde nominatur, I. chorum ſiliginis, et X. ſolidos annuatim, eccleſiam etiam in Lyzkow, et filias ſuas in Jiterchow et Bernardisdorp, eccleſiam in Bornem et filias in Prybene, et III. talenta annuatim Scherwiſtenſi in moneta in Ankun, que jam dictum cenobium XXXVIII. marcis comparavit erga Dominum Henricum civitatis ſupradicte. Adjunctum eſt nihilominus in hac ſerie conſtitutionis, quod decima omnium que impreſentiarum Cenobium poſſidet, vel que in futuro quorumlibet largitione fidelium, ſeu aliis juſtis modis Domino concedente poterit adipiſci, alimonie et uſibus pauperum impendantur. Cum igitur ex officio paſtorali perſonas diligere religioſas, eisque noſtrum teneamur preſidium impertiri, prefatam conſtitutionem et conſtitutionis diſpoſitionem firmam perpetuam et inconvulſam, volumus permanere, ipſi ſigilli noſtro ſignaculo roboratam transmittimus notitie poſterorum, ne quis eam infringat auctoritate Dei et B. Apoſtolorum Petri et Pauli, ac noſtro ſub anathemate prohibemus, adhibitis idoneis teſtibus, quorum nomina ſunt hec: Henricus, Abbas in Lenyn, Wilhelmus, Abbas in Cenna, Sifridus Brand. Prepoſitus in Liezeke Magiſter Balduinus, et Gerbertus, Canonicus S. Sebaſtiani in Magdeburg, Nicolaus, Plebanus in Jezere, Herwigus de S. Bartholomeo, Henricus de S. Nicolao, Conradus de Ankun, Plebani in Scherwiſt, Laici Gumbertus de Weſenburch, Richardus de Plaue, Gumpertus de Loyburg, Arnoldus de Trebin, Burchardus de Brezene, aliique quam plures Clerici et Laici. Datum Jezera per manum Alexandri notarii noſtri, V. Id. Jun. A. J. D. MCCXIV. Indict. II. Pontificatus noſtri A. VII.

Beckmann's Anhalt. Hiſt. III., 225. 226. Buchholz IV, 49.

XLIII. Der Papſt Innocenz III. beſtätigt dem Domcapitel in Brandenburg deſſen Gerechtſame und Beſitzthümer, am 17. März 1214.

Innocentius, epiſcopus, ſervus ſervorum dei, dilectis filiis: capitulo Brandenburgenſi, Premonſtratenſis ordinis, ſalutem et apoſtolicam benedictionem, — dilecti in domino filii, veſtris juſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu, eccleſiam veſtram cum omnibus bonis, que in preſentiarum rationabiliter poſſidet, aut in futurum juſtis modis preſtante domino poterit adipiſci, ſub beati Petri et noſtra protectione ſuſcipimus, et preſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum etc. Datum Rome, apud ſanctum Petrum, XVI. Kal. Aprilis, pontificatus noſtri anno ſeptimo decimo.

Nach dem Originale.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

XLIV. Biſchof Balduin von Brandenburg weiht die Bartholomäi-Kirche zu Zerbſt, am 20. September 1215.

In nomine ſancte et indiuidue trinitatis. Balduinus dei gratia Brandenburgenſis Epiſcopus. Notum eſſe volumus — nos Eccleſiam beati Bartholomei in Scerewiſt dedicauimus, aſſignantes eidem dotem ſubſcriptam — adhibitis teſtibus idoneis, quorum nomina hec ſunt: Woltherus Prepoſitus in Lezeke etc. Datum Jezere, XII. Kal. Octobr. anno ab incarnat. Domini M. CC. XV. Indict. III.

Ausführlich in Beckmann's Anhalt. Hiſt. III., 203.

XLV. Biſchof Balduin von Brandenburg erhöht die Kirche St. Marien zu Coswig zu einem Dom- und Collegiatſtifte, am 22. September 1215.

In nomine ſancte et indiuidue trinitatis. Balduinus Dei Gratia eccleſie Brandenburgenſis Epiſcopus. Ad religionem plantandam et cultum divini nominis augmentandum, ex debito officii noſtri tenemur operam adhibere, ut per noſtri laboris ſtudium honor Dei accipiat incrementum, ut nos proinde a patre miſericordiarum ſalutis perpetue valeamus preminum adipiſci. Notum itaque facimus univerſis Chriſti fidelibus tam futuris quam preſentibus, quod nos eccleſiam glorioſe virginis Marie in oppido Coſewic conſtitutam aliquando filiam matricis eccleſie, ſed nunc ab ipſa liberam, exemptam, modis omnibus ſublimare, et divinum in ea Servitium cupientes pro reverentia ejusdem Virginis ampliare, requiſito conſilio et aſſenſu Henrici, Illuſtris Comitis de Anhalt, in cujus proprietate ſita dignoſcitur eccleſia memorata, intellecta etiam voluntate fidelis noſtri, Hoyeri, Comitis de Valckenſtein, qui eundem fundum tenet in feudo a principe ante dicto, Arnoldi quoque Plebani ejusdem oppidi conniventia concedente, in eadem eccleſia Canonicos quinque Deo autore inſtituimus, preficientes eisdem Decanum, Plebanum videlicet ante fatum, qui pre aliis Canonicis de oblatione ejusdem eccleſie V. marcas argenti accipiet annuatim, quamdiu parochiam Sancti Nicolai, ad quam reſpicere debet cura populi de toto iſto oppido, tenere voluerit. Cui ſi renunciaverit propria voluntate, eccleſie quinque marce absque dubitatione vacabunt, vacante autem eadem parochia quemcunque virum providum et diſcretum predictus Comes Hoyerus elegerit, ad Perſonatum ipſius Eccleſie, et nobis obtulerit inveſtiendum, ille curam eandem a nobis accipiet, Decaniam pariter Conventualis eccleſie poſſeſſurus, et in predictis V. marcis nihil juris penitus habiturus; unicuique vero Sacerdotum, tam ipſi Decano, quam duobus reliquis in annuo ſtipendio quatuor libre cedent, tribus libris Diacono et duobus Subdiacono deputatis. Oblationes autem, que hanc ſummam quotannis exceſſerint, feliciter conſerventur, quousque de ipſis certi reditus valeant comparari, ut Canonicorum ipſorum exinde augmententur ſtipendia, in hunc modum, Quod ſex libre cuilibet Sacerdoti, quatuor Diacono, et tres Subdiacono absque diminutione proveniant, de oblationibus vero illis, que de jam dictis proventibus eorundem Canonicorum annis ſingulis ſupereſſe potuerint, poſſeſſiones et predia comparentur, ut ſecundum preſcriptam formam in ipſa eccleſia decem perſone valeant ſuſtentari. Ut igitur hec noſtra conſtitutio, et conſtitutionis diſpoſitio firma perpetua et inconvulſa permaneat, eam preſenti pagine commendatam, ſigilli noſtri impreſſione roboravimus. Et ne quis eam infringere, vel ei auſu temerario

contraire presumat, autoritate Beati Apostolorum Petri et Pauli et nostra sub anathemate prohibemus, adhibitis testibus idoneis, quorum nomina sunt hec: Albertus, Magdeburgensis Archiepiscopus Apostolice Sedis Legatus, Sigebodo, Havelbergensis Episcopus, Henricus, Abbas in Monte Magdeburgensi, Rudolphus, Abbas in Lenin, Wilhebertus, Abbas in Cenna, Wichmannus, Prepositus Sancte Marie in Magdeburg, Bernardus, Prepositus in Gratia Dei, Sifridus, Prepositus Brandenburgensis, Waltherus, Prepositus in Liezeka, Andreas, Prepositus in Jericho; Laici vero Albertus, Marchio Brandenburgensis, Albertus, Dux Saxonie, Henricus, frater ejus Comes de Anhalt, Bedericus, Comes de Dorenburg, Conradus, Comes de Valkenstein, Wernerus de Dobbin, Bedericus, Castellanus Brandenburgensis, Fridericus de Hasle, Burchardus de Bresne, Richardus de Plaue, Richardus de Scherewist, et alii quam plures Clerici et Laici. Datum Jezere per manum Alexandri, Notarii nostri. X. Kal. Oct. A. I. D. MCCXV. Ind. III. Epact. nulla. Concurr. III. Pontificatis nostri anno VIII.

Beckmann's Anhalt. Hist. III., 312. 313. Buchholz IV, 49. Sagittar, Anh. Gesch. 16.

XLVI. Der Bischof Balduin bestätigt der Domkirche eine Schenkung von sechs Hufen im Dorfe Marzahne zum Unterhalt eines ewigen Lichtes, am 24. September 1215.

— Balduinus, dei gratia Brandeburgensis episcopus. — Daniel, miles de Mukethe, pro sua et Berechthe, conjugis sue salute ac pro remedio animarum parentum ipsorum sex mansos, in villa Merscane sitos, ecclesie Brandeburgensi sui laboris studio comparavit, ita quod de reditibus eorundem, cum vacaverint, lumen indeficiens in eadem ecclesia ministretur. Hec autem donatio a prefato milite facta dignoscitur in hac forma, quod si ipse, uxore sua defuncta, decreverit vivere continenter, predictorum mansorum proventibus quoad vixerit, libere perfruatur; si vero voluntatem habuerit matrimonium contrahendi et contraxerit cum aliqua, iidem mansi ad ecclesiam devolventur, predictis usibus applicandi. Similiter si post mortem ipsius Danielis uxorem suam contigerit superstitem remanere, et ipsa continentiam studuerit observare, tempore vite ejus bona eadem possidebit; sed si nubere voluerit et nupserit alicui, ea incontinenti vacantia et libera habebit ecclesia sepedicta, in prefatos usus sine omni obstaculo convertenda. Hanc ergo donationem et donationis dispositionem firmam et inconvulsam perpetuo permanere volentes, seriem ejus scripto, notatam sigilli nostri impressione signavimus et, ne quis eam infringat, sub anathemate prohibemus, adhibitis testibus idoneis, quorum nomina sunt hec: Woltherus, prepositus in Lezeke, Johannes, de Grabowe, Nicolaus de Jezere, plebani, laici vero: Badericus, castellanus Brandeburgensis, Albertus, advocatus de Spandowe, Sifridus in Stegeliz, aliique quam plures clerici et laici. Datum Magdeburch VIII°. Kal. Octobr. anno domini M°. CC°. XV°. indict. III.

Nach dem Originale.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

XLVII. Bischof Balduin von Brandenburg bestätigt den Dom zu Coswig, am 29. Juni 1216.

— Balduinus, dei gratia Brandenburgensis Ecclesie Episcopus. Admonet nos multipliciter, hortatur cura suscepti regiminis, et solicitudo pastoralis inducit, ut ecclesiis et personis ecclesiasticis, que a Deo nobis commisse noscuntur, attentione vigili satagemus utiliter providere, et justis eorum desideriis facilem prebeamus assensum, votaque ipsorum, que a rationis tramite non discordant, curemus perficere cum effectu. Ea propter notum esse volumus universis Christi fidelibus, tam futuris quam presentibus, quod, cum de permissione voluntaria et consensu Illustris Principis, Henrici, Comitis de Ascharia, in ecclesia Beate Marie Virginis in Coswitz ad prestandum juge servitium Jesu Christo per nos sint Canonici instituti, ita quod ipsi personas idoneas in Canonicos eligendi et prebendas suas, prout voluerint, administrandi, ab hujusmodi administratione ipsorum Preposito existente penitus alieno, liberam habeant facultatem. Idem Princeps proprietatem fundi, in quo noscitur ecclesia ipsa sita, villam quoque Lozeke, cum suis pertinentiis, consentiente fideli nostro, Hoyero de Valkenstein, qui eam jure tenuit feudali, ob spem vite perennis libera donatione contulit ecclesie ante dicte, a nobis ecclesie ipsi datis duobus partibus decime de jam dicta villa respectu coelestium premiorum. Nos igitur donationem Principis memorati, legitimorum heredum conniventia rite actam, autore Domino confirmamus, nostram collationem futuris temporibus firmam et inviolabilem permanere volentes, instrumenti presentis cum patrocinio communimus. Et ne quis tam nostre confirmationis quam donationis paginam ausu temerario presumat infringere, autoritate Dei et Beati Apostolorum Petri et Pauli, Domini Pape quoque ac nostra sub anathematis interminatione firmiter inhibemus, adhibitis testibus idoneis, quorum nomina sunt hec: Sigbod, Havelbergensis Episcopus, Rudolphus, Abbas in Lenin, Wilhelmus, Abbas in Cenna, Sifridus, Prepositus Brandenburgensis, Reinerus in Liezeke Prepositus, Alexander, Beate Marie in Magdeburg Canonicus, Ecbertus, Canonicus S. Sebast. in Magdeburg, Nicolaus, Plebanus in Jezere, Albertus, Dux Saxonie, Wernerus de Suselitz, Albertus de Arnesten et Gevehardus frater ipsius, Bedericus, Castellanus Brandenburgensis, Fridericus de Hasle, Burchardus de Brezne, Richardus de Plaue, Gumpertus frater ejus, Richardus de Scherewist, Arnodus de Stasworde, Arnoldus de Plaue, aliique quam plures Clerici et Laici. Datum Prizerwe III. Kal. Jul. Anno Domini MCCXVI. Indict. IIII.

Beckmann's Anhalt. Hist. III., 314. Buchholz IV, 50.

XLVIII. Der Bischof Siegfried bestätigt dem Domcapitel zu Brandenburg dessen Gerechtsame und Besitzungen, am 28. Dezember ~~1217.~~ 1216 !!

— Ego Sifridus secundus, dei gratia Brandenburgensis ecclesie episcopus. Ordinatione divina venerabilis et deo digni predecessores nostri: Wilmarus, Sifridus, Balderamus, Alexius, Norbertus, Baldewinus, Brandenburgensis episcopi, sanctam congregationem regularium canonicorum sub regula beati Augustini et institutione reverendissimi domini Norberti, Magdeburgensis archiepiscopi, in urbe Brandenburch in sedem episcopalem, quam pie memorie Otto imperator fundavit, ad servitium dei adunatam tempore nostre mortalitatis per

nos in via dei dirigendam nobis quasi hereditaria succeſſione reliquerunt. Nos itaque eorum devotione, pro parvitate noſtra domino annuente ſubſervientes prefate congregationi omnimodum affectum noſtrum inclinavimus et ut interna domino quiete vacent, exteriorem ab eis inquietudinem duximus amovendam. Inde eſt, quod eorum juſtis precibus pie annuentes jura et conſuetudines honeſtas, nec non et bona, que eis predeceſſores noſtri ejusdem eccleſie epiſcopi ſeu principes ſeculares ſeu quelibet honoratorum vel privatorum perſone juſto jam donationis tytulo contulerunt vel adhuc collature ſunt, nos auctoritate dei omnipotentis et beatorum apoſtolorum Petri et Pauli, in quorum honore eadem eccleſia conſtructa eſt, et domini Honorii pape et noſtra, quam a deo habemus, confirmamus et preſentis pagine munimine ſtabilimus, inprimis ſiquidem decernentes, ut eadem eccleſia juxta primam ſui inſtitutionem tanquam eccleſia cathedralis libera ſit et perpetuis permaneat temporibus, nullaque ſeu ſecularis ſeu regularis perſona nichil omnino, quacunque occaſione jurisdictionis ſibi in ipſa eccleſia uſurpare preſumat, ſed ſicut eadem eccleſia tantum anteceſſoribus noſtris, ita quoque nobis et ſucceſſoribus noſtris ſit ſubjecta. Correctiones quoque diſcipline regularis et morum reformationes eorundem canonicorum, que vires ſui prepoſiti exceſſerint, juxta antiquam et actenus obſervatam conſuetudinem et Lateranenſis ſtatuta concilii, per nos et ſucceſſores noſtros, nullo penitus interjecto appellationis obſtaculo, corrigantur. Collaudamus ergo et confirmamus, ut dictus ordo canonicorum regularium, qui ſecundum dei timorem et beati Auguſtini regulam in jam dicta eccleſia dignoſcitur inſtitutus, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter obſervetur. Poſſeſſiones porro et bona, que eadem eccleſia, auctore deo, poſſidet, confirmamus eidem, in quibus hec propriis vocabulis duximus exprimenda: locum ipſum, in quo prefata eccleſia ſita eſt, in urbe videlicet Brandeburch *) cum omnibus ſuis pertinentiis **), et curam animarum ipſius urbis, que eidem ratione ſedis cathedralis a bone memorie Wilmaro, ipſius eccleſie epiſcopo, eſt collata et ab ipſius ſucceſſoribus usque ad noſtra tempora eſt confirmata; eccleſiam quoque beati Godehardi in forenſi villa Pardwin cum dote ſua, in qua primitus iidem canonici a pie memorie Wiggero, Brandeburgenſi epiſcopo, fuerunt inſtituti, a qua poſtmodum per ſancte recordationis Wilmarum, dicte eccleſie epiſcopum, in urbem Brandeburch ſunt transpoſiti, ipſam, inquam, eccleſiam ſancti Godehardi cum tota parrochia ipſius ville et novo ponte toto et medietate antiqui pontis, eidem parrochie adjacentibus, nec non et tertiam partem decimarum ipſius ville, tam frugum quam animalium, et aliarum rerum, juxta quod parrochiales eccleſie per noſtram dyoceſin percipere conſueverunt; eccleſiam etiam ſancte Marie in monte, qui Harlungeberch dicitur, cum tertia parte decimarum ex adjacentibus vineis, et eccleſiam ſancti Nycolay in Lukkeberge cum dote ſua et uno manſo et tertia parte decimarum ipſius ville ad predictam parrochiam in Pardwin pertinentibus, et ſi que alie eccleſie infra eandem parrochiam fuerint in poſterum edificate; ſex quoque arearum fundos in ipſa villa Pardwin a fidelibus oblatos; hoſpitale etiam pauperum in jam dicta villa Pardwin juxta pontem de Cracowe ſitum cum ortis et omnibus ſuis attinentiis, cultis et incultis; tres quoque areas cum ortis ſuis et pomariis in villa Cracowe; duas inſuper lacunas, unam in ſuperiore parte urbis Brandeburch et aliam juxta hoſpitale ſitas; centum etiam manſos in Zucha ſitos, quos bone memorie Otto, marchio ſenior Brandeburgenſis pro animabus patris ſui, matris et uxoris ſue Judethe marchioniſſe, eorum filiis Ottone et Heinrico conſentientibus, de patrimonio ſuo obtulit ſepe dicte eccleſie cum omnibus pertinentiis ſuis, cultis et incultis, ſilveſtribus et paluſtribus, aquis

*) Zweite Redaction: medietatem videlicet vrbis Brandenburch.

**) Die zweite Redaction hat hinzugeſetzt: aquis ſcilicet aquarumque decurſibus exitibus et reditibus.

aquarumque decurſibus, et quinque modios majoris menſure ſalis, annuatim Brandeburch in thelonio accipiendos; villas quoque Garzeliz, Muſeliz, Bukowe, Bultiz, Kik et Gorne cum decimis et omnibus pertinentiis earum cultis et incultis, aquis aquarumque decurſibus, ſilveſtribus paluſtribus cunctisque utilitatibus, cum duobus lacubus inter Gorne et Siloe ſitis; eccleſiam etiam in Verchiezere in territorio Prizerwe ſitam cum dote et areis ſuis et duobus manſis et tertia parte decimarum totius ville, villam inſuper Mertzane cum tota decima et omnibus pertinentiis ſuis, ſilveſtribus, paluſtribus, cultis et incultis cunctisque utilitatibus, et eccleſiam ejusdem ville cum dote ſua et uno manſo, ad eccleſiam in Verchiezere pertinentem; villas quoque Muckezowe, Tremene et Thure cum decimis et omnibus appenditiis earum, cultis et incultis; eccleſiam etiam in Thure cum dote ſua et tertia parte decimarum de villis ad eam pertinentibus; Itzin, Scadebauresdorp et totam decimam villarum Crelin et Bauresdorp, tam frugum quam animalium; eccleſiam in Goliz cum dote ſua et duobus manſis et tertia parte decimarum ipſius ville; et tertiam partem decimarum ville Wachowe cum duobus manſis, pertinentibus ad eccleſiam in Goliz; eccleſiam etiam in Niebede cum dote ſua et duobus manſis et tertia parte decimarum ipſius ville et eccleſiam in Swanebeke cum dote ſua et tertia parte decimarum ejusdem ville, pertinentem ad eccleſiam in Niebede, eccleſiam quoque in Zachowe cum dote ſua et duobus manſis et tota decima ex agris, eidem ville adjacentibus, nec non et decimam carnium totam et tertiam partem decimarum de villis ad ipſam eccleſiam pertinentibus, videlicet Lodiz, Parne et Werdere; molendinum quoque in Clinke cum area ſua, aquis quoque et aquarum decurſibus; villam inſuper, Damme dictam, a bone memorie Rodolfo de Jerichow marchioni Ottoni ſeniori reſignatam et ab eo cum omnibus ad ipſam pertinentibus, cultis et incultis, ſilveſtribus, paluſtribus dicte eccleſie Brandeburgenſi oblatam et decimas omnes ejusdem ville a pie memorie Wilmaro, ipſius eccleſie epiſcopo, in uſus eorundem fratrum conceſſas, totam inſuper villam Pluszin, in Zucha ſitam, cum eccleſia ipſius, et omnibus decimis et omnibus appendiciis, cultis et incultis, paluſtribus et campeſtribus; villam quoque Sconlo dictam, in qua ſunt XXX manſis, cum decimis et omnibus appendiciis ſuis, cultis et incultis, campeſtribus et paluſtribus; eccleſiam quoque in Marcowe cum dote ſua et duobus manſis et tertia parte decimarum ejusdem ville et ville Markede; eccleſiam etiam in Coszin cum dote ſua et duobus manſis et tertia parte decimarum ipſius ville et villarum ad ipſam pertinentium, ſcilicet Stulp et Poretz; et eccleſiam in Clebeloch cum manſis et dote ſua et tertia parte decimarum ipſius ville pertinentis ad eccleſiam in Coszin *); eccleſiam quoque in Oyne cum filia ſua, videlicet eccleſia in Golisdorp cum area et manſis et tertia parte decimarum earundem villarum et villarum Modelendorp eſt Canisdorp, a predeceſſoribus noſtris bone memorie, Norberto et Baldwino, epiſcopis dicte eccleſie oblatam, vineam etiam eorundem canonicorum in monte Harlungorum verſus orientem in ipſius montis latere jacentem. Confirmamus inſuper dilecto filio Alverico, dicte eccleſie prepoſito, ejusque ſucceſſoribus curam animarum de eccleſiis, que ad uſus dictorum canonicorum in preſentiarum pertinent aut in poſterum pertinebunt, concedentes, ut earundem eccleſiarum fructus, prout expedire

---

*) Zweite Redaction: Eccleſiam quoque in Cotſin cum dote ſua ſcilicet duobus manſis in agris ville Clebeloc ei deſignatis et ad eandem Eccleſiam in conſecratione dotis nomine confirmatis et tribus areis in eadem villa Cotſin, quas ſacerdos Theodericus de manibus laicorum ſub teſtimonio villanorum redimens in unam aream redegit; capella etiam in Clebeloc, eidem matrici eccleſie in Cotſin attinentem cum dote ſua et tertia parte decimarum eiusdem ville. Tertiam quoque partem decimarum dicte eccleſie Cotſin et villarum ad eam pertinentium, videlicet Stolp et Porets et alterius Sclauice ville Porets.

viderint, in usus proprios convertant. In ipsis ecclesiis, juxta quod ab antecessoribus nostris est concessum, Liceat quoque ipsis de fratribus suis viros idoneos instituere plebanos, qui curam in ipsis gerant animarum. Predecessorum quoque nostrorum vestigiis inherentes, rationabiles et honestas consuetudines et jura dicte Brandeburgensis ecclesie nichilominus duximus confirmandas: obeunte siquidem ipsius ecclesie antistite in successore ipsius eligendo juxta morem aliarum ecclesiarum cathedralium Saxonie, ipsius ecclesie canonicos liberam habere decernimus electionem nullusque eis invitis per surreptionem aliquam preponatur, sed ille in ipsa ecclesia locum et officium pontificis obtineat, quem unanimi voluntate vel de consilio majoris et sanonioris partis ejusdem ecclesie capituli de gremio ipsius ecclesie vel aliunde viderint eligendum; alie vero conventuales ecclesie et plebani ipsius dyocesis non se faciende electioni aliquatenus ingerere presumant sed consensum electioni canonice facte prebeant. Sanximus insuper, ut archydiaconatum Brandeburgensem de Ketin et Rinowe usque ad Juterbok, Jezzant et Dame versus meridiem, et terre de Havelant versus orientem usque ad flumen, quod Odera dicitur, quantumcunque illuc idem episcopatus in posterum fuerit ampliatus, item versus occidentem usque ad flumen, quod Yla dicitur, preterea de burgwardis Scartowe, Mokerne, Lovborch, excepta ecclesia de Dalechowe, ecclesiam quoque sancti Nycolay in Borch, que ultra Ylam, sita est, eo quod filia sit ecclesie sancte Marie in Borch, ad ipsum archidiaconatum, juxta quod actenus est observatum, decernimus pertinere; Jezere quoque, Gorzeke, Buckowe, Beltitz, Nymik, Bricene, Beliz, Sarmunt, Trebin, Lukenwalde*) et quecunque territoria vel ville infra hos terminos in posterum fuerint edificate, sicut eum ipsius ecclesie prepositi hactenus rationabiliter possederunt, ita quoque ipsum indivisum et absque diminutione qualibet in perpetuum obtineant**); parrochianorum quoque in eodem archydiaconatu decedentium vestes meliores cum superpellicio, equum optimum cum suis pertinentiis juxta morem Magdeburgensis ecclesie et suffraganearum ecclesiarum ejusdem metropolis et consuetudinem hactenus observatam presenti scripto ecclesie memorate prepositis confirmamus. Sciendum quoque est, quod dicte Brandeburgensis ecclesie prepositus, qui et episcopalis sedis archydiaconus est, totius dyocesis in absentia episcopi curam ipsius in omnibus gerit tam in judiciis exercendis***) quam in aliis episcopalibus negotiis procurandis †). Decernimus insuper statuentes, ut dicte ecclesie canonici a festo sancto Pasche usque ad dominicam, qua cantatur: Vidi dominum ††), superpelliciis tam in divinis quam in claustro continue utantur, hyempnali vero tempore, prout actenus est observatum. Adicimus insuper, ut, si

---

*) Zweite Redaction: Jefere quoque Gorzeke, Bukowe, Beltiz, Nimic, Bricene, Beliz, Sarmunt, Trebin, Lukenwolde, Parchem quoque, Gentin, Milau, Plaw, Pritserwe, Ratenowe, Vrisac, Belin, Cremmene, Bochzowe, Cedenic et in quantum ab ea parte Diocesis se extendit et quecunque etc.

**) Zusatz der zweiten Redaction: et infra prenotatos terminos jurisdictionem ordinariam exerceant, corrigentes et reformantes in Clericis et in Laicis et Sacramentis Ecclesiasticis, que correctione et reformatione viderint expedire, obedientes foveant et confortent, rebelles vero et contumaces corrigant et emendent, ne sanguis eorum de ipsorum manibus requiratur. Parrochianorum etc.

***) Zusatz der zweiten Redaction: et curis ecclesiarum conferendis, quam etc.

†) Zusatz der zweiten Redaction: Mortuo etiam Episcopo nomine Ecclesie cathedralis ad usum futuri successoris non solum spiritualia verum temporalia administrat. Statuimus preterea, ne aliquis Plebanus ipsius Archidiaconatus in Ecclesia sua Vicarium instituere aut pensionem ei assignare audeat sine Prepositi sui conniventia et consensu.

††) Zweite Redaction: usque ad Dominicam qua cantatur Ad aperiat superpelliciis etc.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

quis fidelium de epiſcopatu noſtro ſive undecunque locum ſepulture apud eccleſiam ipſam expetierit, nulla eccleſiaſtica ſecularisve perſona id preſumat aliquatenus inhibere *). Monachos vero, in epiſcopatu noſtro degentes, ad quos cura animarum non ſpectat, confeſſiones audire niſi eorum, qui apud ipſos decubuerint, penitentes abſolvere, penitentias injungere, mortuos ſepelire, ſine conſenſu ipſius archydiaconi et ſacerdotum, quibus cura animarum eſt commiſſa, omnimodis prohibemus. Prohibemus inſuper, ut nulli fratrum noſtrorum poſt factam in ipſa eccleſia profeſſionem fas ſit absque prepoſiti ſui licentia de ipſo loco diſcedere, diſcedentem vero ſine communi literarum veſtrarum cautione nullus audeat retinere, reverſus vero, ſive de alio clauſtro redierit, omnium tunc in eadem eccleſia exiſtentium fiat noviſſimus, nec in conventu nec in capitulo conſentiendi vel contradicendi ſive etiam loquendi vocem habeat, niſi poſt condignam penitentiam peractam de benignitate et conſenſu totius capituli miſericorditer fuerit reſtitutus. Statuimus inſuper et ſub pena excommunicationis prohibemus, ut nullus advocatus fratres ipſius eccleſie ad judicium ſeculare trahere aut colonos infeſtare aut res eorum auferre ſive exactiones in ipſos quacunque occaſione facere preſumat, ſed in quarumlibet executione cauſarum memorate eccleſie defenſioni ſpe remunerationis eterne fideliter deſerviat. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat prefatam eccleſiam temere perturbare aut ejus poſſeſſiones auferre vel ablatas retinere vel in ipſis violentiam exercere, minuere ſeu quibuslibet vexationibus fatigare, ſed omnia integra conſerventur, eorum, pro quorum gubernatione ac ſuſtentatione conceſſa ſunt, uſibus omnimodis profutura. Ut autem hec omnia inconvulſa perpetuis permaneant temporibus, auctoritate dei omnipotentis et beatorum apoſtolorum Petri et Pauli, domini quoque pape Honorii et noſtra, quam a deo habemus, cuncta, que huic pagine inſcripta ſunt, ſub anathemate confirmamus, ipſam paginam ſigilli noſtri munimine roborantes, adhibitis ydoneis teſtibus, quorum nomina ſunt hec: Eggehardus, Mersburgenſis epiſcopus †), Sigebodo, Havelbergenſis epiſcopus, Albertus, marchio Brandeburgenſis, Alvericus, Brandeburgenſis prepoſitus †), Heinricus, prior, Rodolfus, cellerarius, Thomas, cuſtos, Baldwinus, camerarius, Gunzelinus, quondam prepoſitus, Godeſcalcus, Gernotus, Walterus, magiſter hoſpitalis, canonici ipſius eccleſie, Johannes, de Grabow, Gerungus, de Borch, Nycolaus, de Jezere, Robertus, de Gorceke, Alardus, de Cydiz, Euſtachius, de Glineke, Amelricus, de Plawe plebani, Fredericus de Hasle, Erevinus de Jezzant, Conradus de Stoltenhagen, Rodolfus pincerna, Albertus, advocatus in Spandowe †), Borchardus de Cocſtede, Wernerus de Alſtermunde laici. Datum Brandenburch *), anno ab incarnatione domini milleſimo

---

*) Zuſatz der zweiten Redaction: Item ſtatuimus, quod ſicut a longe retroactis temporibus obſervatum eſt, in die Palmarum, omnes utriusque civitatis tam nove quam veteris Clerici et Laici cum ſollempni Proceſſione ad conſecrationem Palmarum ad Eccleſiam Cathedralem Brandenburgenſem accedant, nec in aliqua Eccleſia Civitatis utriusque miſſa celebretur, quousque conſecratio Palmarum in Eccleſia Cathedrali honorifice compleatur, Et quod in die Aſcenſionis Domini et in feſto Apoſtolorum Petri et Pauli cum ſollempni proceſſione Cleri et populi utriusque Civitatis Cathedralis Eccleſia, que in honorem B Petri eſt fundata, ſolempniter viſitetur. Si quis autem in dictis Proceſſionibus obſervandis impediendo aut non ſervando ipſas contumax fuerit et rebellis, Epiſcopus vel Prepoſitus Brandenburgenſis ipſum animadverſione debita, videlicet ſi Clericus fuerit Plebanus per poenam ſuſpenſionis ab officio vel beneficio, ſi laicus per ſententiam excommunicationis corrigat et emendet. Monachos etc.

†) Dieſe Zeugen, nämlich Biſchof Eggehard, Domprobſt Alverich und Vogt Albrecht von Spandow, fehlen in der zweiten Redaction.

*) Zweite Redaction: Datum Jeſere.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ducenteſimo ſeptimo decimo, quinto Kalend. Januarii, pontificatus noſtri anno primo, regnante domino Frederico rege et Romanorum electo, Magdeburgenſi vero eccleſie domino Alberto archiepiſcopo feliciter preſidente.

Nach dem Originale. Neben demſelben bewahrt das Domarchiv noch eine zweite Urkunde auf, welche in manchen Punkten abweicht und mit Zuſätzen vermehrt iſt. Dieſe zweite, von Zieſar datirte, ſonſt mit gleichem Datum und mit gleichem Siegel verſehene Urkunde, ſcheint eine ſpätere aber auf denſelben Tag zurückverſetzte Redaction des vorſtehenden Privilegiums zu ſeyn. Gercken, welcher die vorſtehend mitgetheilte Urkunde nicht erwähnt, hat dieſe zweite Redaction — obgleich mit manchen Fehlern, abdrucken laſſen (Stiftsh. S. 412). Hier ſind alle Abweichungen und Zuſätze der zweiten Redaction in den Noten bemerkt worden.

XLIX. Erzbiſchof Albert von Magdeburg und die Biſchöfe Engelhard von Naumburg, Eckard von Merſeburg und Siegfried von Brandenburg bekunden ihre Zuſtimmung dazu, daß die Eingeſeſſenen ihrer Diöceſen an dem zur Ankunft der Reliquien und zur Einweihung des Halberſtädter Doms zu gewährenden Ablaß Theil nehmen, am 30. September 1220.

Venerabili in chriſto fratri F. halberſtadenſi epiſcopo M. prepoſito A. decano Totique maioris eccleſie ſue capitulo A. dei gratia ſancte Magdeburgenſis eccleſie Archiepiſcopus E. Nuwenburgenſis, E. mersburgenſis et S. Brandeburgenſis epiſcopi orationes in domino. Cum fraterne caritatis affectu Eccleſiam ueſtram in omnibus quibus unquam poſſumus ſemper honorare uolentes preſentium auctoritate concedimus, ut quicunque penitentes uel alii deo deuoti in die aduentus reliquiarum et dedicationis eccleſie ueſtre de noſtris dioceſibus ad eccleſiam ueſtram cum deuotione confugerint eandem gratiam eandem indulgentiam quam ueſtris ſubditis decreueritis faciendam ab eccleſie ueſtre antiſtite libere conſequantur. Vt hec uobis im perpetuum firma ſint et uenientibus profutura, Hanc paginam ſigillorum noſtrorum impreſſione ſignatam uobis et eccleſie ueſtre in teſtimonium erogamus. Datum Magdeburg, Anno dominice Incarnationis M°. CC°. XX°., II. kal. octobris.

Nach dem Original des K. Provinzial-Archivs zu Magdeburg.

L. Der Biſchof Siegfried beſtätigt eine Schenkung von vier Hufen im Dorfe Fercheſar an das Hoſpital des Domcapitels, i. J. 1220.

— Sifridus, dei gratia Brandeburgenſis eccleſie epiſcopus. — Ne — ea, que circa hoſpitale eccleſie noſtre in Brandeburch pie aguntur, ab hominum memoria leviter elabantur, tam futuris quam preſentibus neceſſarium duximus declarare, quod Danyel, miles de Mukede, quatuor manſos cum omni integritate in villa noſtra Verchieſere, quos Sifridus, comes de Aldenhuſen, jure feodali a nobis tenuit et in manus noſtras reſignavit, pro ſalute anime ſue et uxoris ſue Berchte ac parentum ſuorum ad ſuſtentationem pauperum hoſpitalis ac quosdam alios uſus pio accenſus deſiderio precibus et precio conquiſivit ſub ea determinationis forma, ut, poſtquam alter vel

ambo dictorum conjugum carnis debitum exfolverint, ut major pro ipfis orandi excitetur devotio, Canonicis eccleſie noſtre de penſione eorundem manſorum in cujuslibet anniverſario videlicet dicti militis et ipſius uxoris ad refectionem ipſorum canonicorum annuatim magiſter ipſius hoſpitalis ſingulos decem ſolidos exſolvet et ut etiam pauperibus ad jam dictum hoſpitale confluentibus in eorundem anniverſariis elemoſina largior erogetur, dicti hoſpitalis magiſter in ſingulis anniverſariis chorum unum annone in ipſorum pauperum uſum expendet, reſiduum vero redituum de eisdem manſis provenientium in ſepedicti hoſpitalis utilitatem convertendo. Adjectum eſt etiam in ipſa donacione, ut ſi altero dictorum conjugum mortuo alter ſuperſtes continenter vivere voluerit, eosdem manſos, quoad vixerit, quiete poſſideat. Si autem ad ſecunda matrimonia convolare voluerit, dicti manſi cum poſſeſſione et proventibus ad memoratum hoſpitale ſine omni obſtaculo prelibatis uſibus tranſeant applicandi. Nos ergo hujus viri ſancte devotioni, ipſo petente, facilem prebentes aſſenſum, quicquid noſtri juris in ipſis manſis fore dignoſcitur, de conſenſu capituli noſtri ſepedicto hoſpitali libero donationis titulo preſcripto modo conferimus. Et ne quis diſpoſitionem vel proceſſum hujus facti temere preſumat infringere, ſub anathemate diſtricte prohibemus, ita quod, quicunque de ipſis proventibus aliud ordinare auſu temerario preſumpſerit, ipſo facto excommunicationis poenam incurrat. Cujus facti ſeriem ſuper hoc conſcriptam cum ſigilli noſtri munimine duximus roborandam, adhibitis ydoneis teſtibus, quorum nomina ſunt hec: Alvericus prepoſitus, Heinricus prior, Jacobus cellerarius, Heidenricus cuſtos, canonici Brandeburgenſes, Wilhelmus de Pritzerwe, Benedictus de Woſtermarke, Amelricus de Plawe, Hildewinus de Buzowe, plebani; Badericus, burchgravius de Brandeburch, Arnoldus de Plawe, Conradus de Cliceke, Erneſtus de Nydicem, Theodericus prefectus de Pritzerwe, milites, et alii quam plures clerici et laici. Actum anno domini anno M°. CC°. XX°. indictione VIII^a.

Nach dem Originale.

LI. Der Päpſtliche Legat Conrad legt einen Zwiſt bei zwiſchen dem Abte und den Pröpſten des Prämonſtratenſer-Ordens, am 29. November 1224.

Conradus, miſeratione divina Portuenſis et ſancto Ruſo epiſcopus, apoſtolice ſedis legatus, omnibus in perpetuum. Cum cauſa verteretur inter abbatem et ordinem Premonſtratenſem ex una parte et prepoſitum ſancte Marie Magdeburgenſis, de gratia dei, de Lizeke, de Brandeburg, de Havelberg, de Ratzeborg, de Jerichow, de Collebeke, de Rothe, de Quiddelingborg, de Wida, de Polethe, de Gramzow, de Themnitz prepoſitos, ab eccleſia ſancte Marie Magdeburgenſis deſcendentes, ex parte altera ſuper eo videlicet, quod idem abbas et conventus Premonſtratenſis prepoſitos prenominatos a prima plantatione religionis ordinis Premonſtratenſis aſſerebant debere conuenire ad generale capitulum Premonſtratenſe et communibus inſtitutionibus ordinis obedire, partibus ſuper hoc diſſentientibus, cum a ſede apoſtolica diverſe ſuper hoc litere ad diverſos judices emanaſſent, tandem et ſpontanee conſentientibus viris diſcretis, H. cantore et ſuis conjudicibus Metenenſibus nec non et viro venerabili magiſtro Lodovico, procuratore reverendi patris, dei gratia Magdeburgenſis archiepiſcopi, ad componendum ſpecialiter deſtinato, placuit partibus, in hanc formam pacis et concordie amicabiliter in noſtra preſentia

convenire secundum quod inferius est expressum, videlicet quod omnes prepositi supradicti tenebuntur ad generale capitulum Premonstratense accedere de triennio in triennium et ibidem facere obedientiam domino abbati Premonstratensi, excepto preposito Marie Magdeburgensis, de quo inferius est aliter ordinatum, ita tamen, quod obedientia illa non ligabit illos ad recedendum a consuetudinibus seu juribus, observationibus seu constitutionibus, quas antea habuerunt, nec per abbatem Premonstratensem, neque per capitulum recedere ab eisdem, imo suis conscientiis relinquentur, donec eis fuerit divinitus inspiratum, quod per omnia se velint ordini confirmare. Si autem predicti prepositi vel aliquis eorum ea, que predicta sunt, non observaverint, dominus Premonstratensis abbas ipsos per suspensionis et excommunicationis sententias puniet, si voluerit, et dominus prepositus sancte Marie Magdeburgensis ipsas sententias observabit et faciet observari, nec eis, si super hoc defendere voluerint, aliquod auxilium vel consilium exhibebit: prepositus siquidem sancte Marie Magdeburgensis non tenebitur facere obedientiam, sed prepositus de Gratia dei obedientiam faciet manualem, sicut alii prepositi supra dicti. De coercione autem istorum duorum prepositorum videlicet sancte Marie Magdeburgensis et de Gratia dei sic ordinatum est, quod, si ad capitulum ambo vel alter eorum non venerit, sicut supra dictum est, dominus abbas Premonstratensis significabit venerando patri, dei gratia Magdeburgensi archiepiscopo, per literas suas, ut puniat per sententias suspensionis et excommunicationis eosdem. Quod si non fecerit idem archiepiscopus, infra tres menses a receptione literarum abbatis vel capituli Premonstratensis, extunc abbas Premonstratensis ipsos puniet, sicut supra dictum est de coertione aliorum prepositorum, ita tamen, quod propter hoc, videlicet quod non venerint, dictos duos prepositos vel alios prelatos a prelatione vel administratione amovere non possit. Hoc etiam adjectum est et conventum, quod, quamdiu fuerint tam ipse prepositus sancte Marie Magdeburgensis, quam etiam omnes prepositi supradicti citra Premonstrate ad tres dietas sive eundo ad capitulum sive redeundo a capitulo sive alio modo moram fecerit circa Premonstrate, ad tres dietas conformes erunt ceteris professoribus ordinis in habitu et in victu, et hoc nihilominus condictum fuit a partibus est statutum, quod si aliquam ecclesiam Premonstratensis ordinis intraverint, citra Rhenum, versus Premonstrate, ibidem manentibus se in victu et habitu conformabunt. Si que autem ecclesie in posterum a predictis vel sub predictis ecclesiis plantate fuerint et fundate, prelati ipsarum ecclesiarum sub ipsa forma compositionis, qua prelati alii a prepositis sancte Marie Magdeburgensis et de Gratia dei comprehendentur. Si vero abbas vel capitulum Premonstratense ab ipsa compositione resilierint, tam prepositus sancte Marie Magdeburgensis quam omnes alii prepositi supra dicti ac eorum ecclesie ab omni subjectione et impetione abbatis vel capituli Premonstratensis erunt in perpetuum penitus absoluti. Et si prepositus sancte Marie Magdeburgensis vel alii prelati ecclesiarum supra dictarum ab hac compositione resilierint, abbati et ordini Premonstratensi, sicut et alii abbates et professores ejusdem ordinis erunt omnino subjecti et in obfervandis ordinis uniformes. Preterea notandum est, quod prepositus sancte Marie Magdeburgensis omni juri, quod habebat vel habere poterat in Vesceren et Arnersten ecclesiis renunciavit omnino et quantum in eo est abbati et capitulo Premonstratensi remisit. Partes etiam omnibus instrumentis liti super predicta causa obtentis renunciaverunt ex toto. Hanc igitur compositionem, initam de bona partium voluntate, auctoritate nostra et ex injuncto nobis legationis officio confirmamus. Et ne super hoc in posterum aliqua possit dubietas suboriri, sigilli nostri impressione presentem paginam fecimus communiri. Acta sunt hec Metis III. Kal. Decembris anno incarnationis dominice M. CC. XXIIII.

Nach der Copie im Copialbuche.

LII. Der Bischof Gernand bestätigt eine Schenkung an das Hospital des Domstiftes, am 4. April 1225.

— Gernandus, dei gratia Brandeburgensis ecclesie episcopus, — cum ad hoc devotionem Danielis militis de Mukeda reverentia Jesu Christi ac ejus charitas invitarint, ut anime sue parare desideret ad eterne beatitudinis premium obtinendum, obtulit idem miles de consensu et sine contradictione nostra omnipotenti deo et beato apostolo ejus, Petro, ad usus hospitalis ecclesie nostre cathedralis in Brandeburg, feodum quatuor mansorum in Pritzerwe, quod tenebat a nobis, et pratum quoddam, situm inter pratum nostrum et opidum nostrum Pritzerwe, in suorum et uxoris sue remedium peccatorum, ita tamen, quod quamdiu vixerint ambo simul vel alter eorum altero mortuo eorundem mansorum reditus maneant apud ipsos; si tamen unus superstes fuerit, ducere castam vitam voluerit absque copula conjugali, quod si forsan ad alterius matrimonii copulam convolare voluerit, cedent ecclesie nostre prefate ad usus hospitalis ipsius et commodum iidem mansi et omnem ex eis ad elemosinas pauperum Christi percipiet usufructum nec alias iidem redditus expendent, ut elemosinarum presentia illos invitet devotio et inducat, ut pro ipsis benefactoribus suis orent. Et conventus quidem ecclesie nostre predicte tam ipsius militis quam uxoris sue prefate anniversarium suum diem agat. Ut autem hec nostra donatio et militis sepedicti ordinatio et oblatio ecclesie sepedicte ad usus hospitalis ejus maneat perseverans et perpetuis temporibus inconvulsa, ipsam presenti scripto nostro, impressione sigilli nostri munito, duximus roborandam, sub anathematis interminatione districtius inhibentes, ne quisquam presumat eam alicujus presumptione malevolentie lacerare, que subscriptorum virorum testimoniis est munita, videlicet Johannis de Capella parrochiani in Brandeburg, Jacobi plebani in Milowe, magistri Wilhelmi de Pritzerwe, Hinrici plebani de Plawe, Johannis plebani de Motennyz, Johannis plebani de Banthyz, laicorum comitis Bederici de Beltyz, Alberti advocati de Spandow, Sifridi de Stegeliz, Ottonis advocati de Brandburch, Alberti militis de Pritzerwe, Jordani militis in Pritzerwe et aliorum multorum. Datum Brandeburch II. nonas Aprilis anno ab incarnatione domini M°. CC°. XXV°.

Nach der Copie im Copialbuche.

LIII. Der Bischof Gernand schenkt dem Dom-Capitel das Dorf Göpel zu Lichtern in der Kirche, im Jahre 1226.

— Gernandus, dei gratia Brandeburgensis ecclesie episcopus, dilectis in Christo filiis Alberico preposito, Heinrico priori ac toti ejusdem ecclesie capitulo, — nos ad laudem et gloriam Jhesu Christi beatique Petri, apostolorum principis, patroni ecclesie nostre, cui presidemus indigni, vobis et officio custodie tradimus et donamus ad luminaria concinnanda villam Gople cum agris, pascuis, aquis et pratis pertinentibus ad eandem. Damus eidem nihilominus villicationem ipsius ville, videlicet civium magistratum cum mansis illi addictis, advocatiam quoque nobis liberam et vacantem et gurgustum quoddam in Obula, quod Guer vulgari nomine dicitur, quod Heinricus Slavus, magister civium dicte ville, tenebat a nobis, statuentes, ut de omnibus his prescriptis lumina ecclesie pro-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

curentur, ſicut honorabilius et plenius pro loco et tempore potuerint procurari; advocatiam quoque villarum Garfeliz, Buchowe, Muſeliz atque Gorne et Kik, quam de manu domini Bederici burcgravii, qui a nobis eam tenuit, redemiſtis, vobis et eccleſie veſtre donamus cum omni plenitudine juris ſui. Ut autem hec noſtra donatio rata vobis permaneat et eternis temporibus inconvulſa, vos ſuper ea preſenti pagina ſigilli noſtri munimine roborata, duximus muniendos, ſub anathematis interminatione diſtrictius inhibentes, ne quis auſu preſumat eidem temerario contraire vel ipſam quomodolibet violare. Teſtes autem hujus rei ſunt: Alvericus prepoſitus Brandeburgenſis, Reinerus prepoſitus Liezekenſis, Heinricus prior, Heinricus camerarius, Jacobus, cellerarius, Heidenricus cuſtos, canonici Brandeburgenſes, magiſter Helyas, plebanus de Secezere, Richardus, notarius noſter, Johannes, Sancti Nicolai canonicus Magdeburgenſis; laici vero Bedericus burcgravius Brandeburgenſis, Sifridus et Conradus fratres de Stegeliz, Albertus miles de Pretſerewe, Daniel miles de Mukede, et Thidericus, prefectus, frater ejus, Marſilius, officiatus noſter de Pretſerewe, et alii quam plures. Datum Brandeburch, nonas Junii, anno ab incarnatione domini milleſimo ducenteſimo viceſimo ſexto, pontificatus vero noſtri anno quinto.

Nach dem Originale.

LIV. Der Biſchof Gernand beſtätigt eine Schenkung an das Hoſpital des Domſtiftes, am 4. Februar 1227.

Gernandus, dei gratia Brandeburgenſis epiſcopus, univerſis in Chriſto fidelibus, preſentem paginam inſpecturis. — Daniel ſiquidem miles de Mukede piam habet cum deſiderio voluntatem, ſicut credimus et ſperamus deſuper inſpiratam, quatenus hoſpitali eccleſie noſtre Brandeburgenſis taliter in reditibus ampliandis juxta proprias facultates provideat et ſuccurrat, ut pauperum Chriſti refectio tanto ibi fiat uberior, quanto per quantitatem impendii ſui ſurgunt redditus hoſpitalis majoribus incrementis. Noverint igitur univerſi litteras has viſuri, quo iure miles preter hos redditus, videlicet quatuor manſos, ſitos in villa Verchiezere, et totidem in villa Pretſerewe cum prato uno, quos diu contulerat hoſpitali, juxta quod in conſcriptis ſuper hoc privilegiis continetur, nunc de novo reſignavit in manibus noſtris ad uſus hoſpitalis ejusdem quatuor choros ordei et ſiliginis octo modiis minus, quos eccleſie de Pretſerewe deputavit, et tres manſos, in villa Verden ſitos, ſimul cum eadem annona, quos de manu noſtra jure tenuit feodali, ſic tamen, ut redditus illos ipſe percipiat temporibus vite ſue, ceſſuros ad ſuſtentationem pauperum hoſpitalis poſt obitus ſui diem. Et ſtatuit quidem, ut canonici Brandeburgenſes memoriam ſui et uxoris ſue Berte defuncte nec non et patrum, predeceſſorum ſuorum, ſingulis annis agant diebus anniverſariis eorundem. Sed et nos, precibus ipſius militis inclinati et devotionis ſue facilem impendentes aſſenſum, quicquid noſtri juris in ipſis manſis et choris fore dignoſcitur, de conſenſu capituli noſtri hoſpitali eidem libere donationis titulo duximus conferendum ſub anathematis interminatione, diſtrictius inhibentes, ne quis hujus facti proceſſum temere preſumat infringere, ita quod quicunque de ipſis proventibus ordinare preſumpſerit aliud, ipſo facto excommunicationis poenam incurrat. Hujus autem facti proceſſum literis noſtris inſertum, ſigilli noſtri munimine duximus roborandum, fidelium teſtimonio ſubſcripto, quorum hec ſunt no-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

mina: Alvericus prepositus, Heinricus prior, Jacobus cellerarius, Heinricus camerarius, Heidenricus custos, Heinricus de Jezere, canonici Brandeburgenses, plebani vero Wilhelmus de Pretserewe, Heinricus de Plawe, Johannes de Bantiz, Jacobus de Milowe; sed et laici Conradus, miles de Clezeke, Conradus de Stegeliz, Thidericus prefectus de Pretserewe et alii quam plures. Datum Pretserewe II. Nonas Februarii anno gratie M°. CC°. XXVII°., pontificatus vero nostri anno VII.

Nach dem Originale.

LV. Der Bischof Gernand verordnet den Domherrn Daniel von Mukede zum Verwalter des Hospitales, am 6. Januar 1230.

Gernandus, dei miseratione Brandeburgensis episcopus, omnibus Christi fidelibus, hanc literam audituris, salutem in domino Jhesu Christo. Cum dominus Daniel frater et canonicus noster super hospitali Brandeburg edificando et procurando suam nobis frequenter exposuerit voluntatem et hoc multo desiderio studuerit adimplere, ita ut hanc dixerit primam esse causarum, quare se religioni nostre tradiderit et applicuerit loco nostro, nos super hoc proposito suo et alio statu ejus fraterne illi ac pie providere volentes ex consensu capituli nostri concedimus illi, ut usque ad festum penthecostes proximum deliberet et extunc habeat optionem, vel in ecclesia nostra standi cum fratribus et regulariter in ea vivendi vel manendi Pritzerwe, nomine et vice ecclesie, tanquam administrator ipsius in curia et bonis, que ab ipso et per ipsum ecclesie sunt collata, sicut in conscripto super hiis privilegio continetur. Manens autem in villa et administratione bonorum, regulariter se gerat secundum ordinis instituta et in capitulo et tractatibus ejus vocis plenitudinem non habebit. Presidens etiam in hiis bonis, debita sua solvet, quantumcunque ipsi fuerit oportunum, et nichilominus hospitali domui providebit, quantumcunque oportunitas permiserit et facultas. Solutis autem debitis ad ecclesiam et vocis sue plenitudinem, si voluerit, revertetur. Quod si elegerit in ecclesia nostra stare, provisio ei dabitur hospitalis, et ipse Daniel coadjutor erit Heynrici de Clodene, quamdiu ipse in eodem officio permanebit, ac nichilominus juxta quod oportunum ei fuerit, et domui debita sua solvet, assumptis sibi duobus ex fratribus, quos voluerit, conscüs, per quorum conscientiam illa solvat, sive residens apud nos fuerit, sive manens in villa. De sex autem mansis Mortzane hoc statuimus, ut census et annona trium mansorum exnunc et in perpetuum custodie nostre cedant, et alii tres mansi cum servitiis ipsorum sex mansorum ad domum pertineant hospitalis, vivente et procurante domum hospitalis domino Daniele; mortuo autem ipso vel domum ipsam voluntarie resignante, cedent omnes mansi et omnia jura eorum custodie memorate. Pascua glandium in sylva Mortzane ad opus cellerarie perpetuo pertinebunt. Quodsi hospitale porcos aliquos habuerit impinquandos, eisdem silve illius pascua concedentur. Acta sunt hec anno incarnationis dominice M°. CC°. XXX°. Datum Pritzerwe VIII. idus Januarii, pontificatus nostri anno IX.

Nach dem Originale.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

LVI. Bischof Gernand von Brandenburg bestätigt und verändert die wegen der Marienkirche zu Koßwig von seinem Vorgänger getroffenen Einrichtungen, am 1. Mai 1230.

In nomine sancte et individue trinitatis. Gernandus, Dei gratia Brandenburgensis Episcopus — Venerabilis Patris nostri Balduini Episcopi laudabilem institutionem non solum nostre approbationis assensu verum etiam nostre deuotionis affectu dignissimam Auctore Spiritu Sancto ratam habentes firmam et inuiolabilem volumus obseruari, iis duntaxat exceptis, que circa Preposituram Decaniam et statum prebendarum et qualitatem ipsarum duximus innovanda —. Testes — Johannes, Reinelius et Richardus Clerici nostri, Layci vero Ulricus dapifer, Heinricus de Wallisleue frater eius, Heinricus de Woldegen, Conradus Schlichting milites et alii quam plures. Datum Magdeburg, Kal. Maji, Anno gratie MCCXXX, Pontificatus nostri anno VIII.

Vollständig in Beckmann's Anhalt. Hist. III, 313. Das Datum Pontificatus anno octavo ist wohl ein Fehler und VIII statt VIIII — wie in der Urkunde gestanden haben mag — gelesen worden.

LVII. Der Papst Gregor IX. bestätigt dem Domcapitel seine Besitzungen und Gerechtsame, am 14. Dezember 1233.

Gregorius, episcopus, servus servorum dei, dilectis filiis, preposito et capitulo Brandeburgensis ecclesie, salutem et apostolicam benedictionem. Justis petentium desideriis dignum est nos facilem prebere consensum et acta, que a rationis tramite non discordant, effectu prosequente complere. Ea propter, dilecti in domino filii, vestris justis postulationibus grato concurrentes assensu, villas, allodia, possessiones et alia bona, tam a venerabili fratre nostro, Brandeburgensi episcopo et suis predecessoribus, prout et ipsius episcopi litteris plenius continetur, quam a nobilibus viris, marchionibus Brandeburgensibus, et aliis Christi fidelibus ecclesie vestre pia et provida liberalitate concessa nec non libertates et immunitates, vobis rationabiliter ab eisdem indultas, ac antiquas et rationabiles ecclesie predicte consuetudines et hactenus observatas, sicut ea omnia juste ac pacifice possidetis, vobis et per vos ecclesie eidem auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Ad majorem autem ecclesie prefate cautelam litterarum ipsarum tenorem de verbo ad verbum presentibus duximus inserendum, qui talis est: In nomine *) etc. — presidente. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hac attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli, apostolorum ejus, se noverit incursurum. Datum Laterani XVIIII. Kal. Januarii, pontificatus nostri anno septimo.

Nach dem Originale.

*) Es folgt nun wörtlich die Urkunde vom Jahre 1217.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

LVIII. Der Bischof Gernand schenkt dem Hospitale des Domstiftes einen Theil des Wernitzer Waldes, Produnsdunk genannt, am 10. Januar 1234.

Gernandus, dei miseratione Brandeburgensis episcopus, omnibus Christi fidelibus, hanc litteram audituris, in Jhesu salvatore salutem. Adtendentes, quod — manus ad proximum indigentem extendere teneamur, et alias ei expandere viscera pietatis pauperibus, qui in facie nostra sunt, et tanquam in ecclesie nostre Brandeburgensis gremio collocati, manum misericordie vidimus largius extendendam; igitur domui hospitalis in castro Brandeburg jam erecte, ob anime nostre salutem ac refocillationem recipiendorum pauperum in eadem, particulam quandam nemoris nostri, quod Werniz dicitur, videlicet locum, qui Produnsdunk nuncupatur, intuitu dei omnipotentes et interventu dilecti nobis Danielis, canonici Brandeburgensis, fundatoris domus ejusdem, donatione perpetua duximus conferendam, ut exinde edificia, que adhuc minus sufficiunt, erigantur, et alia quecunque commodis pauperum necessaria fuerint, ordinentur. Contulimus autem dictum locum cum omni jure, quo a nobis hactenus est possessus, tam in paschuis quam in lignis et aliis, quecunque sunt sub nomine hujus vocabuli comprehensa, in quoscunque usus dictus fundus, procedente tempore, redigatur. Ut autem hec nostra donatio debitam obtineat firmitatem, ipsam presenti scripto, sigillo nostro munito, curavimus roborare. Testes sunt prepositus Jacobus, prior Etchelo, custos Thidericus, canonici Brandeburgenses, Wilhelmus de Pritserwe, Johannes de Bantiz, Johannes de Muceliz, plebani, Thidericus scultetus, Johannes advocatus, Marsilius, cives de Pritserwe. Datum Jezere, IIII idus Januarii.

Nach dem Originale.

LIX. Papst Gregor IX. beauftragt die Erzbischöfe von Cöln und Magdeburg, den Streit über die Zehnten zwischen dem Bischofe und dem Markgrafen von Brandenburg zu untersuchen und nach Befinden mit geistlichen Strafen gegen die letztern zu verfahren.

Gregorius episcopus, seruus seruorum dei etc. Ex parte venerabilis fratris maguntini (Brandenburgensis?) Episcopi fuit propositum coram nobis, quod Johannes et Otto Illustres principes de prandenpurg per quosdam terminos sue potestatis sitos in ipsius dyocesi decimas sub diuino jure soluere contradicant et super hoc a nobis justiciam postulauit. Ad hec dilectus noster C., talis loci canonicus, dictorum nobilium procurator, proposuit coram nobis ex aduerso, quod dicti marchiones sub auorum suorum temporibus jn ea libertate Episcopis dicti loci scientibus et non contradicentibus semper possederunt terras suas et de eisdem vsque ad hec tempora decimas non soluerunt. Sed quedam bona de prediis suis dederunt pro ipsis decimis de Episcoporum dicte ecclesie approbatione et consensu et id constanter se afferunt probaturos. E contrario proposuit procurator Episcopi, quod etsi concambii vim testes et scripta autentica approbarent hujus earundem probationum nullatenus standum esset, cum jus decimarum adeo juribus spiritualibus sit annexum quod et nec vendi nec commutari valeat vllomodo nec jn proprietatem laycalis potentie conuertatur. Cum et dicti marchiones non sunt legali debito vasallorum Episcopo memorato, nec se habere decimas vel ab eodem vel ab ullo principe ecclesiastico fateantur, cum tamen decime a nemine preter quam ab ecclesia ha-

beri valeant vllo modo et dicti principes jn hoc nullum jus eccleſiaſticum recognoſcunt, immo appropriant ſibi decimas, jn graue animarum ſuarum periculum et eccleſie uniuerſalis prejudicium, vnde ſic grauate prefate eccleſie ſubueniri per ſedem apoſtolicam poſtulauit. Cum igitur de negocii quantitate ſeu ueritate plene inſtrui non poſſimus et quia ibi ueritas requirenda vbi commodius valet elici et lucidius declarari, fraternitati veſtre per apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus prefixo preſentibus termino competenti de dicte eccleſie jnjuria cognoſcatis, Et ſi apparente aliqua occaſione et tam rationabili ſeu honeſta predicto Epiſcopo ad dandas predictas decimas teneantur, tunc iidem nobiles ipſas et per ſe ſoluant et a ſuis ſolui faciant omni occaſione et appellacione ceſſantibus, non obſtante contraria conſuetudine vel abuſu: alias ponatis in terram eorum eccleſiaſticum interdictum, vlterius ſi eorum exigerit contumacia per ſedem apoſtolicam proceſſuri, ut et prohibeatis eosdem ab omnibus eccleſiaſticis ſacramentis etc.

Nach dem Codex Viennenſis der K. K. Hofbibliothek zu Wien (LXI der Manuſcr. philologica) fol. 12.

LX. Die Erzbiſchöfe von Cöln und Magdeburg beſcheiden die Markgrafen auf den 28. Juni zum Verhöre nach Magdeburg.

Nobilibus et illuſtribus principibus Jo. et Ottoni, dei gracia Marchionibus Brandeburgenſibus O. et C. eadem gratia Magdeburgenſis et Colonienſis eccleſiarum epiſcopi, judices a ſede apoſtolica delegati orationes et obſequia indefeſſe. Litteras domini pape per omnia recepimus in hec verba: Gregorius etc. (No. LIX). Quoniam igitur mandatum apoſtolicum nec poſſumus nec volumus cum aure ſurda preterire, cui in omnibus et per omnia tenemur obedire, auctoritate, qua fungimur, in vigilia petri et pauli apoſtolorum proxime ventura ad noſtram preſentiam in (Magdeburg) vos citamus, locum vobis ibidem majorem eccleſiam et predictam diem peremptoriam aſſignantes.

Nach dem Codex Viennenſis fol. 12, 13.

LXI. Die Markgrafen entſchuldigen ſich, nicht perſönlich zu dieſem Verhöre erſcheinen zu können.

Venerabilibus dominis . . . . . eccleſiarum epiſcopis judicibus a ſede apoſtolica delegatis J. et O. dei gratia marchiones Brandenburgenſes obſequium cum promptitudine voluntatis. Expoſcit reuerentia veſtrum, quod cum ad veſtram citationem maydeburch venire non poſſimus, cauſis rationabilibus jmpediti, familiarem noſtrum procuratorem conſtituimus ad jnpetendum jnducias ad allegandum et ſi neceſſe fuerit ad comprobandum coram vobis de jnpotentia reemendi et ad appellandum, ſi ſibi viſum fuerit expediens et conſultum.

Nach dem Codex Viennenſis fol. 13. Die vorſtehenden drei aus einem Formelbuche entlehnten Urkunden geben zwar die Namen zum Theil unrichtig an, ſind jedoch ohne Zweifel aus wirklich erlaſſenen Schreiben entlehnt.

LXII. Der Papſt Gregor IX. beauftragt den Biſchof, Propſt und Scholaſticus zu Merſeburg die Markgrafen von Brandenburg dahin zu bringen, daß ſie die dem Bisthume Brandenburg entzogenen Zehnthebungen demſelben wieder abtreten, am 18. Februar 1234.

Gregorius epiſcopus, ſervus ſervorum dei, venerabili fratri epiſcopo et dilectis filiis, prepoſito et ſcholaſtico Mersburgenſi, ſalutem et apoſtolicam benedictionem. Ex parte venerabilis fratris noſtri, Brandeburgenſis epiſcopi, fuit propoſitum coram nobis, quod quondam Albertus, marchio Brandeburgenſis, per procuratorem ſuum coram felicis recordationis Innocentio papa, predeceſſore noſtro, propoſuit, quod, cum pars non modica terre, ad ſuam marchiam pertinentis, per ſuos ac ſuorum progenitorum labores de paganorum manibus eruta jaceret ſterilis et inculta, ipſe ad cultum reducere eam volens conventualem eccleſiam cum duodecim canonicis et eorum prepoſito conſtruere propoſuit in eadem, que, ab omni pontificali jurisdictione prorſus exempta, ſoli Romano pontifici ſubjaceret, ita demum quod duabus partibus decimarum ejusdem terre devolutis ad marchionem et heredes ipſius, qui ejusdem eccleſie fabricam propriis exigere ſumptibus et milites, ſine quibus ab inſultu Slavorum impugnantium profeſſores nominis Chriſtiani terra ipſa tuta eſſe non poſſet, conducere tenebantur, tertia pas perſolveretur eccleſie conſtruende: et iidem nichilominus in recompenſationem duarum partium decimarum pro ſingulis quinquaginta manſis unam argenti marcam ſedi apoſtolice ſolverent annuatim. Super quibus dictus predeceſſor noſter, volens Brandeburgenſi eccleſie precavere, quondam abbati de Sichem et decano Halberſtadenſi ſuis dedit litteris in mandatis, ut, inquiſita ſuper premiſſis et cognita veritate, quod invenirent, per ſuas ſibi litteras intimarent. Sed idem marchio, ut dictam eccleſiam fraudaret decimis, ſicut progenitores ſui, qui propter hoc pluries fuerunt vinculo excommunicationis aſtricti, captata predicti abbatis abſentia, qui debebat et poterat intereſſe, ac epiſcopo ignorante, per ſolum decanum terram fecit inſpici memoratam, cujus proceſſus et de jure contempnitur et utrum deductus in aliquam ſolempnitatem fuerit ignoratur. Cum autem jam dicto predeceſſori noſtro tam ſuper conficta liberatione terre de manibus paganorum, cum non ſint niſi fideles in ea, quorum impugnationis occaſio non de infidelitate ſed de ſubtractione ſubjectionis ab imperio procedebat, quam de conſtructione conventualis eccleſie marchio memoratus falſo ſuggeſſerit, nec ab ipſo vel ejus filiis promiſſus cenſus apoſtolice ſedi fuerit perſolutus, in quo etiam ſi ſolvi contingeret, Romana deciperetur eccleſia et Brandenburgenſis enormiter lederetur, cum terra, de qua agitur, continere dicatur medietatem Brandeburgenſis diocefis et quinquaginta manſorum decima marcas valeat quinquaginta, propter que predictus marchio frandulenter egiſſe preſumitur ad vendicandum ſibi predictas decimas et jus Brandeburgenſis eccleſie ſupplantandum: nos, eidem eccleſie providere volentes, diſcretioni veſtre per apoſtolica ſcripta mandamus, quatinus, diligentius inquiſita ſuper premiſſis omnibus veritate, ſi rem inveneritis ita eſſe, nobiles viros, Johannem et Ottonem, marchiones Brandeburgenſes, ut, non obſtantibus aliquibus litteris a ſede apoſtolica impetratis, quibus hactenus non ſunt uſi, deſiſtant a vendicatione hujusmodi decimarum et illas epiſcopum ac eccleſiam Brandeburgenſem, ad quam de jure pertinere noſcuntur, percipere libere ſine aliqua difficultate permittant, monere prudenter et efficaciter curetis inducere ac compellatis cenſura eccleſiaſtica, ſi videritis expedire, appellatione frivola marchionum ſuper eo, quod compoſitioni, oblate ab ipſis, epiſcopus in eccleſie ſue diſpendium acquieſcere renuit, non obſtante, proviſo, ne in terram ipſorum marchionum excommunicationis vel interdicti ſententiam proferatis, niſi ſuper hoc a nobis mandatum receperitis ſpeciale. Teſtes autem, qui fuerint nominati, ſi ſe gratia, odio vel timore ſubtraxerint, per cenſuram eandem appellatione ceſſante cogatis veritati teſtimonium perhibere. Quod

si non omnes hiis exequendis potueritis intereſſe, tu, frater epiſcope, cum eorum altero ea nichilominus exequaris. Datum Laterani, XII. Kal. Martii, pontificatus noſtri anno ſeptimo.

Nach dem Originale.

LXIII. Papſt Gregor IX. beſtätigt dem Domcapitel alle Beſitzungen und Gerechtſame am 27. Februar 1234.

Gregorius epiſcopus, ſervus ſervorum dei, dilectis filiis, Jacobo, prepoſito Brandeburgenſis eccleſie, ejusque fratribus tam preſentibus quam futuris, regularem vitam profeſſis, in perpetuum — veſtris juſtis poſtulationibus clementer annuimus et eccleſiam Brandeburgenſem, in qua divino eſtis obſequio mancipati ad exemplar felicis memorie Clementis et Celeſtini, predeceſſorum noſtrorum, Romanorum pontificum, ſub beati Petri et noſtra protectione ſuſcipimus et preſentis ſcripti privilegio communimus, inprimis ſiquidem ſtatuentes, ut ordo canonicus, qui ſecundum deum et beati Auguſtini regulam atque inſtitutionem Premonſtratenſium fratrum in eadem eccleſia inſtitutus eſſe dignoſcitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter obſervetur. Preterea quascunque poſſeſſiones, quecunque bona eadem eccleſia in preſentiarum juſte et canonice poſſidet aut in futurum conceſſione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium ſeu aliis juſtis modis, preſtante domino, poterit adipiſci, firma vobis veſtrisque ſucceſſoribus et illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis: locum ipſum, in quo prefata eccleſia ſita eſt, in urbe videlicet Brandeburch, cum omnibus pertinentiis ſuis; eccleſiam beati Godehardi in Pardwin et beati Nycolay in Lukeberch; eccleſiam ſancte Marie in Harlungeberch, cum tertia parte decimarum ex adjacentibus partibus vinearum; villas etiam Buchowe, Garceliz, Bultiz, Kyk, Muſeltiz, Gorne cum decimis et omnibus appenditiis earum, cultis et incultis, ſilveſtribus, paluſtribus, cunctisque utilitatibus cum duobus lacubus inter Gorne et Siloe ſitis; villas quoque, a marchione Ottone et filiis ejus, Ottone et Henrico, eccleſie noſtre collatas, ſcilicet Muczowe, Tremene, Thure cum decimis et omnibus earum pertinentiis; eccleſiam in Thure cum villis ad eam pertinentibus, ſcilicet Izinc, Crelin, cum tertia parte decimarum et totam decimam ville Bawerſtorp et quecunque ibi fuerint; centum manſos in Zucha ſitos, quos predictus Otto princeps pro anima patris et matris et uxoris ſue Judithe marchioniſſe, eorum filiis conſentientibus, de patrimonio ſuo optulit cum omnibus pertinentiis ſuis; quinque modios majoris menſure ſalis annuatim perſolvendos; villam inſuper Damme dictam, a Rudulfo de Jhericho, in opus ejusdem eccleſie Ottoni marchioni reſignatam et ab eo et filiis ejus cum omnibus ad eam pertinentibus eccleſie veſtre oblatam; decimas etiam ejusdem ville, a Wilmaro epiſcopo in uſus veſtros conceſſas; molendinum quoque in Clinke; ſex etiam arearum fundos in civitate Parduwin a fidelibus oblatos; eccleſiam Cechowe cum dote ſua, ſcilicet duobus manſis, et omnibus decimis ejusdem ville et tertiam partem decimarum de villis ad eam pertinentibus; eccleſiam in Goliz cum dote ſua, ſcilicet duobus manſis; eccleſiam in Nibede cum dote ſua, ſcilicet duobus manſis, et tertiam partem decimarum tam harum villarum quam ville Wachowe, pertinentis in Boliz; in Wachowe duos manſos; eccleſiam Verchiezere cum dote ſua, ſcilicet duobus manſis; totam villam Pluſin, in Zucha ſitam, cum omnibus pertinentiis ſuis et totam decimam ejusdem ville; villam Marzane cum tota decima et omnibus pertinentiis ejusdem

ville; ecclesiam ejusdem ville Marzane cum dote sua, scilicet uno manso; ecclesiam Oyne et ecclesiam Goliftorp, in Juterbuch sitas; villam Sconelo, in qua sunt triginta mansi, cum tota decima et omnibus attinentiis suis; ecclesiam in Markowe cum dote sua, scilicet duobus mansis, et tertia parte decimarum ejusdem ville et ville Markede; ecclesiam in Zozin cum dote sua, et duobus mansis in agris ville Clebeloch et tribus areis et omnibus aliis pertinentiis suis; ecclesiam in Mune cum ecclesia in Golsdorp cum villis et decimis et omnibus pertinentiis suis; allodium etiam Eilbretsteczwerdre cum omnibus pertinentiis suis paluftribus, silvestribus, cultis et incultis; hospitale quoque pauperum et infirmorum juxta ecclesiam vestram, quod vestris sumptibus construxistis, cum omnibus pertinentiis suis et quatuor mansis in villa Pritzerwe et uno prato, et quatuor mansis in villa Verchiezere et tribus mansis in villa Vorden cum quatuor choris siliginis et ordei, que omnia Daniel miles pro remedio anime sue eidem hospitali contulit intuitu pietatis; curam animarum urbis Brandeburch, que vos jure episcopalis sedis contingit, sicut eam Wilmarus, Sifridus et Balderammus episcopi vobis concesserunt, et curam animarum de ecclesiis, que ad usus vestros pertinent vel inposterum pertinebunt. Ad hec omnia jura, que vestra ecclesia juxta morem aliarum ecclesiarum juste et pacifice possidet, vobis et eidem ecclesie vestre auctoritate apostolica confirmamus. Specialiter autem antiquas et rationabiles consuetudines ecclesie vestre hactenus observatas auctoritate duximus apostolica confirmandas. Obeunte quidem ejusdem ecclesie prefule in successorem ipsius antistitis eligendo liberam electionem vos habere decernimus, nullusque vobis invitis per subreptionem aliquam vel violentiam preponatur, sed ille debeat in vestra ecclesia locum et officium pontificis obtinere, quem unanimi voluntate vel de consilio majoris et sanioris partis de gremio ipsius ecclesie videritis eligendum; si autem in vestra ecclesia persona non potuerit idonea repperiri, de alia ecclesia eligendi personam idoneam, licentiam habeatis. Statuimus insuper, ut archidiaconatum Brandeburgensem, videlicet de Ketin et de Juterbuc et terre de Havela versus orientem usque Oderam, item versus occidentem usque ad aquam, que Yla dicitur; preterea de burchwardis Schartouwe, Mukerne, Luburch, excepta ecclesia Dalachowe, preterea de Buchowe, Gorceke, Beltiz, Mordiz, Nimic, Dame, sicut eum ecclesie vestre prepositi hactenus rationabiliter et absque controversia possederunt et tu, fili preposite, tuique successores indivisum nec aliquatenus diminutum debeatis in perpetuum obtinere. Prohibemus autem, ut infra terminos vestros sive in ecclesie vestre debita sepultura, sive in aliis, que juste possidistis hactenus et quiete, nullus ipsius ecclesie jura temeritate qualibet audeat perturbare. Sane novalium vestrorum, que propriis manibus aut sumptibus colitis, de quibus aliquis hactenus non percepit, vel de nutrimentis animalium vestrorum nullus a vobis decimas exigere vel extorquere presumat. Liceat quoque vobis clericos vel laicos liberos et absolutos e seculo fugientes ad conversionem recipere et eos sine contradictione aliqua retinere. Prohibentes insuper, ut nulli fratrum vestrorum post factam in ecclesia vestra professionem fas sit absque prepositi sui licentia de ipso loco, nisi arctioris religionis obtentu discedere; discedentem vero sine communi litterarum vestrarum cautione nullus audeat retinere. In causis autem propriis sive civilem sive criminalem contineant questionem, liceat vobis fratres vestros idoneos ad testificandum adducere atque ipsorum testimonio, sicut rectum fuerit, et propulsare violentiam et justitiam vendicare. Decimas preterea et possessiones, ad jus ecclesiarum vestrarum spectantes, que a laicis detinentur, redimendi et legitime liberandi de manibus eorum et ad ecclesias, ad quas pertinent, revocandi libera sit vobis de nostra auctoritate facultas. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat prefatam ecclesiam temere perturbare aut ejus possessiones auferre vel ablatas retinere, minuere seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt, usibus

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

omnimodis profutura, ſalvis ſedis apoſtolice auctoritate et dioceſani epiſcopi canonica juſtitia, ac in predictis decimis moderatione conſilii generalis. Si qua igitur in futurum eccleſiaſtica ſecularisve perſona hanc noſtre conſtitutionis paginam ſciens contra eam temere venire temptaverit, ſecundo tertiove commonita, niſi reatum ſuum congrua ſatisfactione correxerit, poteſtatis honorisque ſui careat dignitate reamque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat et a ſacratiſſimo corpore et ſanguine dei et domini redemptoris noſtri Jheſu Chriſti aliena fiat atque in extremo examine diſtricte ſubjaceat ultioni. Cunctis autem eidem loco ſua jura ſervantibus ſit pax domini noſtri Jheſu Chriſti, quatinus et hic fructum bone actionis percipiant et apud diſtrictum judicem premia eterne pacis inveniant. Amen. Amen.

(L. S.) Ego Gregorius, catholice eccleſie epiſcopus etc.

(Es folgen die Unterſchriften von zehn Cardinälen.)

Datum Laterani, per manum magiſtri Bartholomei ſancte Romane eccleſie vicecancellarii III. Kal. Marcii, indict. VI. incarnationis dominice anno M°. CC°. XXXIV., pontificatus vero domini Gregorii pape VIIII. anno ſeptimo.

Nach dem Originale.

LXIV. Papſt Gregor IX. beauftragt den Biſchof, Propſt und Scholaſticus von Merſeburg, den Biſchof von Brandenburg und die Markgrafen wegen des Zehntſtreites zu vergleichen, am 30. Auguſt 1234.

Gregorius epiſcopus, ſervus ſervorum dei, venerabili fratri epiſcopo et dilectis filiis, prepoſito et ſcholaſtio Merſeburgenſi, ſalutem et apoſtolicam benedictionem. Cum cauſam, que inter venerabilem fratrem noſtrum, Brandeburgenſem epiſcopum, et nobilem virum, marchionem Brandeburgenſem, ſuper quibusdem decimis vertitur, vobis commiſerimus terminandum: diſcretionem veſtram rogamus et monemus attente, vobis per apoſtolica ſcripta mandantes, quatenus ad compoſitionem amicabilem inter eos, ſi fieri poteſt, interponatis efficaciter partes veſtras; alioquin in eadem cauſa ratione preuia procedatis juxta priorum continentiam litterarum. Quod ſi non omnes hiis exequendis potueritis intereſſe, tu, frater epiſcope, cum eorum altero ea nichilominus exequaris. Datum Spoleti, III°. Kal. Septembris, pontificatus noſtri anno VIII°.

Nach dem Transſumpt in der Urkunde vom Jahre 1238.

LXV. Der Erzbiſchof Willebrand von Magdeburg gewährt dem Domcapitel den Beſitz des Dorfes Mukede, am 2. April 1238.

— Willebrandus, dei gratia ſancte Magdeburgenſis eccleſie archiepiſcopus, omnibus tam preſentibus quam futuris in perpetuum. Provincia noſtre metropolis penthapolim habet quinque ſedium quinque civitatum cathedralium, quas Parthenopolis noſtra tanquam filias in Chriſto

cariſſimas, paternis affectibus et maternis amplexibus amplexatur. Inter has Brandeburgenſis eccleſia loco nobis eſt vicinior et aſpectu preſens et ſubjacens cotidiano conſpectui ſedis noſtre. Habemus in ejus dyoceſi, ut in vinea ſpiritualium, parrochias et patronatuum jura, decimas non paucas et hujusmodi, que ſpiritualibus ſunt annexa. Habemus in ea, ut in area temporalium, terras amplas, poſſeſſiones, opida, caſtra, familiam eccleſie reſidentem, miniſterialium turbam multam et rebus et juribus habundantem, ita ut totam fere dyoceſim in hiis et talibus domeſticam habeamus, preſertim cum ad nos pertineat terre illius jurisdictio temporalis. Cathedralem etiam ejus eccleſiam habundantiori quadam ſubjectione nobis invenimus ſemper eſſe devotam. Et hec ſunt, que ad quedam beneficia gratuita circa ipſam merito nos invitant. Notum igitur eſſe volumus, tam preſentibus quam futuris, quod nos, ad reſignationem filiorum Alverici de Grabowe, miniſterialium eccleſie, villam Mukede duodecim manſorum, quam vir venerabilis Jacobus, Brandeburgenſis eccleſie prepoſitus, ab eisdem ad uſus eccleſie ſue juſto emptionis titulo comparavit, cum ſilvis adjacentibus, piſcationibus, pratis et paſcuis, aquis aquarumque decurſibus et omni jure ſuo de conſenſu capituli noſtri eidem prepoſito et conventui Brandeburgenſi et eorum ſucceſſoribus ad uſus ipſorum conferimus in proprium et donamus. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam noſtre donationis infringere aut ei auſu temerario contraire vel quocunque modo in predictis Brandeburgenſem eccleſiam perturbare. Ut autem hec noſtra donatio rata et inconvulſa futuris temporibus perſeveret, ipſam tam noſtri quam capituli noſtri ſigillorum munimine roboravimus, adhibitis ydoneis teſtibus, quorum nomina ſunt hec: Ghernandus, Brandeburgenſis epiſcopus, Bertrammus, abbas ſancti Johannis baptiſte in monte Magdeburgenſi, Arnoldus decanus et ſcholaſticus majoris eccleſie, Ludolfus de Suanebeke, Ludolfus cuſtos, Kraphto cellerarius, Tyemmo majoris eccleſie canonici, Sifridus de Niegrebe, Hermannus de Werberghe, Godefridus de Weddinghe, milites, et alii quam plures clerici et layci. Datum Magdeburg, apud montem ſancti Johannis baptiſte in domo lapidea ſecus tranſitum verſus clauſtrum, anno domini milleſimo ducenteſimo XXXVIII. IIII. nonas Aprilis, indictione XI.

Nach dem Originale.

LXVI. Der Erzbiſchof Willebrand verſichert, daß ſein Domcapitel in den Verkauf des Dorfes Mukede eingewilligt habe, am 2. April 1238.

Willebrandus, dei gratia ſancte Magdeburgenſis eccleſie archiepiſcopus, omnibus preſentem paginam inſpecturis in perpetuum. Cum ſecundum jura canonica licitum ſit cuilibet prelato conditionem eccleſie ſue facere meliorem, non deteriorem, conſtat ſecundum eadem, quod, quando prelatus aliquam poſſeſſionem eccleſie minus utilem commutare voluerit et pecuniam inde perceptam in uſus magis utiles vel redimendo poſſeſſiones obligatas vel comparando novas convertere diſpoſuerit, liceat eidem propoſitum ſuum ad effectum perducere capitulo minime requiſito aut ſi ex urbanitate requiſierit, et pauciores de capitulo abſentes fuerint vel pauci preſentes non conſenſerint aut pluribus conſentientibus, contradixerint, propter hoc utilitas eccleſie remanere non debeat imperfecta; cum igitur dilectus nobis in Chriſto Jacobus, Brandeburgenſis eccleſie prepoſitus, ad uſus eccleſie ſue villam Mukede, in proprietate eccleſie noſtre ſitam, que non ſperabatur ad commodum eccleſie

noſtre ullo unquam tempore vacatura cum omnibus ſuis attinentiis a filiis Alverici de Grabowe juſto emptionis titulo comparaverit et nobis, ut eccleſie Brandeburgenſi proprietatem ejusdem ville liberaliter conferremus, pecuniam quinquaginta marcarum promiſit: nos, licet eandem pecuniam in manus canonicorum noſtrorum videlicet Ludolfi cuſtodis et Temmonis ad poſſeſſiones obligatas redimendas vel novas emendas mandaverimus exhiberi nec eas in uſus noſtros ſpeciales vellemus aliquo modo converti: conſenſum tamen capituli noſtri ex urbanitate requirendum decrevimus in hoc facto, requiſiti autem preſentes voluntati noſtre unanimiter paruerunt, Quidam etiam de preſentibus, qui erant ſeniores, voluntates quorundam abſentium et conſenſum, ex preſumptione familiaritatis, in ſe receperunt, ſicut ſepius in diverſis capitulis in talibus fieri conſuerit. Preſentes autem et perſonaliter conſentientes erant hij: Arnoldus decanus, Fridericus de Meiendorp, Liudolfus de Suanebech, Liudolfus cuſtos, Kraphto cellerarius, Albertus camerarius, Tymmo, Sifridus, Teodericus de Dobyn, Albertus de Vibach, Heinricus de Langheboy, Epiſcopus Brandeburgenſis, qui ſimiliter preſens erat, recepit in ſe voluntatem et conſenſum Deghennardi Vicedomini, Inghelberti prepoſiti, et magiſtri Walteri de Dannenberche. Item dictus epiſcopus et Heinricus de Langheboy receperunt in ſe conſenſum prepoſiti Rubberti. Burchardus de Glinde, qui preſens erat, non contradixit ſed conſenſum ſuum diſtulit, donec cum abſentibus loqueretur. Reliqui vero canonici non nominati et quidam etiam de abſentibus nominatis, videlicet Vicedominus, magiſter Walterus de Danneberch et prepoſitus Inghelbertus et prepoſitus Bruno, qui tunc temporis excommunicatus exſtitit, in provincia tunc non erant. Cum autem factum prenominatum de emptione contrahenda et donatione a nobis facienda dilationem non ceperit, eo quod vocatio imperialis ad curiam ſubita nos urgeret, nos et emptionem procedere permiſimus et ex conſilio preſentium canonicorum donationem Brandeburgenſi eccleſie de predictis bonis fecimus, dilatione conſenſus Burchardi de Glinde penitus non obſtante. Teſtes hujus facti ſunt iidem, qui in privilegio ſunt inſcripti. Datum Magdeburg ad ſanctum Johannem baptiſtam in monte, anno domini M°. CC°. XXXVIII. indictione XI. IIII. Non. Aprilis.

Nach dem Originale.

LXVII. Der Biſchof Eggehard, der Propſt Rudolph und der Scholaſticus Ernſt von Merſeburg bekunden den über den Zehntſtreit zwiſchen dem Biſchofe und dem Markgrafen von Brandenburg im Jahre 1237 geſchloſſenen Vergleich, im Jahre 1238.

Eggehardus, dei gratia epiſcopus, Rodolfus prepoſitus, Erneſtus ſcolaſticus Merſeburgenſis, judices a ſede apoſtolica delegati, univerſis Chriſti fidelibus tam preſentibus quam futuris in perpetuum. Mandatum apoſtolicum recepimus in hec verba: Gregorius epiſcopus (No. LXII.). Item mandatum apoſtolicum compoſitionis faciende recepimus in hunc modum: Gregorius epiſcopus etc. (No. LXIV.). Prioris igitur auctoritate mandati epiſcopo et procurationibus marchionum in noſtra preſentia conſtitutis et auditis aliquibus rationibus partium hinc et inde, timentes negotium prorogari laboribus et ſumptibus partium et magis diſcordie januam aperiri, volentes parcere laboribus et ſumptibus eorundem, auctoritate poſterioris mandati partes hortati ſumus ad concordiam et ad pacem, que non ſolum ſuper cauſa decimarum ſed etiam ſuper aliis negotiis et querelis, quas

epiſcopus et capitulum contra marchiones habebant, mediantibus viris fidelibus et prudentibus cum multa maturitate pariter ac labore taliter convenerunt. Johannes et Otto, marchiones Brandeburgenſes, proteſtati ſunt et recognoverunt tam viva voce quam per ſcripturas eorum publice coram clero et populo, jus et proprietatem decimarum bonorum ſuorum in Brandeburgenſi dyoceſi ſitorum, tam in novis quam in veteribus terris, ad jus et proprietatem Brandeburgenſis eccleſie pertinere. Eis vero decedentibus omnes heredes eorum et heredes heredum ac omnes ab eis per directam lineam deſcendentes idem ore proteſtabuntur et ſcripto, et hoc faciet ſucceſſor quilibet infra annum. Fructus autem omnium predictarum decimarum manebunt apud predictos marchiones et eorum heredes tam mares quam feminas, per directam lineam deſcendentes, preter decimas Brandeburgenſis eccleſie et aliarum conventualium eccleſiarum et parrochialium ejusdem dyoceſis, quas juſte usque in hec tempora poſſederunt. Si vero poſteritas dictorum heredum eſſe deſierit, ipſe decime cum omni perceptione fructuum apud Brandeburgenſem eccleſiam perpetuo permanebunt. Epiſcopus Brandeburgenſis vaſallos ſuos, quicunque fuerint, tenentes decimas ab eodem, bonorum omnium marchionis et fratris ejus in dyoceſi ſua ſitorum, transmiſit ad marchiones et eorum predictos heredes, recepturos decimas ab eisdem, exceptis tribus: de Mokerne, de Tſerewiſt et de Plawe, qui et heredes eorum manent vaſalli epiſcopi usque dum vacent decime per mortem eorum, niſi ſponte et de bona voluntate eorum elegerint recipere decimas de manu marchionum. Tunc eos epiſcopus remittet ad illos, ſicut de aliis eſt ſcriptum. Si autem non elegerint decimas ipſas recipere de manu marchionum, tunc epiſcopus, eis decedentibus, non conferet decimas ipſas eorum heredibus niſi ſoli. In ſignum vero recognitionis decimarum a marchionibus et eorum heredibus faciende percipiet epiſcopus annuatim nomine decimarum tres denarios de ſingulis manſis novarum terrarum dandos in octava beati Martini. Nec alienabit epiſcopus aliquam partem iſtorum redituum ſed eos ad uſus menſe ſue integros retinebit. Epiſcopus non intrabit perceptionem iſtorum redituum, niſi dominis manſorum percipientibus partes ſuas. Quicunque vero ſtare noluerit pacto compoſitionis iſtius, liberum erit epiſcopo petere decimas ab eodem, et durabit perceptio decimarum, usque dum bona ad marchiones aut eorum heredes fuerint devoluta, et tunc ſtabunt ad penſionem aliorum manſorum. Item dederunt et aſſignaverunt epiſcopo marchiones in loco ydoneo terre nove centum manſos incultos cum omni utilitate et jure, quos edificare poterit, ſicut placet. Item dederunt et aſſignaverunt epiſcopo marchiones capellam de Brandeburch libere cum omni utilitate et jure ita tamen quod ille, qui nunc ipſam poſſidet, eam tenebit de manibus marchionum; ipſa vero vacante, jus preſentationis et omne aliud jus ejusdem capelle apud dominum epiſcopum reſidebit. Marchiones, qui pro tempore fuerint, habebunt jus preſentandi archidiaconos novarum terrarum ipſius dyoceſis, que ſunt ab exitu Zſpandowe ultra Obulam ad levam et ultra Zſpream ad dexteram usque ad fines dyoceſis verſus Slaviam in antea procedentes: item citra Obulam ad levam ab eo loco, quo fluvius, qui dicitur Maſſowe, influat in Obulam, et per aſcenſum ejus usque dum tranſeat fluvius idem in Renum, et per deſcenſum Reni usque dum Renus influat in Obulam. Omnes terre ultra preſcriptos terminos usque ad fines Brandeburgenſis dyoceſis nove vocantur et domini marchiones illarum archidiaconos preſentabunt. Relique vero terre citra terminos iſtos ſite vocantur antique et ad archidiaconum cathedralis eccleſie pertinebunt. Cuilibet eccleſie nove terre ſunt quatuor manſi ad minus dati a marchionibus et aſſignati cum omni jure, et de ſingulis manſis parrochialibus modius ſiliginis et unus denarius. Si qua vero eccleſia plures manſos habuerit quam quatuor, illos libere retinebit. Predicti modii et denarii ſingulis annis ſolventur ipſis plebanis in feſto ſancti Martini. Ad hec domini marchiones innovaverunt et emendaverunt privilegium conventus Brandebur-

genſis eccleſie, quod dedit pater eorum ſuper libertate et quiete hominum et bonorum ipſius, et elucidaverunt in his articulis in hunc modum: Locus eccleſie et omnium officinarum ejus per ambitum et per ſpatium, quod eſt a porta orientali, que ducit verſus Cracowe per viam aſcendentem juxta cymiterium et deſcendentem usque ad portam, que ducit verſus Parduin, et ab ipſa porta per loca, in quantum ſe extendunt edificia verſus Obulam usque ad portam primo dictam. In hominibus et bonis eccleſie nec ipſi marchiones nec advocati nec bedelli aliquid juris habebunt ſed omnia per prepoſitum vel per procuratorem ipſius tractabuntur, niſi forſitan fuerit cauſa ſanguinis vel alia cauſa, in qua ei non liceat judicium exercere; tunc liberum erit ei vocare quem voluerit ad judicium exequendum. Homines eccleſie annonam, que dicitur Bodelcorn nullam dabunt et ad placitum provinciale, quod dicitur Lantdinc, nullatenus venire cogentur. Et ſic renuntiaverunt advocatie totaliter marchiones. Si vero urbem Brandeburg muniendam eſſe contigerit, eccleſia per homines ſuos tantum locum partis ſue muniet et firmabit. Areas, ortos et pomaria in villa Cracowe et quecunque ibi in preſenti poſſidet eccleſia, marchiones ſuis privilegiis confirmarunt, Eccleſiam manutenebunt et in jure ſuo defendent contra quoslibet invaſores, et libertates ipſius et honores et jura terminorum et poſſeſſionum, quantum ſecundum deum poterunt, ampliabunt. Pene, per quas vallatum eſt arbitrium, ſunt hec: Si marchiones venerint contra compoſitionem predictam, in articulis infra expreſſis ſecundum diſtinctionem infra ſcriptam ſolvent epiſcopo et eccleſie duo milia marcarum et perdent omnia data epiſcopo et conventui. Si vero epiſcopus vel aliquis de capitulo contravenerit, vel papa ſive clerici nove terre compoſitionem ruperint, epiſcopus et capitulum ſolvent marchionibus duo milia marcarum ſecundum diſtinctionem infra notatam et reſtituentur marchiones ad omnia bona et jura, que ante compoſitionem habebant, et epiſcopus et eccleſia habebunt omnia jura ante compoſitionem habita. Quecunque pars contra compoſitionem venerit, ſi infra ſpatium trium menſium ter ammonita non ſatisfecerit, ut tenetur, incidet in penas predictas ſecundum diſtinctionem infra notatam; penas autem, ſi ſatisfecerit, evitabit. Predicti tres menſes incipient currere, poſtquam primo monita fuerit pars adverſa. Diſtinctio vero penarum eſt talis: Si marchiones veniunt contra compoſitionem predictam in hiis articulis, videlicet moleſtando epiſcopum aut eccleſiam in capella vel in centum manſis predictis aut in decimali penſione epiſcopo aſſignata vel in advocatia eccleſie, ſive in hominibus ſive in rebus advocatie, vel ſi aliquis de familia marchionum vel advocatus vel bedellus vel alius quicunque extraneus in rebus aut hominibus eccleſie dampnum aut injuriam fecerint quocunque modo in predictis articulis, et ſi marchiones hoc mandaverint aut warandaverint invaſorem, in penam omnem incident ſupradictam. Si vero non mandaverint nec warandaverint, penam omnem penitus evitabunt et de non warandando literas ſuas dabunt. Si vero epiſcopus vel aliquis de capitulo contravenerit per ſe vel per aliquam interpoſitam perſonam, conſilio vel favore vel aliquo inſtinctu vel quocunque ingenio promoveat aliquod ſcriptum papale, quod poſſit rumpere compoſitionem predictam, vel ſi papa ex officio ſuo ſine conſilio et promotione ipſorum compoſitionem rumpi voluerit, ſi epiſcopus et capitulum ei non ſupplicaverint, ut deſiſtat, incident in penas preſcriptas. Si vero papalis littera emanaverit ſuper hac compoſitione rumpenda ſine conſilio epiſcopi et capituli, et hoc juraverint et pape ſupplicaverint, ſicut dictum eſt, non incident in penam duorum milium marcarum ſed reſtituent res cum fructibus medio tempore perceptis et omnia jura, que ante compoſitionem habebant domini marchiones, ita tamen, ſi per papalem litteram rupta fuerit compoſitio cum effectu in articulis memoratis. Item ſi epiſcopus contulerit alicui quicquam de ſibi aſſignatis vel alienauerit vel aliqua de predictis tribus decimis contulerit pluribus quam uni, incidet in penam utramque. Si vero clerici nove terre compoſitionem rumpere voluerint, et epiſcopus cum capitulo reſtituerit bona fide et cauſam pro poſſe defenderint cum auxilio mar-

chionum et juraverint ſecundum formam predictam, ſi per ſententiam rupta fuerit compoſitio, evitabunt penam duorum millium marcarum, et reſtituetur utraque pars, ut ſupradictum eſt ad omnia jura ſua. Pena vero ad nullos preter quam ad expreſſos ſuper hoc articulos extendetur. Acta ſunt hec Brandeburch in infirmaria majore, in die beatorum apoſtolorum Symonis et Jude *), hoc eſt V. Kal. Novembr., anno ab incarnatione domini M°. CC°. XXX°. VII. preſentibus viris fidelibus et diſcretis, quorum nomina ſunt hec: Johannes decanus Halverſtadenſis, Ulricus canonicus ſancti Pauli Halverſtadenſis, Johannes plebanus de Gardelege, Reinardus canonicus beati Sebaſtiani in Magdeburg, magiſter Guntrammus, Heinricus de Nawen, canonicus Stendalenſis, Symeon plebanus de Colonia, Heinricus plebanus de Plawe; milites Wilhelmus de Tornowe, Wernerus de Sculenburch, Alvericus de Gartowe, Gerhardus, filius ejus, Thidhardus de Woztrowe, Borchardus de Hirksleve, Otto de Brittannya, Heinricus de Iſenhagen, Theodoricus de Cibcore. Cum igitur compoſitio ſupradicta de conſenſu partium, videlicet marchionum, epiſcopi et prepoſiti et capituli, ſit concorditer acceptata et ſolempni ſtipulatione, fide hinc inde data, ſub penis predictis vallata, et ſperendum nichilominus, quod per eam tam eccleſie quam toti terre ſalubriter ſit proviſum, nos eam auctoritate apoſtolica confirmamus, ipſam tam noſtris quam venerabilis patris domini Ghernandi, Brandeburgenſis Epiſcopi, ac domini Jacobi prepoſiti, et capituli Brandeburgenſis et dominorum marchionum ſigillorum munimine roborantes. Datum Mersborch, anno domini M. CC°. XXXVIII. II. Kal. Martii, indictione XI.

Nach dem Originale. (Dreifach vorhanden.)

LXVIII. Der Biſchof von Riga ſchlichtet einen Prozeß des Domcapitels mit B. von Fehlefanz und ſeiner Mutter, der Wittwe des Vogts Albrecht von Spandow, wegen des Elbrechtswerders, im Jahre 1241.

Univerſis in Chriſto fidelibus, tam preſentibus quam futuris, Nicolaus, dei gratia Rigenſis epiſcopus ſalutem in domino. Noverit univerſitas veſtra, quod inter eccleſiam Brandenburgenſem ex parte una et B. de velewan et heredem A. militis quondam advocati in Spandowe ex altera, ſuper jure poſſeſſionis allodii in Elbrechteswerder, quam titulo emptionis canonice poſſederat pacifice et quiete, a qua per violentiam a predicto B. fuerat quaſi recenter ejecta, ſuſcitata materia queſtionis, placuit partibus hinc inde per arbitrium predictam dirimere queſtionem. Nobis igitur, Heinrico prepoſito de Nawen, noſtro conſanguineo et Henrico, quondam prepoſito Brandeburgenſi ad petitionem partium ſumentibus arbitrium, propter bonum pacis per arbitrariam poteſtatem ſtatuimus provida deliberatione, quatenus predictus B. et M., mater ſua, poſſeſſionem predictam, qua ſpoliaverant eccleſiam Brandeburgenſem, eidem reſignarent pacifice poſſidendam et ut toti penitus ſuper premiſſis cederent queſtioni, ordinavimus per vallationem pene arbitrii debere ad certum terminum eccleſiam eidem B. perſolvere VI. libras uſualis monete, que ſolute poſt-

*) D. i. am 28. October 1237.

modum extitere prefato B. termino prefinito. Ut autem hec noſtra ordinatio preſentibus et futuris fieret manifeſta, eam ſigilli noſtri una cum ſigillo predicti H. prepoſiti de Nawen, impreſſione decrevimus roborandam. Acta ſunt autem hec Brandenburg, anno domini M°. CC°. XXXXI. adhibitis ydoneis teſtibus, quorum nomina inferius ſunt notata: Heinricus prepoſitus de Nawene, Alt miles de Angere, Henricus de Stegeliz, antiquior, Petrus et Giſelbertus, prefecti antique civitatis Brandenburg, Albertus Lupus, Nicolaus prefectus nove civitatis, Albertus Valkenarius et alii quam plures, quorum nomina in hac pagina non ſunt ſcripta.

Nach dem Originale.

LXIX. Das Domcapitel zu Brandenburg verkauft drei Hufen in Mötzow für eine jährliche Getreiderente auf die Zeit von zwei Generationen an einen Bürger zu Brandenburg (1242?).

Univerſis in Chriſto fidelibus, preſentem paginam inſpecturis P.(etrus) miſeratione divina prepoſitus totumque capitulum collegii Brandeburgenſis eccleſie pro quadam pecunie ſumma Waltero civi Brandeburgenſi et uxori ejus Adelheidi filieque Ermengardi tres manſos prediutino tempore incultos ville noſtre ſclavice et allodio noſtro Mukzowe contiguos jure hereditario ac titulo feodali cum triceſima porreximus poſſidendos omnibus heredibus de conjugio ipſorum pariter viventium de cetero forſitan procreandis omni ſine difficultate jure ſimili concedendos, nec predicti feodi conceſſio ad ſecundos heredes, uidelicet filios vel filias filiorum ſive filiarum tranſeat eorundem. Hujus autem rei teſtes ſunt: Petrus prepoſitus, Alberus prior, Hinricus de Jezere, quondam prepoſitus et ceteri Brandenburgenſis eccleſie canonici, laici vero Theodoricus miles de Cybecleve, Wilhelmus molendinarius, Verdeboldus filius Hugonis Vach, Volcmarus et ceteri quam plurimi de Brandenburg tunc preſentes.

Nach einer Copie im Copialbuche. — Dieſe ohne Jahr ausgeſtellte Urkunde iſt in das Jahr 1242 geſetzt, weil ſie ſich durch die Erwähnung des Henricus quondam prepoſitus der vorigen anzuſchließen ſcheint.

LXX. Papſt Innocenz IV. fordert alle Geiſtlichen der Brandenburgiſchen Diöceſe auf, ihren Biſchof, bei deſſen durch die häufigen Fehden vermindertem Einkommen zu unterſtützen, am 1. Januar 1244.

Innocentius IV. etc. Univerſis Prelatis etc. Clericis eccleſie Brandeburgenſi ſubiectis. Abiicit filius devotionis affectum, ſi patri, cum poteſt, non ſubveniat indigenti, et genitor vitrici notatur incuria, Si egenti filio ſubventionis dexteram non extendat. Debent itaque ſeſe in neceſſitatibus pater et filius mutuo ſibi compatientes oportunis beneficiis relevare. Cum itaque, ſicut Venerabile Fratre noſtro Brandeburgenſe Epiſcopo nobis innotuit intimante, ſui epiſcopatus redditus, qui annuatim quingentas marcas argenti valere conſueverant, nunc propter guerrarum diſcrimina ſint adeo diminuti, quod quadraginta marcarum valentiam annis ſingulis vix excedunt, nec habeat alias unde poſ-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſit juxta terre conſuetudinem congrue ſuſtentari, univerſitatem veſtram monemus, rogamus, et hortamur attente, per apoſtolica vobis ſcripta mandantes, quatinus, ſi eſt ita, debitum ad epiſcopum ipſum tamquam devoti filii gerentes compaſſionis affectum, ſinguli veſtrum juxta facultates proprias ſibi hac vice ad eius indigentiam relevandam manum auxilii taliter porrigatis, quod idem gaudens ſe filialis vos reverentie repperiſſe cultores ſine mendicitatis opprobrio valeat veſtro interveniente ſubſidio ſuſtentari et nos devotionem veſtram exinde commendare dignis in domino laudibus merito valeamus. Alioquin dilecto filio, prepoſito, Decano etc. ut vos ad id monitione preſentium per cenſuram eccleſiaſticam appellatione remota compellant. Datum Laterani, VII. Kal. Januarii, anno primo.

Aus einer Abſchrift des Vaticaniſchen Geheimen Archives Innoc. IV. Epiſt. Ann. I., 370.

LXXI. Die Markgrafen von Brandenburg, Johann und Otto, verzichten auf das jus spolii zu Gunſten des Brandenburger Clerus, am 26. Januar 1244.

— Johannes et Otto, dei gratia marchiones de Brandeburg, omnibus in perpetuum — ſummopere formidandum, ne, perturbatis in aliquo dei miniſtris, non clementiam omnipotentis ſed vindictam nobis reportet diſtricti judicis, cuncta rimantis. Ad honorem igitur beatorum Petri et Pauli apoſtolorum nec non ad interventum venerabilis domini Ruthgeri, Brandeburgenſis epiſcopi noſtreque ſalutis reſpectu clero Brandeburgenſis dyoceſis univerſo, qui in noſtris terris ſeu vaſſallorum noſtrorum terris, quas de noſtris optinent manibus, aut eſt aut fuerit conſtitutus, libertatem plenariam in relictis clericorum poſt eorum obitum indulgemus; unde et in perpetuum renunciamus illi juri de tollendis reliquiis clericorum in ipſorum deceſſu, quo per injuriam hactenus ſumus uſi, nec aliquibus eos deinceps in hujusmodi volumus moleſtiis fatigari. Quicunque ergo vaſallorum noſtrorum predictorum, extra noſtrum videlicet cottidianum obſequium conſtituti, hujus noſtri beneficii extiterint contemptores, quascunque villas, civitates vel oppida eorundem ſeu perſonas mandantium, facientium aut etiam ratum habentium tale crimen dominus Brandeburgenſis epiſcopus excommunicatas mandaverit publice nunciari aut interdicto eccleſiaſtico fore ſubjectos, cum remotione ſacramentorum, que ipſorum interdictum ſequuntur, a noſtris civitatenſibus, opidanis pariter et villanis nulla eſt eis prorſus communio exhibenda. Alioquin et in ſe et in ſuis civitatibus, oppidis atque villis, quas inhabitare noſcuntur, in omnibus pari pena plectentur nec nos eosdem noſtrique heredes ſeu noſtri etiam ſucceſſores cum tota domo noſtra ſcienter ad divinum officium aut ad aliquam communionem jure prohibitam admittamus, ſi canonicam ex eodem contemptu volumus effugere ultionem. Si quis autem ex nobis vel noſtris heredibus ac noſtris ſucceſſoribus aut quicunque alius ex noſtris officialibus vel legatis hujus decreti noſtri extiterit violator paſſo injuriam vel ejus ſucceſſori refundemus ablata, inſuper de proprio tantundem domino Brandeburgenſi epiſcopo perſolvendo excommunicati, nichilominus cum aliis transgreſſoribus poſt denunciationem nobis factam publice nunciandi, proviſo etiam, ut non ſolum ille locus, in quo exceditur contra libertatem predictam, poſt factam nobis denunciationem usque ad ſatisfactionem condignam tempore intermedio de conſenſu domini Brandeburgenſis epiſcopi interdicto eccleſiaſtico ſit ſubjectus, verum etiam totus diſtrictus, in quo idem locus eſt ſitus, aut certe tota terra noſtra, ſi, quod abſit, a nobis vel ab heredibus noſtris aut ab officialibus ſive nunciis noſtris, ut predictum eſt contra hujusmodi decreti noſtri paginam excedatur, a ſacramentis eccleſiaſticis, a ſepultura eccleſia-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

stica et a divinorum officio sit suspensa. Ut autem hec omnia observentur in perpetuum inconcussa, hoc presens statutum nostrorum impressionibus sigillorum duximus muniendum, adhibitis et inscriptis testibus idoneis, quorum nomina sunt hec: venerabilis dominus Ruthgerus Brandeburgensis episcopus, dominus Petrus de Brandeburg, dominus Heinricus de Levenwalde, dominus Symeon de Berlin, prepositi, Alexander plebanus de Ratenow, Johannes et Albertus notarii curie, laici vero Bertholdus de Veltberg, Fridericus de Kare, Bodo de Knesebeke, Willekinus de Tornow, Gerardus de Kercow, Fridericus de Bertecow, et alii quam plures, tam clerici quam laici tunc presentes. Acta sunt hec Marchede, anno domini M°. CC°. XLIIII. VII. Kal. Februarii.

Nach dem Originale. — Ungenaue Abdrücke bei Gercken, Stiftsh. S. 458. — Müller und Küster's Berlin I, 427.

LXXII. Der Papst Innocenz IV. gewährt dem Domcapitel, daß es nicht dürfe gezwungen werden einen Domherrn aufzunehmen ohne specielle päpstliche Anordnung, am 21. Juli 1245.

Innocentius episcopus, servus servorum dei, venerabili fratri episcopo et dilectis filiis, capitulo Brandenburgensi salutem et apostolicam benedictionem. Paci et tranquillitati vestre ac Brandenburgensis ecclesie paterna volentes in posterum sollicitudine providere, auctoritate vobis presentium indulgemus, ut ad recipiendum aliquem in canonicum vel provisionem alicujus in pensionibus seu prebendis vel dignitatibus aut aliis ecclesiasticis beneficiis compelli auctoritate sedis apostolice vel legatorum ipsius minime valeatis absque speciali mandato sedis ejusdem, faciente plenam de Brandenburgensi ecclesia et hac indulgentia mentionem. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli, apostolorum ejus, se noverit incursurum. Datum Lugduni, XII. Cal. Aug., pontificatus nostri anno tertio.

Nach der Copie im Copialbuche.

LXXIII. Der Papst Innocenz IV. gewährt dem Bischof von Brandenburg das Zugeständniß, daß seine Kirche nicht mit dem Banne belegt werden dürfe ohne ausdrückliche päpstliche Anordnung, am 21. Juli 1245.

Innocentius episcopus, servus servorum dei, venerabili fratri episcopo Brandeburgensi salutem et apostolicam benedictionem. Apostolice sedis benignitas sincere obsequentium vota fidelium favore benivolo prosequi consuevit et devotorum personas, quas in sua devotione promptas invenerit et ferventes, quibusdam titulis decentius decorare. Ut igitur ex speciali devotione, quam ad nos et Romanam ecclesiam habere dinosceris sentias tibi favorem apostolicum non modicum accrevisse, autoritate tibi presentium indulgemus, ut nullus delegatus vel subdelegatus, executor aut etiam conservator autoritate sedis apostolice vel legatorum ipsius in te seu ecclesiam tuam excommunicationis,

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſuſpenſionis vel interdicti ſententias promulgare aut interdicere tibi ingreſſum eccleſie valeat absque ſpeciali mandato ſedis ejusdem, faciente plenam de hac indulgentia mentionem. Nulli ergo omnino hominum etc. Datum Lugduni, XII. Cal. Aug., pontificatus noſtri anno tertio.

Nach dem Originale. Gercken's Stiftsh. S. 463. — In Buchholz Geſch. IV, Anh. S. 42, iſt dieſe Urkunde dem Papſte Innocenz III. zugeſchrieben und daher vom Jahre 1200 datirt.

LXXIV. Der Papſt Innocenz IV. gibt dem Biſchof und Propſt in Naumburg auf, das Bisthum und Domcapitel in Brandenburg zu ſchützen, am 21. Juli 1245.

Innocentius epiſcopus, ſervus ſervorum dei, venerabili fratri, epiſcopo et dilecto filio, prepoſito Nuemburgenſi ſalutem et apoſtolicam benedictionem. Apoſtolice ſedis benignitas ſincere obſequentium vota fidelium favore benivolo proſequi conſuevit et devotorum perſonas, quas in ſua devotione promptas invenerit ferventes quibusdam titulis decentium decorare. Ut igitur ex ſpeciali devotione, quam venerabilis frater noſter, epiſcopus Brandeburgenſis ad nos et Romanam eccleſiam habere dinoſcitur, ſentiet ſibi favorem apoſtolicum non modicum accreviſſe, auctoritate apoſtolica ei duximus indulgendum, ut nullus delegatus vel ſubdelegatus executor vel etiam conſervator auctoritate ſedis apoſtolice vel legatorum ipſius in eum ſeu eccleſiam ſuam excommunicationis, ſuſpenſionis vel interdicti ſententias promulgare aut ei ingreſſum eccleſie interdicere valeat absque ſpeciali mandato ſedis ejusdem faciente plenam de indulgentia hujusmodi mentionem. Ideoque diſcretioni veſtre per apoſtolica ſcripta mandamus, quatinus non permittatis eundem epiſcopum ſeu dictam eccleſiam contra noſtre conceſſionis tenorem ſuper hiis ab aliquibus indebite moleſtari, moleſtatores hujusmodi per cenſuram eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compeſcendo. Datum Lugduni, XII. Kal. Auguſti, pontificatus noſtri anno tertio.

Nach dem Originale.

LXXV. Der Papſt Innocenz IV. beſtätigt dem Domcapitel ſeine Gerechtſame und Freiheiten, am 25. Juli 1245.

Innocentius epiſcopus, ſervus ſervorum dei, venerabili fratri epiſcopo et dilectis filiis capitulo Brandeburgenſi. — Dilecti in domino filii, veſtris juſtis poſtulationibus inclinati, libertates et immunitates a predeceſſoribus noſtris, Romanis pontificibus eccleſie veſtre conceſſas nec non libertates et exemptiones ſecularium exactionum ab imperatoribus, regibus et principibus vel aliis Chriſti fidelibus rationabiliter vobis indultas, ſicut eas juſte ac pacifice obtinetis, auctoritate apoſtolica confirmamus et preſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo etc. Datum Lugduni, VIII. Kal. Auguſti, pontificatus noſtri anno tertio.

Nach dem Originale.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

LXXVI. Papst Innocenz IV. gestattet dem Bischofe von Brandenburg die mehrere geistliche Lehen besitzenden Personen zur Beobachtung der Residenz anzuhalten, am 16. August 1245.

Innocentius IV. etc. Episcopo Brandeburgensi. Tua nobis fraternitas intimavit, quod cum contingat interdum, quosdam clericos tue civitatis et Diocesis dispensatione apostolica super beneficiorum pluralitate muniri, iidem habentes plures ecclesias parrochiales seu alia beneficia, curam animarum habentia, earum proventibus tuntummodo inhiantes et non residentes in illis, pro sue voluntatis arbitrio ipsas parrochias seu beneficia exponunt aliis pro modica annua pensione, ex quo proveniunt animarum pericula, prelatis debita servitia subtrahuntur ac opus misericordie in exhibenda hospitalitate penitus pene perit. Quare nobis humiliter supplicasti, ut salubre super hoc remedium adhibere paterna follicitudine curaremus. Tuis itaque supplicationibus benignum impertientes assensum, presentium tibi auctoritate concedimus, ut predictos clericos plura beneficia retinentes curis animarum annexa, ut in quolibet beneficiorum ipsorum pro rata temporis residentiam faciant personalem et in aliis temporibus per idoneos faciant vicarios deserviri, non obstante si dicant, se in ecclesiis non cathedralibus habentibus canonicos residere aut relinquere suis vicariis in aliis beneficiis, in quibus per se non deserviunt portionem libere, valeas districtione qua convenit cohercere, Contradictores etc. Datum Lugduni, XVII. Kalendas septembris anno tertio.

Aus einer Abschrift des Vatikanischen Geh. Archives Ep. Inn. IV. Anno III, Ep. 75.

LXXVII. Der Papst Innocenz IV. beauftragt den Bischof von Naumburg dafür zu sorgen, daß das Bisthum Brandenburg nicht von Laien beschwert werde, am 20. April 1246.

Innocentius episcopus, servus servorum dei, episcopo Nuenburgensi salutem et apostolicam benedictionem. Venerabilis frater noster, episcopus Brandeburgensis, sua nobis insinuatione monstravit, quod nonnulli laici sue civitatis et diocesis a clericis pro ecclesiis vel rebus ecclesiasticis homagium et nova et insolita pedagia exigere et extorquere presumunt, bona clericorum decedentium, pretextu cujusdam consuetudinis, in partibus illis molite, que dicenda est potius corruptela, nichilominus occupando, in ejus prejudicium et ecclesiarum, a quibus iidem clerici acceperunt stipendia, non modicum detrimentum. Ne igitur hec per dissimulationem transeant in abusum, fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatinus, si est ita, dictos laicos, ut ab hujusmodi exactione ac occupatione penitus conquiescant, monitione premissa per censuram ecclesiasticam, appellatione remota, previa ratione compellas. Datum Lugduni, XII. Kal. Maji, pontificatus nostri anno tertio.

Nach dem Originale.

Anm. In Gercken's Stiftshistorie S. 461, wo sich ein unvollständiger Abdruck dieser Urkunde befindet, ist dieselbe mit Unrecht dem Jahre 1245 zugeschrieben. Papst Innocenz IV. wurde den 24. Juni 1243 erwählt und am 28. Junius consecrirt.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

LXXVIII. Der Papst Innocenz IV. heißt dem Bischof von Brandenburg, geeignete Maaßregeln zu nehmen, um das Ansehn seiner Gerichte aufrecht zu erhalten, am 20. August 1247.

Innocentius epiſcopus, ſervus ſervorum dei, venerabili fratri, epiſcopo Brandeburgenſi, ſalutem et apoſtolicam benedictionem. Quia nobis fraternitas intimavit, quod, cum contingat, te interdum laicos tue dioceſis propter publicos et notorios exceſſus perpetratos ab ipſis, qui nulla poſſunt tergiverſatione celari, prout ad tuum ſpectat officium, velle pena debita caſtigare, iidem, ut tuam correctionem eludant ac liberam habeant peccandi arbitrium, appellationis obſtaculum interponunt, ſicque, dum hujusmodi appellationis pretextu ſuſpenditur ipſius correctionis effectus, eorum exceſſus remanent incorrecti, et reliqui majorem aſſumunt audaciam delinquendi; Quare de illorum ſalute ſollicitus petiiſti ſuper hoc ſalubre remedium adhiberi. Quocirca fraternitati tue per apoſtolica ſcripta mandamus, quatinus circa correctionem officii tui debitum exequaris. Datum Lugduni, XIIII. Kal. Septembr., pontificatus noſtri anno quinto.

Nach dem Originale.

LXXIX. Der Papst Innocenz IV. nimmt den Bischof und das Domcapitel zu Brandenburg in seinen besonderen Schutz, am 29. September 1249.

Innocentius epiſcopus, ſervus ſervorum dei, venerabili fratri, epiſcopo Brandeburgenſi, ſalutem et apoſtolicam benedictionem. Efficax devotionis, quam ad nos et Romanam eccleſiam habere dinoſceris, meretur affectus, ut te prerogativa ſpecialis favoris et gratie proſequamur. Hinc eſt, quod nos tuis devotis ſupplicationibus inclinati perſonam tuam, eccleſiam Brandeburgenſem cum familia et omnibus bonis, que impreſentiarum rationabiliter poſſides, ſub beati Petri et noſtra protectione ſuſcipimus et preſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum etc. Datum Lugduni, III. Kal. Octobris, pontificatus noſtri anno ſeptimo.

Nach dem Originale.

LXXX. Der Papst Innocenz IV. trägt dem Bischof von Naumburg auf, dem Bischof von Brandenburg gegen alle Verletzungen beizustehen, am 29. September 1249.

Innocentius epiſcopus, ſervus ſervorum dei, venerabili fratri, epiſcopo Nuenburgenſi, ſalutem et apoſtolicam benedictionem. Efficax devotionis, quam ad nos et Romanam eccleſiam venerabilis frater noſter, epiſcopus Brandeburgenſis habere dinoſcitur, meretur affectus, ut ipſam prerogativa ſpecialis favoris et gratia proſequamur. Hinc eſt, quod nos ſuis devotis ſupplicationibus inclinati perſonam ſuam et eccleſiam Brandeburgenſem cum familia et omnibus bonis, que impreſentiarum rationabiliter poſſidet, ſub beati Petri protectione ſuſcipimus atque noſtra. Quocirca fraternitati tue per apoſtolica ſcripta mandamus, quatinus non permittas, ipſum ſuper hiis contra protectionis noſtre tenorem ab aliquibus indebite moleſtari, moleſtatores hujusmodi per cenſuram eccleſia-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

fticam appellatione poſtpoſita compeſcendo. Datum Lugduni, III. Kal. Octobr., pontificatus noſtri anno ſeptimo.

Nach dem Originale.

LXXXI. Der Papſt Innocenz IV. heißt dem Biſchofe in Brandenburg, gegen die Bedrückungen, welche Kirchen erleiden, nach ſeiner Pflicht zu verfahren, am 7. Auguſt 1251.

Innocentius epiſcopus, ſervus ſervorum dei, venerabili fratri, epiſcopo Brandeburgenſi, ſalutem et apoſtolicam benedictionem. Petitio tua nobis exhibita continebat, quod nonnulli, qui gloriantur cum malefecerint et exultant in rebus peſſimis, Brandenburgenſem et alias eccleſias Brandenburgenſis civitatis et dioceſis ac perſonas eccleſiaſticas indebitis exactionibus aggravantes, indebita et inconſueta ſervitia contra juſtitiam ab eis exigunt et extorquent, bona quoque clericorum, cum decedunt, pretextu prave conſuetudinis ſibi uſurpant, pro ſue libito voluntatis in animarum ſuarum periculum et derogationem eccleſiaſtice libertatis, quare nobis humiliter ſupplicaſti, ut providere ſuper hoc paterna providentia curaremus; quocirca fraternitati tue per apoſtolica ſcripta mandamus, quatinus ſuper premiſſis libere officii tui debitum exequaris. Datum Mediolani, VII. Id. Aug., pontificatus noſtri anno nono.

Nach dem Originale.

LXXXII. Der Papſt Innocenz IV. nimmt das Domcapitel in Brandenburg in ſeinen beſondern Schutz, am 7. Auguſt 1251.

Innocentius epiſcopus, ſervus ſervorum dei, venerabili fratri, epiſcopo et dilectis filiis, prepoſito et capitulo Brandeburgenſi. — Veſtris — juſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu perſonas veſtras et Brandeburgenſem eccleſiam cum omnibus bonis, que impreſentiarum rationabiliter poſſidetis aut in futurum juſtis modis preſtante domino poteritis adipiſci, ſub beati Petri et noſtra protectione ſuſcipimus, ſpecialiter autem terras, poſſeſſiones, domos et alia bona veſtra, ſicut ea omnia juſte ac pacifice poſſidetis, vobis et per vos eidem eccleſie auctoritate apoſtolica confirmamus et preſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum etc. Datum Mediolani, VII. id. Auguſti, pontificatus noſtri anno nono.

Nach dem Originale.

LXXXIII. Der Papſt Innocenz IV. ſchreibt dem Biſchofe in Naumburg, daß er den Biſchof und das Domcapitel in Brandenburg unter ſeinen beſondern Schutz genommen, am 7. Aug. 1251.

Innocentius epiſcopus, ſervus ſervorum dei, venerabili fratri, epiſcopo Nuemburgenſi, ſalutem et apoſtolicam benedictionem. Venerabilis fratris noſtri epiſcopi et dilectorum filiorum,

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

prepoſiti et capituli Brandeburgenſis juſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu perſonas eorum et Brandeburgenſem eccleſiam cum omnibus bonis, que impreſentiarum rationabiliter poſſident aut in futurum juſtis modis preſtante domino poterunt adipiſci, ſub beati Petri ac noſtra protectione ſuſcipimus, ſpecialiter autem terras, poſſeſſiones, domos et alia bona ipſorum, ſicut ea omnia juſte et pacifice poſſident, eis et per ipſos eidem eccleſie auctoritate apoſtolica duximus confirmanda. Quocirca fraternitati tue per apoſtolica ſcripta mandamus, quatinus epiſcopum, prepoſitum, capitulum et eccleſiam ſupradictos non permittas ſuper hiis contra protectionis et confirmationis noſtre tenorem ab aliquibus indebite moleſtari, moleſtatores hujusmodi per cenſuram eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita, compeſcendo. Datum Mediolani, VII. Id. Aug., pontificatus noſtri anno nono.

Nach dem Originale.

LXXXIV. Die Markgrafen Johann und Otto beſtätigen, daß ſie die Petricapelle auf der Burg an den Biſchof überlaſſen haben, am 13. Octbr. 1254.

In nomine ſancte et individue Trinitatis. Johannes et Otto, dei gratia Brandenburgenſes marchiones, omnibus in perpetuum. Facta preterita ſepius recitata et in ſcriptis redacta magis eluceſcunt et memorie hominum, que labilis eſt, imprimuntur, ſi ſcripturarum teſtimoniis roborantur. Hinc eſt, quod notum facimus tam preſentibus quam futuris Chriſti fidelibus univerſis, quod nos jam dudum capellam in Brandeborch et redditus, attinentes ad eandem, venerabili in Chriſto patri, domino Gernando, bone memorie epiſcopo Brandeburgenſi, ad uſus epiſcopales contulimus. Et ut cavillatoribus quibuslibet volentibus epiſcopos, qui pro tempore fuerint, ſuper cappella ipſa in prejudicium noſtre donationis indebite moleſtare, malignandi janua precludatur, hanc noſtram donationem iteravimus, immo potius donationem jam dudum factam in perſona venerabilis patris, domini Ottonis, Brandeburgenſis epiſcopi, declaravimus ad inſtantiam precum ipſius, ipſam cappellam ipſi integre cum ſuis redditibus conferendo, ut tam ſuis quam ſuorum ſucceſſorum uſibus perpetuo perſeveret. Datum Seieſere, anno domini M°. CC°. quinquageſimo quarto, III. Nonas Octobris.

Nach dem Originale.

LXXXV. Der Cardinal Peter beſtätigt dem Biſchofe von Brandenburg die Schenkung der Petricapelle, am 17. November 1254.

Venerabili in Chriſto patri, dei gratia epiſcopo Brandeburgenſi, Petrus miſeratione divina Sancti Georgii ad velum aureum diaconus Cardinalis, apoſtolice ſedis legatus, ſalutem in domino. Exhibita nobis ueſtra petitio continebat, quod nobiles viri, marchiones Brandeburgenſes cappellam in Brandeborg ad eorum dominationem ſpectantem, vobis ad uſus epiſcopales liberalitate pia et provida conceſſerunt, prout in eorundem litteris inde confectis dicitur plenius contineri. Nos itaque ueſtris ſupplicationibus inclinati, quod ab eisdem nobilibus pie et provide factum

est, in hac parte, ratum habentes et gratum, id auctoritate presentium confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum etc. Datum Leodii, XV. Kal. Decembris, anno domini M°. CC°. LIIII°.

Nach dem Originale.

LXXXVI. Der Cardinal Peter beauftragt den Dechanten zu Stendal die vorstehende Bestätigung aufrecht zu erhalten, am 17. November 1254.

Petrus, miseratione divina sancti Georgii ad velum aureum diaconus cardinalis, apostolice sedis legatus, discreto viro, decano ecclesie Stendalensis, Halberstadensis diocesis, salutem in domino. Exhibita nobis venerabilis patris, episcopi Brandeburgensis petitio continebat, quod nobiles viri, marchiones Brandeburgenses cappellam in Brandeborg ad eorum dominationem spectantem sibi ad usus episcopales liberalitate pia et provida concesserunt, prout in eorundem litteris inde confectis dicitur plenius contineri. Nos itaque ipsius episcopi supplicationibus inclinati, quod ab eisdem nobilibus pie et provide factum est in hac parte, ratum habentes et gratum id auctoritate litterarum nostrarum duximus confirmandum. Quocirca discretione tue presentium auctoritate mandamus, quatenus non permittas, ipsum super hiis contra confirmationis nostre tenorem ab aliquibus indebite molestari, molestatores hujusmodi per censuram ecclesiasticam compescendo. Datum Leodii, XV. Kal. Decembris, anno dommi M°. CC°. LIIII°.

Nach dem Originale.

LXXXVII. Der Papst Alexander IV. bestätigt die Schenkung der Petricapelle an den Bischof in Brandenburg, am 22. Januar 1255.

Alexander episcopus, servus servorum dei, venerabili fratri, episcopo Brandeburgensi, salutem et apostolicam benedictionem. Justis petentium desideriis dignum est nos facilem prebere consensum et vota, que orationis tramite non discordant, effectu prosequente complere. Sane petitio tua nobis exhibita continebat, quod nobiles viri Johannes et Otto fratres, marchiones Brandeburgenses, attendentes quod mense tue redditus erant nimis tenues et exiles, jus, quod in cappella in Brandeburg habebant, tibi ad hujusmodi redditus augmentandos perpetuo concesserunt, prout in litteris confectis exinde plenius dicitur contineri. Nos itaque tuis et ipsorum marchionum precibus inclinati, quod ab eisdem marchionibus super hoc pie ac provide factum est, ratum habentes et gratum illud auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli igitur omnino hominum etc. Datum Neapoli, XI. Kal. Febr., pontificatus nostri anno primo.

Nach dem Originale.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

LXXXVIII. Der Bischof Otto schlichtet einen Streit zwischen seinem Domcapitel und dem Kloster zu Lehnin, wegen einer Getreide-Rente, am 13. Februar 1258.

Otto, dei gratia Brandeburgenſis eccleſie epiſcopus — ſimultatem et controverſiam, que per aliquod tempus inter eccleſiam Brandeburgenſem et Leninenſem eſt verſata de triceſima annone duarum grangiarum ſcilicet Wachowe et Goliz, prout officii noſtri erat, ſedare pacemque inter ipſas eccleſias reformare cupientes, vocatis partibus in noſtra preſentia, et propoſita utriusque cauſa, nos murum contra impetum hujus oppoſuimus ſimultatis, amicabilem concordiam inter jam dictas eccleſias indiſſolubile vinculum pacis charitatisque ſtatuentes, ut jam dicti fratres de Lenin dominis Brandeburgenſibus adducent annuatim et preſentent in navim in villa que dicitur Zuchedam, viginti et unum choros, videlicet IX. choros ſiliginis, IIII. choros hordei et VIII. choros avene, ipſam annonam Brandeburgenſi modio in ipſa navi metientes. Predicti vero fratres Leninenſes, ipſam advehentes dominis Brandeburgenſibus intimabunt, ut parati recipiant, ne utrique parti offendiculum generetur. Preterea ſciendum, quod, quamdiu dictam annonam in navim ipſis non preſentaverint, quidquid, detrimenti ſuſtinuerint, in damnum Leninenſis eccleſie redigetur. Poſtquam vero in navim preſentaverint, ſi aliquid detrimenti inde venerit, in damnum Brandeburgenſium redundabit. De minuta vero decima ſic a nobis eſt ordinatum, ut jam ſepedicti fratres Leninenſes ſupradictis Brandeburgenſibus dominis annuatim talentum perſolvant, pro quo redimendo, cum multum Brandeburgenſes cum Leninenſibus diſcordarent, Leninenſes XV. talenta denariorum Brandeburgenſium perſolverunt, et nos Brandeburgenſi eccleſie pro dono pacis et concordie talentum aſſignamus memoratum, et ipſa eccleſia aſſignatione hujusmodi eſt contenta. Notandum etiam, quod duo manſi in Goliz doti pertinentes in prefata compoſitione comprehenduntur. Quecunque vero pars ſupra ordinatam compoſitionem infringere attemptaverit, alteri parti XX. marcas pro emenda ſolvere non obmittat. Ne autem hujus compoſitionis forma in futurum ab aliquo valeat violari, preſentem paginam ſigilli noſtri nec non et domini abbatis Leninenſis appenſione et teſtium ſubſcriptione duximus roborandam. Hujus autem rei teſtes ſunt Petrus prepoſitus, Heinricus prior, Albertus plebanus, Lambertus cellerarius, canonici Brandeburgenſis eccleſie, Johannes abbas, Richardus prior, Theodoricus cellerarius, monachi Leninenſis eccleſie, et alii quam plures. Acta ſunt hec anno domini M°. CC°. LVIII°., pontificatus noſtri anno VI., idus Februarii. Datum in Pritzerwe, per manum noſtri notarii, magiſtri Walteri, plebani de Jezere.

Nach der Copie im alten Copialbuche.

LXXXIX. Der Magiſtrat der beiden Städte Brandenburg bezeugt, daß ein gewiſſer Hugo Vack dem Domcapitel eine jährliche Getreide-Rente in Plötzin und drei Hufen Landes in Tremmen reſignirt habe, am 28. Juni 1263.

— prefecti conſules et ſcabini veteris civitatis et nove in Brandenburg — noſſe cupimus uniuerſos — quod, cum Hugo, civis nove civitatis noſtre in Brandenburg dictus Vack, quatuor choros annone in Plotzin de quatuor manſis ad villicationem ejusdem ville pertinentibus ad vite ſue tempora et tres manſos in Tremene villa eccleſie Brandenburgenſis cum filio ſuo Hugone

juvene et iam dicto Vack, jure hereditario, ſi predictum juvenem filios generare contingeret transmittendi in ipſos, ab ipſa eccleſia de manu ipſius eccleſie prepoſiti jam pridem in pheodo tenuiſſet, ut Arnoldo villico memorate ville in Plotzin quatuor choros annone dictorum quatuor manſorum redditus, quos ad vite ſue tempora Hugo poſſederat, prepoſitus cum ſuo collegio jure hereditario conferret in feudum, ipſi prepoſito et collegio juvenis Hugo Vack autoritate patris interveniente, qui filii legitimus tutor exiſtit, de voluntate etiam amicorum ſuorum omni approbatione pariter et conſenſu feudum trium manſorum, quod hereditandi jure in villa Tremen'e tenuerat, reſignavit, apud patrem tamen coaduixerit ſepe dictorum manſorum feudo manente: fatetur etiam idem pater, ſenior Hugo Vack, quod omnia bona, que ab eadem eccleſia nunc in feudo tenet, exceptis tribus aliis manſis in Tremene, qui uxori ſue, quam nunc habet, poſſidenda conduxerit, ſunt collati, per ipſius obitum ad eccleſiam revertentur. Hec prout narrata et ſcripta ſunt, geſta fore, ſub ſigillo noſtro preſentibus proteſtamur. Datum et actum anno domini M. CC. LXIII. in vigilia apoſtolorum Petri et Pauli.

Nach einer Copie im alten Copialbuche.

XC. Albert, derzeitiger Biſchof von Regensburg, trägt dem Propſte in Jericho auf, den Geiſtlichen des biſchöflichen Brandenburgiſchen Sprengels bekannt zu machen, daß Heinrich (von Oſtheren) zum Biſchof von Brandenburg erwählt worden ſei, 31. October 1263.

Frater Albertus epiſcopus quondam Ratisponenſis, viro religioſo et in Chriſto dilecto domino prepoſito in Jericho Premonſtratenſis ordinis, Havelbergenſis dioceſis, ſalutem et ſinceram in domino caritatem. Quia de mandato ſedis apoſtolice electionem factam de magiſtro Heinrico plebano de Monte, in eccleſia Brandenburgenſi, confirmamus et ipſum eadem auctoritate eidem eccleſie prefecimus in epiſcopum et paſtorem, mandamus vobis, quatenus abbates Ciſtercienſis ordinis, prepoſitos, prelatos, archidiaconos, canonicos, clerum totius civitatis Brandenburgenſis et dioceſis ac alios ipſius eccleſie ſubditos et vaſallos moneatis, ut eidem epiſcopo tanquam patri et paſtori animarum ſuarum cum reverentia debita ac obedientia obediant et intendant. Alioquin contradictores ſi qui fuerint, quod non credimus, quos ex nunc in ſcriptis excommunicamus, excommunicatos nominatim publice nuntietis in locis, ubi et quando uidebitis expedire, facientes eos usque ad ſatisfactionem condignam ab omnibus artius evitari. Datum Brandenburch, anno domini M°. CC°. LXIII°. in vigilia omnium ſanctorum.

Nach dem Originale.

XCI. Markgraf Otto verkauft dem Domcapitel das Dorf Stargezer, am 17. November 1264.

— Nos Otto, dei gratia Brandeburgenſis marchio — notum facimus — quod domino Lamberto Brandeburgenſis eccleſie prepoſito, ſuoque conventui pro nonaginta marcis argenti, quas nos recepiſſe a domino prepoſito et conventu predictis preſentibus profitemur, in terra Zucha villam XXX. manſorum, conſenſu et approbatione heredum noſtrorum in omnibus accedente,

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Stargezere nuncupatam vendidimus cum lignis, aquis, piscationibus, pascuis, pratis, terris cultis pariter et incultis, ea libertate, emunitate eoque jure, quo ceteras villas ecclesie sue tenent, in perpetuum possidendam, promittentes cum nostris heredibus, quod ab omni inpetitione eorum omnium, qui sibi in predicta villa aliquid juris addicunt, et ex nomine ab impetitione domini Johannis de Plote suorumque heredum et Henrici Trest militis ac suorum heredum, si quando impetiti fuerint prepositus et conventus predicti vel qui pro tempore fuerint in ecclesia Brandeburgensi, postquam nos vel nostri heredes ad hoc fuerimus interpellati, ipsos cum omni promtitudine absolvemus. Si vero super proprietate ville ejusdem questionem ipsis moveri contigerit a quocunque, sub eadem promissione nos nostrosque heredes astringimus, quod de proprietate ipsos warendabimus cum effectu. Ut autem hec inconvulsa perpetuo perseverent, presentem paginam sigillo nostro et sigillo Johannis, filii nostri senioris, similiter et Ottonis, filii nostri, qui propter nominis similitudinem nostro sigillo utitur, Alberto et Ottone, reliquis filiis nostris, adhuc sigilla non habentibus, non eo minus tamen factum approbantibus, fecimus communiri. Acta sunt hec in presentia venerabilis patris, domini Henrici Brandeburgensis episcopi, sigillum suum etiam hiis apicibus in firmitatis testimonium apponentis, anno domini millesimo ducentesimo sexagesimo quarto, XV. Kalendas Decembris. Hujus rei testes sunt: venerabilis pater, predictus dominus Henricus Brandeburgensis episcopus, magister Petrus de Stanesdorp, clerici, Johannes de Rochove, Woltherus de Ponte, Henricus de Thene, milites, et alii quam plures clerici et laici. Datum Brandeburch, (per manum Johannis nostri notarii) anno et mense predictis, feliciter. Amen. (indictione VII.)

Nach dem Originale. Von dieser Urkunde sind zwei Originale: ein kürzeres im Domarchive zu Brandenburg: ein ausführlicheres, wornach Gercken's Abdruck genommen ist, befindet sich, nach einer Marginalbemerkung in dem Copialbuche, im Archive zu Plötzin.

XCII. Der Papst Clemens VI. beauftragt den Bischof von Brandenburg, nachzuforschen, ob das Kloster Leitzkau Antheil zu haben pflege an der Wahl des Bischofs, im Jahre 1265.

Clemens episcopus, servus servorum dei, venerabili fratri, episcopo Brandenburgensi, salutem et apostolicam benedictionem. Dilecti filii, prepositus et capitulum Brandeburgensis ecclesie, nobis significare curarunt, quod prepositus et capitulum ecclesie Lycekensis, Brandeburgensis diocesis, falso afferentes, se in electione pontificis Brandeburgensis ecclesie jus habere, cum ecclesiam ipsam Brandeburgensem pontifice vacare contingerit, ad electionem se admitti petentes predictos prepositum et capitulum Brandeburgensem super hoc multipliciter inquietant, quamquam nullum eis super hoc jus competat de consuetudine vel de jure; unde dicti prepositus et capitulum Brandeburgense nobis humiliter supplicarunt, ut eis super hoc providere paterna sollicitudine curaremus. Quocirca fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatinus, vocatis, qui fuerint evocandi et auditis hinc inde propositis, quod canonicum fuerit, appellatione remota, decernas, faciens, quod decreveris, per censuram ecclesiasticam firmiter observari; testes autem, qui fuerint nominati, si se gratia, odio vel timore subtraxerint, censura simili, appellatione cessante, compellas veritati testimonium perhibere. Datum Perusii, V. Kal. Octobr., pontificatus nostri anno primo.

Nach dem Originale. Das Siegel fehlt, und die Zeit der Ausfertigung dieser Urkunde kann daher nur willkürlich bestimmt werden. Gercken, Stiftshist. S. 472 schreibt dieselbe Clemens IV. zu und setzt dieselbe in das Jahr 1265. Möglicher Weise ist zu seiner Zeit die päpstliche Bulle des Siegels noch nicht beraubt gewesen.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

XCIII. Der Magiſtrat der Neuſtadt Brandenburg vergleicht das Domcapitel mit Wilkin von Mötzow über ein Lehn daſelbſt, am 14. April 1267.

— conſules et ſcabini nove civitatis Brandeburg — ſuborta inter venerabiles viros, dominum Lampertum prepoſitum et ſuum conventum in Brandeburg ex parte una, et Willekinum, dictum de ſlavikali Mocszow, ex altera, ſuper tribus manſis in eadem villa Mocszow ſlavicali, quos a prepoſito et conventu predictis idem Willekinus in feudo ſe tenere dicebat, ipſis in contrarium afferentibus, materia queſtionis, quidam, qui utriusque partis extiterant amatores, partibus inſtiterunt, quatenus predictam diſcordiam inter ſe componerent neve ad ſe traheret majus malum, amicabili conventione ſedarent, quorum conſiliis acquieſcentes taliter convenerunt: quod nominatus Willekinus non vi, non dolo ſed libera et ſpontanea voluntate renunciaverit omni juri et feudo, quod in predictis tribus manſis a domino Petro, quondam Brandeburgenſis eccleſie prepoſito, ſe tenere dicebat et de manu domini Lamperti, venerabilis viri, nunc prepoſiti Brandenburgenſis de conſenſu ſui conventus ad tempus vite ſue et uxoris ſue dumtaxat recepit in feudum, dicto prepoſito, dum ipſos ei porrigeret, dilucide exprimente, quod ipſius heredes et uxoris propinqui ipſorum conſanguinei vel amici poſt mortem eorum nichil ſibi in eisdem debeant vendicare juris, ſed extunc recto ordine dicti manſi ad Brandeburgenſem eccleſiam redeant cum plenitudine juris omnis. Cui ordinationi conſenſit per omnia et in omnibus preſcriptus Willekinus, referens ſe iſtis, prout conſcripta ſunt fideliter in omnibus pariturum. Hec quia in noſtra preſentia acta ſunt, recognoſcimus et rogati duximus publicanda. Datum et actum apud Brandeburg, anno dominice incarnationis M°. CC°. LXVII°. XVIII. Kal. Maji, teſtibus hiis adhibitis: Johanne priore Brandeburgenſis eccleſie, Johanne Grelbone, Lamberto, Johanne de Belitz, canonicis Brandeburgenſibus, Udone, Henrico Fabro, Wernero de Smerceke, Walthero de Camerwode, Henrico Buszowe, laicis civitatis ejusdem et aliis quam pluribus.

Nach dem Originale.

XCIV. Der Biſchof Heinrich von Brandenburg fordert ſeine Geiſtlichkeit auf, den mit der Kreuzpredigt für Preußen und Liefland in ſeinem biſchöflichen Sprengel beauftragten Ordensbruder Konrad zu unterſtützen, am 28. Februar 1266.

Henricus, dei gratia Brandeburgenſis Eccleſie Epiſcopus, Dilectis ſibi in Chriſto, prepoſitis, Archidiaconis, plebanis, vicariis per Brandeburgenſem Dyoceſim conſtitutis, Salutem in filio dei. Cum ad vehementem inſtantiam ordinis fratrum domus ſancte Marie Theutonicorum Religioſo et diſcreto viro fratri Cunrado, Exhibitori preſentium, Crucis negotium ad partes pruſcie et lyuonie predicandum a ſede apoſtolica ſit iniunctum, ut per litteras eidem transmiſſas poteritis plenius edoceri, vniuerſos uos et ſingulos monemus, hortamur et in domino attentius exoramus, quatenus ob domini noſtri Jheſu chriſti laudem, et glorioſe virginis reuerenciam, dictum fratem Cunradum in omnibus ſuis agendis et promouendis, fideliter promouere curetis, Sic ut iam dictum Crucis negocium ad ipſius Crucifici gloriam cito deſiderabilem et felicem fortiatur exitum et uobis propter hoc a diuina clemencia proueniat corona ciuium ſupernorum, Scientes quod dictus frater a ſummo magiſtro prefate domus, ad

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

recipiendas atque colligendas redemptiones uotorum crucis ſit ſpecialiter deputatus et quod omnia et ſingula, que in eiusdem pruſcie ac Lyuonie ſubuentionem, dicto fratri Cunrado predicatori crucis offeruntur, Omni dubio remoto ad utilitatem ſepe dictarum terrarum fideliter conuertuntur. Omnibus etiam qui ad ſollempnem ipſius predicationem Cauſa deuotionis acceſſerint, Quadraginta dies, de iniuncta ſibi penitentia, dum modo dyoceſani conſenſus accedat, miſericorditer relaxamus. Datum Sygezere, Anno domini M. CC. LXVI., Pridie Kal. Martii, Pontificatus noſtri anno tercio.

XCV. Biſchof Heinrich bewilligt dem Kloſter Pforte einen Ablaß, am 2. Juni 1268.

Henningus Dei gratia Brandenburch eccleſie Epiſcopus univerſis Chriſti fidelibus in ſalutis auctore ſalutem. Cum opus pietatis valet ad omnia habens in ſe repromiſſionem vite preſentis que nunc eſt ſecundum apoſtolum et future; Inde eſt quod univerſitati ueſtre notum eſſe volumus, quod nos eccleſiam Beate et glorioſe virginis Marie in Porta pietatis oculis intuentes omnibus qui in feſtivitatibus Domine noſtre et in dedicatione ac in anniverſario ipſius eccleſie dedicationis die cum devotione venerint ad eandem et oblationes ſuas ibidem ad ſtructuram obtulerint de miſericordia Jheſu Chriſti loci dioceſani conſenſu accedente quadraginta dies et unam quadragenam de injuncta ſibi ſuper contritionis et confeſſionis penitentia miſericorditer indulgemus, hac noſtra indulgentia uſque ad conſummationem ipſius monaſterii duratura. Datum Brandeburg, anno domini M°. CC°. LXVIII°. quarto Nonas Junii, pontificatus noſtri anno V.

Nach Gercken, Stifts-Hiſtorie von Brandenburg S. 475 u. 476.

XCVI. Die Markgrafen von Brandenburg, Johann, Otto und Konrad, ſchenken dem Domcapitel in Brandenburg die Pfarrei Retzow, am 17. Februar 1269.

— Johannes, Otto et Cunradus, dei gratia Brandeburgenſes marchiones, — ob reverentiam et honorem nominis Jheſu Chriſti et ob reverentiam beati Petri, apoſtolorum principis, nec non pro animarum noſtrarum ac inclitorum predeceſſorum noſtrorum remedio et ſalute, parrochiam ville noſtre Rizzowe cum jure patronatus ac cum omni juris integritate et libertate et cum omnibus appendiciis ejus: pratis ſcilicet et paſcuis dedimus et contulimus de approbatione et conſenſu venerabilis patris domini Heinrici Brandeburgenſis epiſcopi, cathedrali eccleſie in Brandeborch proprietatis titulo in perpetuum poſſidendam, renunciantes ſimpliciter et expreſſe omni juri, quod habuimus hactenus in eadem, ea tamen conditione appoſita, ut omnes ipſius eccleſie redditus perſonarum in eadem eccleſia degentium et ſub regula ſancti Auguſtini devote famulantium Jheſu Chriſto uſibus, quoad conſolationem ejusdem eccleſie perſonis in earundem refectorio et non alibi faciendam annis ſingulis ſine diminutione aliqua applicentur, volentes nichilominus ad hec, ut de dicte eccleſie proventibus in anniverſario patris noſtri, marchionis Johannis felicis memorie, quod annis ſingulis devote cum ſollempnitate peragent, perſonis in refectorio unius talenti ſervicium miniſtretur. Ut

igitur hec noſtra donatio dicte eccleſie Brandeburgenſi in perpetuum ſtabilis perſeveret, ac etiam ut fiat perſonis ejusdem, ut predictum eſt, quoad temporale ſubſidium fructuoſa, preſentem conſcribi fecimus et ſigillorum noſtrorum munimine roborari, adhibitis etiam teſtibus ydoneis, quorum nomina ſunt hec: predictus dominus Heinricus Brandeburgenſis epiſcopus, Lambertus prepoſitus ejusdem eccleſie, Petrus archidiaconus in Middenwalde, Johannes de Belitz, Johannes dictus Grabbo et Thidericus plebanus ſancti Godehardi, dicte eccleſie canonici; nobiles viri dominus Walterus de Arnſten, dominus Guntherus comes de Lindowe, Bernhardus de Wardenberch et quam plures alii fide digni. Actum et datum Brandeborch, per manum Heidenrici plebani in Nowen, noſtre curie notarii, anno domini M°. CC°. LXIX°. XIII. Kal. Martis.

Nach dem Originale.

XCVII. Der Caſtellan Alverich ſchenkt die Pfarrei in Milow dem Domcapitel in Brandenburg, am 7. April 1269.

— Nos Alvericus, dei gratia caſtellanus in Milow, omnibus in perpetuum, — parrochiam in Milow cum omni juris integritate et libertate, que ad nos pertinebat, cathedrali eccleſie in Brandeburg dedimus et contulimus propter deum, renunciantes ſimpliciter omni juri, quoad patronatum ipſius eccleſie, quod habuimus in eadem — adhibitis nihilominus teſtibus idoneis, quorum nomina ſunt hec: dominus Lambertus Brandeburgenſis prior, Johannes Grubbaw, Theodericus de Glinde, Nicolaus de Plawe, canonici ibidem dominus Walterus de Ponte et prefectus antique civitatis Brandenburg, Nicolaus Dives, Walterus Flammiger et quam plures alii fide digni. Acta ſunt hec Brandenburg, anno domini M. CC°. LXIX. VII. id. Aprilis.

Nach einer Copie im alten Copiario.

XCVIII. Lehnsrevers der von Alvensleben für den Biſchof Heinrich von Brandenburg über einige Hebungen und Hufen zu Uhrsleben, vom 18. Mai 1270.

In nomine domini. Nos Gevehardus et Gevehardus ejus filius, dicti de Alvensleve, milites, recognoſcimus et atteſtatione preſentium atteſtamur, quod venerabilis in Chriſto pater, dominus Hinricus Brandenburgenſis epiſcopus, III. choros tritici, XVI. ſolidos uſualis monete, quos in oppido Ursleve eccleſia poſſedit et recepit annuatim, ſervos ſue eccleſie, ibidem commorantes, nobis vendidit pro XIV. marcis argenti, inpheodando nos de premiſſis, hac tamen conditione interjecta, quod bona premiſſa, ſi ſumma argenti prelibata nobis vel noſtris heredibus ab ipſo vel ab ejus ſucceſſoribus fuerit integraliter reſtituta et ſoluta, Eccleſie Brandenburgenſi dicta bona libere dimittentur, et ex tunc renunciabimus omnibus ſupra dictis eaque ſine contradictione aliqua facienda, domino Hinrico Brandenburgenſis epiſcopo, ſuisque ſucceſſoribus promiſimus fide data, nos noſtrosque heredes ſub ypotheca rerum noſtrarum ad ea preſentibus obligantes. Inſuper recognoſcimus,

quod duos manſos et dimidium, quos in dicto oppido Ursleve poſſidemus, quorum manſorum proprietas noſtra eſt, Brandenburgenſi eccleſie libere reſignamus, et quod dictos vero manſos cum quibusdam areis ad ipſos pertinentes, ab eccleſia jure recipimus pheodali. In cujus facti teſtimonium preſentem litteram ſigillo noſtro ac ſigillo Hinrici militis, dicti de Wansleve, domino Hinrico Brandenburgenſi epiſcopo tradidimus ſigillatam. Datum Brandenburg, anno domini M. CC. LXX. XV. Kal. Junii.

Nach dem alten Copiario.

XCIX. Johann von Gattersleben verkauft an Gebhard von Alvensleben einige vom Biſchofe von Brandenburg zu verleihende Beſitzungen in Uhrsleben und Wellendorf (1270).

Omnibus ad quos hoc ſcriptum peruenerit Johannes de Gatersleue bonam in omnibus voluntatem. Recognoſco preſentibus et proteſtor, Quod ego Johannes de Gatersleue domino Geuehardo de Aluensleue vnum manſum in campis Vrsleue cum curia ſita ibidem et duos manſos et aream in Wellendorp vendidi ſub hac forma .... quo vsque Dominus Epiſcopus Brandenburgenſis dicto militi et ſuis heredibus iure porrigat feudali. Vt igitur huius venditionis forma integra perſeueret, literam predicto militi et ſuis heredibus tradidi mei ſigilli munimine roboratam.

Neugattersleben'ſches Copialbuch.

C. Die Markgrafen Otto und Albrecht verkaufen dem Domcapitel das Dorf Zachow. am 2. September 1272.

— Otto et Albertus, fratres, dei gratia marchiones Brandenburgenſes — nos villam Szachowe cum ſuis terminis, diſtinctionibus, pacta, cenſu aquis aquarumque decurſibus, piſcationibus, pratis, paſcuis, lignis, mericis, terris cultis pariter et incultis, advocatiis et generaliter omnia attinentia dicte ville, que cives ibidem usque ad hec tempora pacifice poſſederunt ac quiete, Brandeburgenſi eccleſie pro certa ſumma pecunie vendidiſſe, nichil juris in dicta villa retinendo, proprietatem vero nichilominus omnium ſupradictorum, ut univerſa et ſingula Brandenburgenſi eccleſie permaneant ſalva, eodem modo aſſignantes, Et dominum Petrum prepoſitum, nomine ſue eccleſie per nuncium noſtrum in poſſeſſionem dicte ville induci fecimus corporalem, bonis memorate ville noſtro et Ottonis junioris, fratris noſtri, nomine, utpote ipſius veri et legitimi tutores, per omnia renunciando, ita quod in poſterum nec advocati nec büdelli de mandato noſtro ac heredum noſtrorum, a nobis directa linea deſcendentium, aliquod genus exactionis, petitionis vel ſervitii ab inhabitatoribus dicte ville exigant ſeu ullatenus requirant, recognoſcentes, eandem ſummam nobis integraliter fore perſolutam ac legitime noſtris uſibus applicatam. — teſtibus ydoneis, quorum nomina ſunt hec: fratres Anno et Heinricus, fratres ordinis predicatorum de domo Struzberg, Gevehardus miles de Alvensleve, Cunradus miles dictus de Stendale, Hermannus miles dictus de Carpzowe, qui memoratum prepoſitum in dicte ville noſtro nomine induxit in poſſeſſionem cor-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

poralem, Heinricus plebanus in Arneborg et alii quam plures. Datum et actum in Arneborg, anno domini M°. CC°. LXXII°. IIII°. Nonas Septembris.

Nach dem Originale.

CI. Bischof Heinrich von Brandenburg legt die Parochie der Stadt Koßwig der dortigen Marienkirche und die Nicolaikirche dem Augustiner-Kloster zu, am 23. November 1272.

Heinricus miseratione divina Brandenburgensis Episcopus — excitati deuotione Illustris Principis Comitis Sifridi de Anhalt et honorabilis Matrone Domine Sophie sororis ejus consensu quoque Decani et Capituli Canonicorum in Cosswik, Parochiam ejusdem oppidi cum omnibus suis proventibus transtulimus ad Ecclesiam Virginis Gloriose, Ecclesiam vero S. Nicolai cum Cymiterio sororibus ordinis Beati Augustini dedimus — hospitale etiam ejusdem oppidi dictis sororibus contulimus. —. Datum Anno Domini MCCLXXII. IX. Cal. Decembris.

Nach Beckmann's vollst. Abdruck in der Anhalt. Hist. III., 319.

CII. Propst und Capitel in Rhode versprechen dem Domcapitel von der Kirche zu Görtzke jährlich eine halbe Mark zu geben, am 9. Januar 1274.

Otto, dei gratia prepositus et totum capitulum ecclesie in Rhode — protestamur, quod in signum perpetue unionis ecclesie Brandeburgensi pro eo quod nobis honorabiles uiri prepositus et capitulum ejusdem Brandeburgensis ecclesie perpetuo de ecclesia Gortzeke synodalia relaxarunt, in dimidia marca Brandeburgensi argenti perpetuo annis singulis serviemus, quam semper ad summam synodum preposito, qui pro tempore fuerit, per nostrum procuratorem faciemus sine impedimento quolibet presentari: et ne super his error aut dubium oriatur presentem damus literam sigillo nostri capituli communitam. Acta Pritzerwe, anno domini M. CC. LXXIIII. V. id. Jan.

Nach einer Copie im alten Copiario.

CIII. Der Bischof Heinrich bestätigt die Schenkung des Patronatrechtes über die Kirche in Görtzke an die Domherren in Rhode, am 9. Januar 1274.

In nomine domini. Amen. Heinricus, dei gratia Brandenburgensis episcopus omnibus in perpetuum. Quoniam propter humani generis conditionem debilem eis, que geruntur ab hominibus, propter eorum subitam mutationem semper solet oblivio novercari, sapide huic obuians ratio eadem suevit scripturarum testimonio perhennare. Ad noticiam igitur omnium, tam presentium quam futurorum volumus pervenire, quod illustres principes Johannes, Otto et Conradus Brandenburgenses

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

marchiones, moti viſceribus pietatis, intuentes inediam et paupertatem eccleſie Rodhe, ut canonici inibi deſervientes eo commodius deo valeant deſervire, eidem eccleſie in Rodhe et canonicis jus patronatus eccleſie in Gorzeke liberaliter donaverunt, nos vero dictorum principum pia commendantes opera et conſiderantes dictorum canonicorum turbationes, ex conſenſu noſtri capituli dictam donationem confirmandam duximus ob reverentiam nominis Jheſu Chriſti et ut eorundem conſolationibus tam nos quam noſtrum capitulum intendamus eo plenius, eisdem canonicis in prefata eccleſia Gortzeke ſinodalia perpetuo relaxamus, ita tamen, ut prepoſito Brandeburgenſi vel ei, qui nomine ſuo mittitur in preſidenda ſynodo et dandis procurationibus, in eadem ſubſerviant eccleſia, ſicut cetere eccleſie chriſtiane. In recognitionem vero predictorum omnium dicti canonici eccleſie Brand(enburgenſi annis) ſingulis in dimidia marcha Brandenburgenſi argenti ſervient, quam ſemper ad ſummam ſynodum prepoſito Brandenburgenſi, qui pro tempore fuerit, (preſenta)bunt. Ut hec noſtre donationis predicte confirmatio ſtabilis perſeveret, preſentem eis dari juſſimus literam ſigillo noſtro et ca(pituli) noſtri confirmatam adhibitis teſtibus ydoneis: (Domino Petro) prepoſito Brandenburgenſi, domino Johanne, priore de Brandenburg, R. ſcholaſtico Stendalienſi (ac aliis) fide dignis. Actum et datum Pritcerwe, anno domini M°. CC°. LXXIIII°. V. id. Januarii, pontificatus noſtri anno XI°.

Nach dem Originale, welches ſchadhaft iſt. Die eingeklammerten Stellen ſind willkürlich ergänzt.

CIV. Der Propſt Peter erklärt, daß zwei Theile des Zehnten aus dem Dorfe Zachow dem Domcapitel verpfändet ſeyen, am 14. November 1282.

Petrus, dei gratia prepoſitus eccleſie Brandeburgenſis — notum eſſe volumus univerſis, quod — cum felicis recordationis Albertus, quondam prefectus veteris civitatis Brandenburg, duas partes decime de duobus manſis in villa Zachowe, que nunc eſt proprietas eccleſie Brandeburgenſis, jure feodi aliquamdiu poſſediſſet et per mortem ipſius ad Hinricum idem jus tranſiviſſet legitime nec non et ad alios filios ſuos heredes, duo ex ipſis filiis juniores, Johannes ſcilicet et Rodolfus, nati prefectiſſe antique relicte dicti Al. que poſtmodum Johanni de Segefere fuerat copulata, dictum feodum, quatenus eos tangebat, cum omni jure, non coacti, non illecti, in manus noſtras ad uſum jam dicti Henrici prefecti veteris civitatis Brand., confratris et coheredis ipſorum, libere reſignarunt. Predictus vero Henricus prefectus ſepedictum feodum, ex integro devolutum ad ipſum, videlicet duas partes decime frugum, arearum et animalium, non minus in campo quam in villa Zachowe pro ſeptem marcis argenti, quas ſibi mutavimus, nobis ex parte eccleſie pignori obligavit, hoc adjecto, ut eccleſia noſtra dictam percipiente decimam, quam cito mutuum VII. marcarum dictus Henricus reſtituerit, directa via decima ad ipſum redeat ab eccleſia Brandeburgenſi, ſicut prius per ipſum in feodo poſſidenda. — Teſtes autem de canonicis noſtris, qui interfuerunt, ſunt hii Johannes prior, Kriſtianus, Hinricus de Gardelege, Hinricus de Belitz et alii quam plures. Et nos Walterus Flamingus, Engelbertus Symon, Johannes de Rathenowe, Walterus de Viſene, Hinricus dictus de Viſelere, cives veteris civitatis Brandeburgenſis, predictis omnibus rogati interfuimus et ſigillo civitatis noſtre ea procuravimus conſignari. Datum et actum in clauſtro Brandeburg., anno domini M°. CC°. LXXXII°. XVIII. Kal. Decembr.

Nach dem Originale.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CV. Die Markgrafen Otto und Konrad ſchenken dem Domcapitel in Brandenburg einen Weinberg, am 26. Mai 1282.

— Otto et Conradus, dei gratia marchiones Brandenburgenſes, — vineam illam, quam a nobis poſſederant pheodali tytulo Wolraven et Rutcher, filii quondam Gherardi militis, dicti Golcop, ob ſalutem et remedium animarum progenitorum noſtrorum et peccaminum noſtrorum obtulimus eccleſie beatorum apoſtolorum Petri et Pauli in urbe Brandeburch et beati Marie virginis proprietatis tytulo perpetuis temporibus poſſidendam. Ut autem hec noſtra etc. teſtibus ydoneis, quorum nomina ſunt hec: Theodericus de Ofterborch, dapifer curie, Johannes de Nawen, pincerna curie, Johannes de Stegeliz, Henricus de Wardenberch, Wernerus advocatus in Ratenowe, Heino de Bönen et quam plures alii fide digni. Actum et datum in merica Ratenowe, anno dominice incarnationis M°. CC°. LXXXII. VII. Kal. Junii.

Nach dem Originale.

CVI. Der Biſchof Gebhard verkauft dem Domcapitel in Brandenburg das Dorf Schmerzke, einen dabei liegenden See und die Hälfte eines Sees in Rietz, am 9. Sept. 1284.

Cum rerum geſtarum certiſſima repreſentatio ſit ſcriptura, que de verborum ſerie redactorum in ipſam neque minuit neque mutat, nos Gevehardus, dei gratia Brandeburgenſis ecclefie epiſcopus, recognoſcimus et tenore preſentium in omnem volumus notitiam pervenire, omnibus ipſarum audituris continentiam ſeu viſuris, quod nos villam noſtram in Smercik et ſtagnum adjacens et medietatem ſtagni in Rethiz domino prepoſito et capitulo noſtre Brandenburgenſis eccleſie vendidimus et contulimus libere abſolute cum advocatia, proprietate, juribus omnibus et pertinentiis ſuis ad dictum prepoſitum capitulum et noſtram Brandenburgenſem eccleſiam perpetuo pertinenda. Idem etiam dominus prepoſitus et capitulum memoratum pro quolibet fruſto, quod eisdem dimiſimus liberum et ſolutum in predictis videlicet villa Smercik ſtagno adjacente et medietate ſtagni in Rethiz decem marchas Brandenburgenſis argenti nobis integraliter perſolverunt. Hujus vero rei teſtes ſunt dominus Albertus de Alvensleve, canonicus eccleſie ſancti Nicholai Magdeburgenſis, Sifridus plebanus in Lubus, magiſter Johannes plebanus nove civitatis Brandenburg, Dengerus et Johannes capellani dicti magiſtri Johannis, Johannes de Monekeberg, Reynekinus de Tremme, laici, cives Brandenburgenſes et quam plures alii clerici et laici fide digni. Ne autem alicui ſuper hujusmodi noſtra venditione et collatione dubietatis ſcrupulus oriatur, preſentem litteram de noſtra certa ſcientia noſtro ſigillo fecimus roborari. Datum Brandenburg, anno domini M°. CC°. LXXXIIII°., in craſtino nativitatis beate virginis.

Nach dem Originale.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CVII. Otto der Aeltere und Otto der Jüngere, Markgrafen von Brandenburg, schenken dem Domcapitel das Dorf Langerwisch, am 19. März 1285.

— Nos Otto et Otto junior, dei gratia Brandenburgenses marchiones, — de consensu heredum nostrorum, ad cultum dominicum ampliandum et ad instantiam nobilis viri, domini Walteri de Barbi, ecclesie sancti Petri in claustro Brandenburg ad usum prepositi et capituli ejusdem ecclesie proprietatem ville novi Langerwisch juxta oppidum Beliz, quam villam feodi nomine dictus nobilis dominus Walterus de Barbi hactenus a nobis possedit, damus libere et donamus cum suis terminis omnibus, distinctionibus, pacta, censu, advocatia, judicio quolibet et cum omni dominio, quod habuimus vel in posterum habere potuerimus, cum silvis et pascuis, pratis et aquarum decursibus, lingnis, mericis, piscationibus, palludibus, terris cultis pariter et incultis, viis, compitis, nemoribus et arbustis et generaliter cum omni utilitate, proventu, usu, usufructu, melioratione et cum omni possessione propria vel communi perpetuis temporibus possidendam. Profitemur nichilominus per presentes, quod predicta ecclesia Brandenburgensis, scilicet prepositus et capitulum, feodum dicte ville Langerwisch a predicto nobili domino Waltero de Barbi pro certa pecunie summa emit et quodlibet fructum, quod provenit de eadem villa, pro octo marcis Brandeburgensis argenti emendo ab eodem Waltero comparavit percipiendum perpetue pleno jure, computatis pro fructo choro siliginis, choro ordei, talento denariorum et duobus choris avene. Ut autem predicta nostra donatio a nostris heredibus rata semper habeatur et ut predicte ecclesie et capitulo ab omni molestia et iniqua infestatione plenius caveatur, que circa dictorum bonorum et ville predicte possessionem posset exoriri a nobis vel a nostris heredibus seu subditis in futurum, omne jus, quod in eadem villa et in ipsius ville terminis nos vel nostri advocati de causa justa vel injusta, magna vel parva exercere potuerimus usque modo, predicte ecclesie et capitulo conferimus et libere relaxamus. In hujus rei evidens et lucens testimonium presens scriptum confici ac sigillorum nostrorum appensionibus jussimus roborari, presentibus testibus infra scriptis: domino Ghevehardo episcopo Brandeburgensi, domino Waltero de Barbi, domino Bartoldo preposito in Saltwedele, domino Hermanno de Carpezow, Heidenrico preposito Brandeburgensi, Petro priore ibidem, Johanne de Monkeberge, Reinekino de Tremene, Wilhelmo Scriptore, Heinrico magno, Baldekino de Brugis civibus Brandeburgensibus, et aliis quam pluribus fide dignis. Datum Brandenburg, anno domini M°. CC°. LXXXV°. XIIII°. Kal. Aprilis.

Nach dem Originale.

CVIII. Der päpstliche Legat Johann fordert auf päpstliches Geheiß von dem Clerus der Brandenburger Diöcese 150 Mark, am 25. September 1286.

Johannes, miseratione divina episcopus Tusculanus, apostolice sedis legatus, venerabili in Christo patri, dei gratia episcopo Brandeburgensi, salutem et sinceram in domino caritatem. Sanctissimus pater, dominus Honorius papa IIII^us^ nos ad partes Almanie commisso nobis tam in illis, quam in Boemie, Dacie ac Suecie regnis nec non Polonie, Pomeranie, Prussie, Livonie, Cassubie ac Russie ducatibus plene legationis officio destinavit, ac nobis recipiendi tam in absentia

quam in presentia procurationes a venerabilibus in Christo patribus, patriarchis, archiepiscopis et episcopis et a dilectis nobis in Christo clericis, abbatibus, prioribus, decanis, archidiaconis, prepositis, archipresbiteris et aliis ecclesiarum prelatis ac ecclesiasticis personis, secularibus et religiosis, capitulis et conventibus, exemptis et non exemptis, Cistercienſis, Cluniacenſis, Premonſtratenſis, Camaldulenſis, vallis umbrose, sancti Benedicti et Auguſtini et aliorum ordinum nec non a magiſtris et preceptoribus domorum militie templi et hospitalis sancti Johannis Jerosolymitani, sancte Marie Theotonicorum et Calatrauenſium partium predictarum et contradictores ipſius domini pape auctoritate per nos vel per alium aut alios, appellatione postposita, compescendi, conceſſit plenam per suas litteras facultatem. Cum igitur auctoritate conceſſionis hujusmodi vobis et decano et capitulo ecclesie ueſtre et clero civitatis et diocesis Brandeburgenſis exemptis et non exemptis pro noſtris procurationibus presentis anni centum quinquaginta marchas boni et puri argenti ad pondus Colonienſe duxerimus imponendas, paternitatem veſtram monemus, vobis tam predicta, quam ea qua fungimur, auctoritate precipiendo mandantes, quatenus predictas centum quinquaginta marchas infra unius menſis spacium a presentatione presentium, quem vobis pro primo, secundo et tertio termino peremtorio assignamus, ueſtro, decani, capituli ac cleri predictorum nomine per noſtrum specialem nuntium noſtro periculo deferendas nobis transmittere procuretes ac camere noſtre assignari, ubicunque fuerimus, integraliter faciatis. Alioquin vos ex nunc, prout extunc ab ingreſſu ecclesie suspendimus in hijs scriptis, et si forsitan hujusmodi suspenſionem per decem dies animo, suſtinueritis indurato, extunc a pontificali officio supendimus in hiis scriptis. Quod si per alios decem dies hujusmodi suspenſionem duxeritis tolerandam, nos exnunc, prout extunc, in scriptis eisdem excommunicationis vinculo innodamus. Ceterum quia nolumus, quod uos ex solutione dictarum centum quinquaginta marcharum, quam nobis feceritis, dampnum vel gravamen aliquod incurratis, et quod in illarum contributione aliqui ultra vires et debitum aggraventur, presentium vobis auctoritate committimus, ut deum habentes pre oculis predictas centum quinquaginta marchas a decano et capitulo ac clero prefatis a singulis videlicet exemptis et non exemptis, conſideratis eorum facultatibus diligenter, pro rata suorum proventuum cum juſtis et moderatis expenſis, quas vos propter hoc subire contigerit, petere ac recipere, contradictores quoque ac rebelles, si qui fuerint, per cenſuram eccleſiaſticam, appellatione postposita, compescere valeatis, ita tamen, quod vos pro rata veſtrorum proventuum contribuatis etiam cum eisdem. Nos autem vos, si amplius quam centum quinquaginta marchas et expenſas predictas exegeritis vel receperitis et pro parte vos contingente non contribueritis, penas et sententias incurrere decrevimus supradictas. Has siquidem litteras in regeſtro noſtre curie ad cautelam fecimus regeſtrari, de quarum presentatione latori presentium, nuntio noſtro jurato, dabimus plenam fidem. Datum Basilee, VII. Kal. Octobr., pontificatus domini Honorii pape noſtri anno secundo.

Nach dem Originale.

CIX. Der Propſt Heidenreich in Brandenburg erlaubt, daß der Pfarrer in Neuendorf mit seinen Söhnen gewiſſe jährliche Einkünfte in Schmerzke kaufen darf, im Jahre 1286.

— Heidenricus, dei gratia prepoſitus ac communis conventus Brandeburgenſis ecclesie — notum esse volumus tam presentibus quam futuris, quod Jacobus, filius Heinrici Crudonis, quedam bona in villa Smerzich, videlicet V. choros partim siliginis et partim ordei,

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

insuper V. talenta denariorum vendidit domino Conrado cappellano nostro dilecto, plebano in Niendorp ac pueris suis, que inquam bona prefatus Jacobus a reverendo patre ac domino Gebhardo Brandeburgensis ecclesie episcopo, tenuit hactenus jure feodali. Cum autem nos et ecclesiam nostram nunc hujusmodi contingat collatio, nos de communi nostri consensu capituli predicto domino Conrado plebano in Niendorp, ac filiis suis Dengero, Nicolao, bona predicta, videlicet V. choros partim siliginis et partim ordei, insuper V. talenta denariorum contulimus suis temporibus possidenda ac usui mancipanda, sic quoque, si una memoratarum partium moritur, ante aliam, reliqua que super vixerit, ipsos reditus ad tempus percipiet vite sue. Nihil autem de bonis jam prehabitis transsibit per decessum jam dictarum partium proprios ad heredes. Ut autem ante dictorum virorum venditio, emptio ac nostra collatio firma ac inconvulsa permaneat, presentia sigillo nostri capituli decrevimus sigillari post nostrum obitum minime valitura. Testes sunt dominus Dhengerus viceplebanus Brandeburgensis, Rogosen monetarius, Heinricus magnus, Wilhelmus scriptor, Johannes Monkesberge, Reynerus de Tremme, Waltherus de Camerwode. Actum et datum Brandeburg, anno gratie M°. CC°. LXXXVI°. III°. (Das Datum fehlt, wegen einer Lücke in der Urkunde.)

Nach dem Originale.

CX. Der Bischof Heidenreich vereinigt die Kirchen in den beiden Dörfern Langerwisch, am 23. Juni 1287.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Amen. Injuriatur memorie frequenter oblivio. Longinquitate fit sepe temporis, quod res clara presentibus reddatur obscura futuris. Quare adversus oblivionis dispendium de scripture suffragio providit industria sapientum. Hinc est, quod nos Heidenricus, dei gratia Brandenburgensis ecclesie episcopus, recognoscimus et tenore presentium in publicam volumus notitiam devenire omnibus ipsarum audituris continentiam seu visuris, quod ecclesias ville Langherwisch, pertinentis ad mensam prepositi et capituli nostre ecclesie, et alterius ville Langherwisch dicte similiter, ad terram Beliz pertinentis, de maturo consilio univimus et uniendo conjunximus, ita quod dicta ecclesia Langherwisch ville dominorum nostrorum predictorum pro matrice ecclesia ab omnibus habeatur, reliqua vero ecclesia Langherwisch alterius ville tanquam filia a nexu dicte matricis ecclesie nullatenus separetur, provide statuentes ac de speciali gratia indulgentes, ut post decursum vite presentium plebanorum dicte ecclesie, per nos unite, cum suis emolumentis et fructibus ad dictos dominos nostros pertineant pleno jure et mense deserviant eorundem, id censentes equum et debitum, ut, qui sub candore vite et habitus famulantur in sanctimonia Jhesu Christo ejusdem patrimonio consolatione debita non fraudentur. In cujus rei evidens testimonium presentes de certa nostra conscientia conscribi et sigillo nostro fecimus communiri. Datum Brandenburch, per manum Ludolfi curie nostre notarii, anno gratie M°. CC°. LXXXVIII°. IX. Kalendas Julii in vigilia beati Johannis baptiste, pontificatus nostri anno primo.

Nach dem Originale.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CXI. Bündniß des Bischofs und Domcapitels zu Halberstadt mit dem Erzbischofe Erich und dem Domcapitel zu Magdeburg, gegen Räuber und andere öffentliche Uebelthäter mit geschärften geistlichen Strafen zu verfahren und hierin den Anordnungen der Erzbischöfe zu Magdeburg zu gehorsamen, am 19. Juli 1287.

Venerabili in christo patri domino Volrado epiſcopo, hermanno prepoſito, Alberto Decano Totique Capitulo Eccleſie halberſtadenſis Ericus, dei gratia Archiepiſcopus, Albertus prepoſitus, Burchardus Decanus Totumque Capitulum Sancte Magdeburgenſis Eccleſie, Subſcriptorum omnium inuiolabilem firmitatem. Multorum bonorum perſepe torpet neglecta commoditas eo, quod ad reſtaurum commoditatis huiusmodi nullius inuigilarit intentio nullius animus inſudarit, Sed proceſſu temporis ad hoc aliquo ſue mentis ariem dirigente ipſa reſtauratur commoditas et reſtaurata ſuis cooperatoribus pacis et quietis tribuit incrementum. Hinc eſt quod cum pluribus tractatibus habitis iam ſimus euidenter experti, vtile fore tam vobis quam nobis pariter et conſultum, vt Eccleſie ad inuicem propter frequentes predonum Raptorum et aliorum maleficum turbationes et inſultus quos paciuntur continue, aliquo ſaltem mutue ſubuentionis remedio ſolidentur, credimus firmiter, quod funiculus Cenſure Eccleſiaſtice triplicatus efficatius feret auxilium contra peruerſorum violentias et conatus Et clerus tali ſuffultus preſidio dante domino liberius reſpirabit. Cum igitur inter alia iuris remedia precipuum et magis efficax videatur, vt excommunicationum ſev interdictorum ſententie late per venerabiles fratres Coepiſcopos noſtros, qui pro tempore fuerint, a nobis et noſtris Succeſſoribus diſtrictius obſeruentur et publicentur, quandocunqve et vbicunqve fuerit oportuum, Dum tamen nos ſuper hiis fuerimus requiſiti; Nos Ericus Archiepiſcopus, Albertus prepoſitus, Burchardus Decanus Totumque Capitulum Sancte Magdeburgenſis Eccleſie nos et noſtram Eccleſiam firmiter obligamus, vt ea que premiſſa ſunt et pro nobis ſtatuta in Conciliis Maguntinenſibus vel Magdeburgenſibus inuiolabiliter obſeruemus. Hoc recognoſcimus et preſentibus litteris proteſtamur, quas Sigillorum noſtrorum inpreſſione roborandas duximus in teſtimonium premiſſorum. Hanc vero obligationem per decem annos continuos decreuimus duraturam. Actum Magdeburg, anno domini M°. CC°. LXXXVII°., Sexta feria ante feſtum Beate Marie Magdalene.

Nach dem Original des K. Provinzial-Archivs zu Magdeburg.

CXII. Erzbischof Erichs und des Domcapitels zu Magdeburg Bündniß mit dem Bischof und Domcapitel zu Brandenburg, wodurch sie sich verbindlich machen, auf die Vollziehung der geistlichen Strafen gegen Räuber und andere Uebelthäter mit Strenge zu halten, am 22. Aug. 1287.

Venerabili in chriſto patri ac domino ſuo Domino Erico Archiepiſcopo, Alberto prepoſito, Burchardo decano totique Capitulo ſancte Magdeburgenſis Eccleſie, Heydenricus dei gratia Epyſcopus, Theodericus prepoſitus, Conradus prior Totumque Capitulum Brandenburgenſis Eccleſie Subſcriptorum omnium perpetuam firmitatem. Multorum bonorum perſepe torpet neglecta commoditas eo, quod ad reſtaurum commoditatis huiusmodi nullius inuigilarit intentio nullius animus inſudarit, Sed proceſſu temporis ad hoc aliquo ſue mentis aciem dirigente ipſa

reſtauratur commoditas et reſtaurata ſuis cooperatoribus pacis et quietis tribuit incrementum. Hinc eſt quod cum pluribus tractatibus habitis Jam ſimus euidenter experti, Et tam vobis quam nobis conſultum et vtile videatur, vt propter frequentes predonum Raptorum et malefactorum inſultus turbationes, quas continue eccleſie patiuntur Eedem eccleſie, aliquo ſaltem ſibi mutue ſubuentionis ac confederationis remedio ſubuenirent, Sane credimus ſi funiculus Eccleſiaſtice Cenſure fuerit triplicatus efficatius feret auxilium contra peruerſorum violentias et conatus Et clerus tali ſuffultus preſidio dante domino liberius reſpirabit. Cum igitur inter alia iuris remedia precipuum et magis efficax videatur, vt excommunicationum ſev interdictorum ſententie late per vos et Archyepiſcopos veſtros qui pro tempore fuerint a nobis et noſtris ſucceſſoribus diſtrictius obſeruentur et publicentur quandocumqve et vbicunqve fuerit oportunum, dum tamen nos a uobis ſuper hiis fuerimus requiſiti; Nos heydenricus Epiſcopus, Theodericus prepoſitus, Conradus prior Totumqve Capitulum Brandenburgenſis Eccleſie nos et noſtram Eccleſiam preſentibus firmiter obligamus, vt ea que premiſſa ſunt et pro nobis ſtatuta in Conciliis Maguntinenſibus vel Magdeburgenſibus inuiolabiliter obſeruemus. Hoc recognoſcimus et preſentibus litteris proteſtamur, quas Sigillorum inpreſſione roborandas duximus in teſtimonium premiſſorum. Hanc vero obligationem per decem annos continuos decreuimus duraturam. Actum Brandenborch, anno domini M. CC. LXXXVII., in octaua aſſumptionis.

Nach dem Original des K. Provinzial-Archivs zu Magdeburg. — Ein völlig gleichlautendes Bündniß ſchloß das Erzſtift in demſelben Jahre Sexta feria ante feſtum Beate Marie Magdalene mit dem Biſchofe Volrad, dem Dechanten Albert und dem ganzen Capitel zu Halberſtadt ſ. Nr. CXI.

CXIII. Biſchof Heidenreich von Brandenburg verleiht dem Nonnenkloſter zu Auckun bei Zerbſt den Dreißigſten aus mehreren Dörfern, am 20. September 1287.

Nos Heydenricus, Dei gratia Brandenburgenſis Eccleſie Epiſcopus recognoſcimus et tenore preſentium in publicam notitiam volumus peruenire, quod ad paupertatem elocandam Sanctimonialium, in Ancona Deo in ſanctimonia deuote famulantium, Abbatiſſe et Conuentui predicte Eccleſie preſentibus clargimur de voluntate noſtri Capituli et conſenſu, ut Triceſimas ſubſcriptarum villarum videlicet Wertlau, Bornum, Lizcow habeant et reſervent juſto proprietatis titulo et prebende perpetuo deſeruiant earundem. In cuius rei teſtimonium preſentibus de certa noſtra et Capituli noſtri conſcientia conſcriptis Sigillum noſtrum duximus apponendum. Datum Brandenburg, Anno Domini M. ÇC. LXXXVII. XII. Cal. Octobr. Pontificat. noſtri Anno primo.

Fehlerhaft in Beckmann's Anhalt. Hiſt. III., 226.

CXIV. Der Biſchof Heidenreich ſchenkt dem Domcapitel die Advocatie im Dorfe Marzahne, am 3. Dezember 1287.

In nomine ſancte et individue Trinitatis. Amen. Cum rerum geſtarum certiſſima repreſentatio ſit ſcriptura, que de verborum ſerie redactorum in ipſam neque minuit neque mutat, nos Heiden-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ricus, dei gratia Brandenburgenſis eccleſie epiſcopus, tenore preſentium notum facimus tam preſentibus quam futuris, quod remedio anime noſtre ſalubriter intendentes advocatiam ville Mertzane ad nos pleno jure nullo medio pertinentem dilectis dominis noſtris, prepoſito, priori et capitulo dicte noſtre Brandenburgenſis eccleſie liberaliter dedimus et legavimus, nomine teſtamenti, ad eosdem perpetuo pertinendam, nichil omnino juris nobis in eadem aliqualiter reſervantes. Ne igitur hec noſtra donatio per nos vel quemquam ſucceſſorum noſtrorum in poſterum valeat irritari, preſentibus, de certa noſtre conſcientia conſcriptis, ſigillum noſtrum in teſtimonium duximus apponendum. Datum Brandenborch, anno domini M°. CC°. LXXX°. VII°. III°. nonas Decembris, pontificatus noſtri anno primo.

Nach dem Originale.

CXV. Der Biſchof Heidenreich vereinigt die Kirche zu Pleſſow als Filial mit der zu Plötzin, im Jahre 1287.

Heydenricus, dei gratia epiſcopus Brandenburgenſis, omnibus, ad quos preſens ſcriptum pervenerit, ſalutem in domino ſempiternam. Ne ea, que aguntur in tempore, ſimul labantur cum tempore, conſuevit ea verenda antiquitas ſcripti memorie commendare. Hinc eſt, quod ad communem notitiam hominum cupimus pervenire, quod nos uſi conſilio peritorum et de conſenſu capituli Brandenburgenſis eccleſiam Pleſowe, que quondam de villa Stargeſere, nunc deſtructa, extitit filia ſubjecimus et adunivimus eccleſie in Plotſin, et is, qui pro tempore plebanus in predicta villa Plotſin extiterit, ſepedictam eccleſiam in Pleſowe tanquam filiam officiari per ſe vel per alium procurabit. In cujus rei teſtimonium ſigillum noſtrum preſentibus duximus apponendum. Datum Brandeburg, anno domini M°. CC°. LXXXVII., pontificatus noſtri anno primo.

Nach der Copie im Copiario.

CXVI. Der Biſchof von Brandenburg, Heidenreich, und von Meißen, Withego, verbinden ſich zu gemeinſchaftlicher Abwehr von Anfeindungen durch Bann und dergleichen, am 8. Jan. 1288.

Venerabili in Chriſto patri ac domino, Heidenrico epiſcopo, Thiderico prepoſito, Conrado priori totique capitulo eccleſie Brandeburgenſis Widego, dei gratia epiſcopus, Bernardus prepoſitus, Sifridus decanus totumque capitulum Misnenſis eccleſie, ſubſcriptorum omnium perpetuam firmitatem: Multorum bonorum perſepe torpet neglecta commoditas eo, quod ad reſtaurationem commoditatis hujusmodi nullius invigilarit intentio, nullius animus inſudarit ſed proceſſu temporis ad hoc aliquo ſue mentis aciem dirigente, ipſa reſtauratur commoditas et reſtaurata ſuis cooperatoribus pacis et quietis tribuit incrementum. Hinc eſt, quod cum, pluribus tractatibus habitis, jam ſimus evidenter experti, et tam vobis quam nobis conſultum et utile videatur, ut propter frequentes predonum, raptorum et malefactorum inſultus et turbationes, quas quotidie patiuntur eccleſie eedem, aliquo ſaltem et mutue ſubventionis ac confederationis remedio ſubvenirent, ſane credimus,

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

si funiculus ecclesiastice censure fuerit triplicatus, efficatius feret auxilium contra perversorum violentias et conatus et clerus tali fulfultus presidio, dante domino, liberius respirabit. Cum igitur inter alia juris remedia precipuum et magis efficax videatur, ut excommunicationum seu interdictorum sententie late per vos et episcopos vestros, qui pro tempore fuerint, a nobis et nostris successoribus strictius observentur et publicentur, quandocunque et ubicunque fuerit oportunum, dum tamen a vobis super hiis fuerimus requisiti, nos Withego episcopus, Bernardus prepositus, Sifridus decanus totumque capitulum Misnensis ecclesie nos et nostram ecclesiam presentibus obligamus firmiter, ut ea, que premissa sunt et pro nobis statuta in consiliis Maguntinensi vel Magdeburgensi, inviolabiliter observemus. Hoc recognoscimus et presentibus literis protestamur, quas sigillorum nostrorum impressione roborandas duximus in testimonium premissorum. Hanc vero obligationem per decem annos continuos decrevimus duraturam. Datum Misne, anno domini M°. CC°. LXXXVIII. sexto idus Januarii, pontificatus nostri anno XXII.

Nach einer Copie im alten Copialbuche.

CXVII. Die Markgrafen Otto und Konrad verkaufen der Kirche in Reßow eine Hufe Landes mit einem Hause und schenken ihr die Schäfereigerechtigkeit, am 29. Juni 1289.

— Otto et Conradus, dei gratia marchiones Brandeburgenses — de communi consensu fratrum ac heredum nostrorum omnium ecclesie in Rizzow unum mansum situm in villa Rizzow, cum una area, que ad predictum mansum pertinere dinoscitur cum hereditate et proprietate ejusdem mansi et aree et cum omni juris integritate donavimus proprietatis ac hereditatis titulo quiete et pacifice perpetuis temporibus possidendos, eo modo quod iste mansus et area coadunabuntur aliis duobus mansis prius jam dicte ecclesie adjacentibus, per quos ecclesia est dotata sic, quod dos ecclesie erit de cetero et jure priorum mansorum in nullo destituentur sed in omnibus similes eis erunt, abrenunciantes universo juri, quod nos hactenus habuimus tam in manso quam area supradictis ita quod nichil juris, nichil prorsus proprietatis nobis vendicabimus de cetero in eisdem. Provide dedit nobis ecclesia Brandeburgensis et persolvit decem marcas argenti Stendalienses et ponderis ejusdem. Ceterum rectori predicte ecclesie in Rizzow, qui pro tempore fuerit a preposito sive capitulo Brandeburgensi institutus, pie indulsimus, ut possit habere pastorem et gregem ovium divisim ab ovibus aliorum et sine contradictione qualibet rusticorum. Ut igitur hec nostra donatio etc. testibus adhibitis valde bonis: ut domino Conrado de Redere, domino Henrico de Wardenberge dapifero, domino Bertoldo pincerna, Hinrico advocato dicto de Segesere, Godekino de Aldenhusen, et aliis pluribus fide dignis. Acta sunt hec in antiqua Brandeburg. Anno domini M. CC°. LXXXVIIII. in festo beatorum apostolorum Petri et Pauli, et data per manum domini Alwardi curie nostre notarii.

Nach dem Originale.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CXVIII. Der Erzbischof Erich in Magdeburg schlichtet einen Streit zwischen dem Domcapitel und den Bauern in Oehne, Göhlsdorf und Mellensdorf wegen des Dreißigsten, am 25. Febr. 1295.

Nos Ericus, dei gratia sancte Magdeburgensis ecclesie archiepiscopus, presentibus recognoscimus, publice protestantes, quod causa, que vertebatur inter capitulum Brandeburgensis ecclesie ex una et rusticos villarum Oyne, Golistorp et Mollendorp, sitarum sub territorio Juterbucensi, parte ex altera super tricesima, quam iidem rustici tempore messis anno preterito presentare contra justitiam recusarunt coram nobis Magdeburgi et presente domino Henrico de Alsleve, milite, et consentiente, determinata in hunc modum extitit et sopita, ita videlicet, ut rustici sepe dicti pro tricesima anni preteriti inducta solvent Brandeburgensi capitulo octo marcas, quas domini Brandeburgenses ex integro, omni impedimento posthabito, se recepisse legitimis documentis protestantur. Ceteris vero singulis annis subsequentibus tricesimam frugum de villis prelibatis predicti domini Brandeburgenses congregabunt, prout mos est ecclesiarum circum adjacentium aliarum, et ducent ad civitatem Juterbucensem vel alias, ubicunque sibi viderint expedire, et rustici predicti hoc nullo modo impedient, sed potius promovebunt. Ne igitur super hujusmodi aliqua litis questio in posterum ab aliquibus attemptetur, presentem literam conscribi fecimus et sigilli nostri munimine roborari presentibus hiis testibus videlicet domino Ottone dicto de Brizna, canonico nostro, domino Henrico preposito Brandeburgensi, magistro Johanne, dicto Brunswig, capellano nostro et canonico sancti Nicolai in novo foro Magdeburgensi, magistro Henrico, canonico sancti Sebastiani ibidem, magistro Salomone, canonico Lubucensis ecclesie et plebano in Teltow, domino Heinrico de Alsleve milite, et aliis quam pluribus clericis et laicis fide dignis. Actum et datum Magdeburg in capella nostra anno domini M°. CC°. XCV°. feria sexta post dominicam, qua cantatur Invocavit, hoc est V°. Kal. Martii.

Nach der Copie im alten Copiario.

CXIX. Ablaßbrief der Cardinäle für den Dom Brandenburg, am 13. April 1295.

— Rogerius sancte Severini, Petrus Arborensis, dei gratia archiepiscopi, Bonifacius Parentinus, Aymardus Lucerie, Andreas palatinus, Leonardus Alatrinus, Ciprianus Bonensis, frater Baubertus de Monte Viridi, Franciscus Fanensis, Manfredus de sancto Marco, Sabba Militensis, Stephanus Opidensis, Jacobus Creventinus, Perronius, frater Robertus Casinensis, frater Mansus Amelionensis, Wilhelmus Callensis, frater Franciscus Teratinensis, Emanuel Tremonensis, eadem gratia episcopi salutem in domino sempiternam. Quoniam quidem de salute fidelium solliciti devotioni ipsorum quasi quibusdam allectiuis muneribus indulgentiis videlicet et remissionibus invitamus ad debiti famulatus honorem deo et sacris edibus impendendum, ut quanto crebrius et devotius illuc confluit populus christianus, tanto celerius delictorum suorum veniam consequatur, cupientes igitur, ut cathedralis ecclesia Brandeburgensis, que in honore beatorum apostolorum Petri et Pauli est fundata, congruis honoribus et jugi Christi fidelium frequentatione veneretur, omnibus vere penitentibus et confessis, qui ad dictam ecclesiam in festis subscriptis, videlicet nativitatis, resurrectionis, ascensionis domini nostri Jhesu Christi atque pentecostes, in quatuor festivitatibus gloriose virginis Marie, sancti Michahelis archangeli, sancti Johannis baptiste, beatorum Petri et Pauli aliorumque omnium

apoſtolorum, beatorum martirum Livini, Lini, Anthonii, Georgii, beatorum pontificum Auguſtini, Martini, Nicolai, beatorum virginum Katerine, Margarete, Agnetis et in feſto omnium ſanctorum et in feſtivitatibus ſancte crucis, videlicet in inventione et exaltione et in anniverſariis dedicationis ipſius eccleſie et altarium exiſtentium in eadem, et per octo dies predicta feſta immediate ſequentes et in diebus rogationum et in die palmarum et per octo dies proxime ſequentes cauſa devotionis acceſſerint, aut qui prelibate eccleſie pro ſua fabrica vel ſtructura, libris, luminaribus, ornamentis vel pro aliis ſuis neceſſariis manus porrexerint adjutrices ſeu in extremis laborantes quicquam ſuarum legaverint facultatum, aut qui presbiterum ejusdem eccleſie cum ſacra communione aut unctione infirmos viſitantem cum reverentia devote ſecuti fuerint, aut qui cimiterium ipſius eccleſie circumeuntes oraverint pro defunctis, aut qui ibidem in eccleſia elegerint ſepulturam, nos de omnipotentis dei miſericordia et beatorum Petri et Pauli, apoſtolorum ejus, auctoritate confiſi ſinguli ſingulas dierum quadragenas cum karena de injunctis ſibi penitentiis, dummodo conſenſus dyoceſani ad id acceſſerit, in domino miſericorditer relaxamus. In cujus rei teſtimonium preſens ſcriptum ſigillorum noſtrorum munimine duximus roborandum. Datum Rome, idus Aprilis anno domini M°. CC°. LXXXX°. quinto, pontificatus domini Bonifacii pape octavi, anno primo.

Nach dem Originale, woran noch vierzehn Siegel von Cardinälen hängen. Eine Erneuerung dieſes Ablaßbriefes durch Papſt Bonifaz VIII. ſelbſt aus dem Jahre 1296 iſt zwar ebenfalls noch vorhanden, aber unleſerlich geworden.

CXX. Das Generalcapitel des Prämonſtratenſer-Ordens verfügt, daß alle drei Jahre eine allgemeine Zuſammenkunft der Prämonſtratenſer-Pröpſte gehalten werden ſoll, am 6. Juni 1295.

— Nicolaus, dei gratia prepoſitus ſancte Marie Magdeburgenſis, ordinis ſancti Auguſtini, et prelatorum ordinis ejusdem capitulum generale — generoſa plantatio Premonſtratenſis ordinis, a qua velut a ſtipite noſtre religionis ramus erigitur, cujus converſatio laudabilis honeſtatis flores et fructus profert, nos excitat et inducit, ut honorem ipſius favore benivolo proſequentes ſalutifera ipſi capituli monita ac ordinis noſtri commoda, quantum cum deo poſſumus et ſecundum virium noſtrarum valentiam ſtudeamus efficaciter adimplere; igitur convocatione de nobis facta ſuper publicatione prerogativarum et privilegiorum, a predicto Premonſtratenſi capitulo noſtro ordini indultorum ac ſuper aliis tractatibus utilibus nobis in unum convenientibus in anniverſario clare felicisque recordationis domini Norberti, quondam Magdeburgenſis archiepiſcopi, inſtitutoris noſtri ordinis, et in eccleſia ſancte Marie Magdeburgenſis, de qua ſecundum fundationem ordinis primitivam noſtre derivative deſcenderunt eccleſie: videlicet domino prepoſito eccleſie jam dicte ordinisque patre, nec non de Brandeburch, de Havelberch, Ratzeburch, cathedralium, de Gratia dei, de Lezeka, de Jericho, de Kolbeke, de Quidilinghebûrch, de Mildenvorde, de Poledhe, de Grammezowe, de Themeniz, de Staden, de Hilburgerode et de Brode, eccleſiarum ordinis ſancti Auguſtini prepoſitis, publicatis indultis ſupradictis, utilitate communi penſata, decrevimus infra ſcripta concorditer et unanimiter ſtatuenda. Primo quidem ſtatuimus, quod nos prelati dictam Magdeburgenſem eccleſiam inter nos cum devote ſubjectionis reverentia principaliter pro matre reputabimus et capite, cujus membra noſtras eccleſias fore recognoſcimus ac ad eſſentiam ordinis velut a capite proceſſiſſe. Item ſtatuimus, quod nos prelati omnes et ſinguli de triennio in triennium in anniverſario domini

Norberti archiepiſcopi ſupradicti, venire debemus Magdeburg ad capitulum propriis in perſonis. Si quis autem, infirmitate corporis vel aliis legitimis impedimentis detentus, venire non poteſt, cum mandato procuratorem idoneum pro ſe mittet. Preterea ſtatuimus, quod a nobis prelatis ad jam dictum capitulum venientibus diffinitores duo vel tres in hujusmodi capitulo eligantur, qui una cum domino prepoſito eccleſie ſancte Marie Magdeburgenſis, patre ordinis predicto, ſuper ipſius ordinis reformatione ſtatuant, ordinent et diſponant, quicquid ad promotionem ipſius expedire cognoverint, quod a nobis ſtatuimus inviolabiliter obſervandum. Item ſtatuendo volumus, quod pro nobis omnibus unus prelatus ſecundum ordinem prelatorum et formam contributionis expenſarum eorundem infra ſcriptorum de triennio in triennium debet Premonſtratenſe capitulum viſitare. Fiet itaque talis taxatio contributionis ſecundum facultatem eccleſiarum et redditumm prelatorum: dominus prepoſitus Magdeburgenſis ſeptem fertones cum dimidio contribuet, Brandeburgenſis duas marcas, Ratzeburgenſis quinque fertones cum dimidio, Havelbergenſis tres fertones, de Gratia dei et Lezeka, de Jericho et Grammzowe, de Staden, eorum quilibet tres fertones, de Mildenvorde, de Broda quilibet unum fertonem cum dimidio, de Quidelingburch, de Poledhe, de Rode prelati quilibet unum fertonem. Cujus pecunie Brandeburgenſis argenti contributio debet in eccleſia ſancte Marie Magdeburgenſi et in anniverſario domini Norberti proximo ac deinceps ſequenter in eisdem, appropinquante viſitatione capituli, comportari. Si quis autem prelatorum, quod abſit, infra duos menſes ab hujusmodi anniverſario continue numerandos contributionem per modum comportationis jam dictum neglexerit preſentare, omnium accedente conſenſu ſtatuimus, quod contra talem per ſuſpenſionem officii pro defectu comportationis menſis primi, et per excommunicationis ſententiam pro defectu comportationis ſecundi a ſepe dicto domino prepoſito ſancte Marie, ordinis noſtri patre, procedatur, qui prelatis mandabit, ut ipſum excommunicatum publice nuncient et ſuis ſubditis precipiant, quod ſimiliter hujusmodi denunciationem in ſuis eccleſiis fideliter exequantur. Eſt autem ordo talis, quem prelati, ad Premonſtratenſe capitulum euntes circulariter obſervabunt: Quia dominus prepoſitus Magdeburgenſis, de Gratia dei, de Jericho, de Grammezowe in preterito proximo Premonſtratenſi fuerunt capitulo, ibit in proximo nunc appropinquante capitulo Brandeburg., deinde Havelberg., Ratzeburg., Letzeken., de Staden, de Brode, de Quideling., de Kolbeke, de Hilburgerode, de Polede, de Mildeforde. Poſt hoc iterum prepoſitus Magdeburgenſis circulum ordinis renovabit, eodem ordine ſequenter ac deinceps ab omnibus jam dictis prelatis, ut eſt dictum, inviolabiliter obſervato. Item ſtatuendo pronunciamus et pronunciando ſtatuimus, quod quilibet prelatorum pecuniam infraſcriptam per modum taxationis particulariter unicuique deputatam, annis ſingulis ad defenſionem et utilitatem ordinis contribuet comportandam in anniverſario et eccleſia prenarratis ac ordinis patri ſepedicto ſuisque condiffinitoribus preſentandam, utpote dominus prepoſitus Magdeburgenſis unam marcam, Brandeburgenſis quinque fertones, Raceburgenſis tres fertones, Havelbergenſis, de Gratia dei, de Jericho et Lezeka, de Grammezowe et de Staden quilibet dimidiam marcam, de Mildenforde, de Brode, de Hilburgerohde, de Quidelingeburch, de Polehde et de Kolbeke, quilibet unum fertonem, quam pecuniam Brandeburgenſis argenti ipſi dominus prepoſitus Magdeburgenſis, pater ordinis, ac diffinitores ad uſus et neceſſitatis ordinis fideliter conſervabunt. Volumus etiam et ſtatuimus, quod quilibet prelatus ordinis ad hoc intendere debet maturitatis providentie cum effectu, ut a ſubditis ſuis ordo ſervetur, ſecundum antiquas eccleſie ſue conſuetudines et approbatas et hactenus obſervatas. Si quis autem ſubditorum a ſuo prelato, collo rebellionis extento, per inobedientie maliciam incorrigibilis extiterit, ad dominum Magdeburgenſem prepoſitum et diffinitores illius incorrigibilitas deferetur, ut ſuper ea materiam cohercionis

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

et correctionis inveniant, quibus ſuam contundant malitiam, exceſſus ejus correctione debita refrenando. Item quia nonnulli noſtri ordinis religioſi cauſas inter ſe ſeu querimonias emergentes ad extraneos trahunt judices et in ſcandalum ordinis, ſuorum eliminant judicium prelatorum, ſtatuimus, quod hujusmodi querimonie ſive cauſe, ſi per prelatos terminari nequeunt, ad dominum Magdeburgenſem prepoſitum ac diffinitores predictos tanquam ad ſuperiores judices integraliter devolvantur, quorum judicio cum fine deciſionis congrue terminentur. Et ne ſtatuta noſtra, maxime circa noſtras eccleſias et loca novis adinventionibus vel figmentis imitari contingat in poſterum, ea ſcripti teſtimonio ſigillisque noſtris et capitulorum noſtrorum duximus roboranda. Actum anno domini M°. CC. LXXXX°. quinto, die et loco predictis in capitulo generali. — Iſte eccleſie ſunt exempte ab ordine Premonſtratenſi: prima et principalis Magdeburgenſis eccleſia ſancte Marie, mater aliarum eccleſiarum, in civitate ſita, Gratia dei, Magdeburgenſis dioceſis, filia Magdeburgenſis, Lezeka, Brandeburgenſis dioceſis, Magdeburgenſis filia, Brandeburgenſis cathedralis eccleſia, filia Magdeburgenſis, Jericho, Havelbergenſis dioceſis, filia Magdeburgenſis, Ratzeburgenſis eccleſia cathedralis, filia Magdeburgenſis, Rome Lateranenſis eccleſia ad ſanctam crucem, filia Magdeburgenſis, Polehde Maguntinenſis dioceſis, filia Magdeburgenſis, Colebeke Halberſtadenſis dioceſis, filia Magdeburgenſis, Hilborgerode, Halberſtadenſis dioceſis, filia Magdeburgenſis, Mildenforde Nuenborgenſis dioceſis, filia Magdeburgenſis, Quidelingeborgenſis, Halberſtadenſis dioceſis, filia Magdeburgenſis, Harſtenenſis eccleſia, filia Gratia dei, Broda Havelbergenſis dioceſis, filia Havelbergenſis, Stade, Bremenſis dioceſis, filia Gratia dei, Grammezowe Caminenſis dioceſis, filia Jericho, Ilefelt, que nunc obedit ordini Premonſtratenſi, filia Polehde.

Nach der Copie im Copialbuche. Der Abdruck bei Gercken (Stifts-Hiſtorie S. 504) nicht ganz fehlerlos.

CXXI. Das Johanniskloſter bei Magdeburg nimmt das Domcapitel in ſeine Brüderſchaft auf, im Jahre 1295.

Arnoldus, dei gratia abbas, totumque collegium monachorum monaſterii ſancti Johannis baptiſte Magdeburgenſis extra muros ordinis ſancti Benedicti, honorabili in Chriſto domino prepoſito totique capitulo eccleſie in Brandeburg — exigente pie devotionis affectu, quem ad monaſterium noſtrum percepimus vos habere, petitionem veſtram benigno et hylari recepimus et recipimus cum aſſenſu, dando vobis plenam fraternitatem et plenariam participationem omnium bonorum, que fiunt et de cetero domino dante in monaſterio noſtro fient, in vita noſtra pariter et in morte, in miſſis, in vigiliis, in devotis orationibus, et in aliis bonis operibus divina gratia largiente, et quando obitus veſtri nobis intimati fuerint, vigilie et miſſe et verba miſericordie in conventu noſtro, niſi obſtante feſto, dicentur. Quivis etiam ſacerdos quinque miſſas, dyaconi et ſubdyaconi quilibet quinque pſalteria legent integre et complete. Inſuper inter ſex ſacerdotes triginta miſſe per priorem partientur. Quod ſimiliter nobis apud vos fieri petimus et optamus. Sed dator bonorum omnium et gratiarum diſtributor largiſſimus nobis et vobis det ſemper bonorum operum incrementum. In hujus igitur rei teſtimonium noſtrum et noſtri conventus ſigillum preſentibus eſt appenſum. Datum anno domini milleſimo ducenteſimo nonageſimo quinto.

Nach dem Originale.

CXXII. Die Markgrafen Otto und Konrad schließen einen Vergleich mit dem Domcapitel, am 14. April 1296.

Nos Otto et Conradus, dei gratia Brandenburgenſes et de Landesberg marchiones, Cum manifeſta recognitione tenore preſentium profitemur, quod ordinationem, factam per venerabilem dominum Johannem epiſcopum Havelbergenſis eccleſie, inter dominos eccleſie Brandenburgenſis ex una et nos et noſtros parte ex altera ſervare debebimus in hunc modum: Officiales noſtri, capitanei, milites et vaſalli, burgenſes et eorum complices ſive ſervi, quicquid in eorum utilitatem perventum eſt, per juramentum ſuum reſtituent et ſi quemquam illorum ultra id, quod faſſi ſunt, incuſare voluerint de perceptis ſe expurgabunt infra menſem ſub fidei preſtito juramento. Quicquid autem nobis ab officialibus noſtris computatum eſt aut computari adhuc poterit in futurum et in uſus noſtros eſt converſum, de hoc dictis dominis et eccleſie, prout nobis cordi extiterit, non coacti infra anni ſpatium gratiam faciemus. Pro iſta facienda gratia moneri volumus non ſolum ab ipſis dominis verum etiam a noſtris de familia et capellanis, quod pro ingrato non portabimus ullo modo. Si autem nos ante gratiam factam ſive completam, quod abſit, mori contingeret, heredes noſtri ſatisfacient de predictis. De hac gratia eis per nos facienda deo et nobis plenius commiſerunt. Inſuper milites et vaſalli, quicunque dictam formam non ſervaverint, cum noſtra indignatione contra ipſos auctoritate ordinaria et etiam ſecundum ſtatuta conſilii provincialis Magdeburgenſis procedent ultimo celebrati. Preterea in favorem predicte eccleſie nos et noſtri officiales ipſam eccleſiam Brandenburgenſem in quibuscunque poterimus, promovebimus, villas et bona eorum libere et pacifice dimittemus eisdem, ſicuti hactenus poſſederunt. Pro hac etiam cauſa dicti domini clericos, qui noſtre appellationi ſteterant, non impedient ſeu moleſtent. In cujus rei teſtimonium preſens damus ſcriptum noſtris ſigillis conſignatum. Hujus rei ſunt teſtes: Fredericus de Ecſtede, Haſſo de Wedele, milites, et quam plures alii fide digni. Actum et datum Angermunde nova anno domini M°. CC°. LXXXXVI°. XVIII. Kal. May. per manus domini Zacharie notarii.

Nach dem Originale.

CXXIII. Die Markgrafen Otto und Konrad vereignen dem Domſtifte in Brandenburg die Advocatie, Bede und Dienſte in Tremmen, am 5. October 1296.

— Nos Otto et Cunradus, dei gratia marchiones Brandeburgenſes, notum facimus omnibus Chriſti fidelibus, quod in noſtre et heredum et ſucceſſorum noſtrorum animarum ſalutem ſempiternam donamus et appropriamus prepoſito, capitulo et eccleſie Brandeburgenſi advocatiam omnem et quamlibet precariam et petitionem nec non omne et quodlibet ſervitium, quibus nominibus valeant nuncupari, ville Tremmen, pertinentis ad dictam eccleſiam Brandeburgenſem perpetuis temporibus in perpetuum habendum, renunciantes pro nobis, heredibus et ſucceſſoribus noſtris ad uſum proprietarium dictorum prepoſiti, capituli et eccleſie prefatis advocatie, precarie, petitioni et ſervitio nec non omni juri, actioni et impetitioni, quod vel que nobis, heredibus et ſucceſſoribus noſtris in eisdem advocatia, precaria, petitione et ſervitio competebat, competit ſeu competere poterit aliqualiter in futurum, nichil nobis, heredibus et ſucceſſoribus noſtris in ſupradicta villa Tremmen reſervantes. Ut autem hec donatio et appropriatio in perpetuum permaneat, et ne in poſterum per nos,

heredes noſtrosque ſucceſſores ſeu quemcunque vel quoscunque noſtri, heredum et ſucceſſorum noſtrorum officiatum vel officiatos quomodolibet infringatur, preſentem litteram ex certa noſtra ſcientia conſcriptam ecclesie Brandeburgenſi ſepe dicte dari fecimus, ſigillorum noſtrorum muniminibus roboratam. Teſtes hujus rei ſunt Johannes de Oldenvlit, Haſſo de Wedele, Albertus de Clepzk et quam plures alii fide digni. Actum et datum Prinzelaw, anno domini M°. CC°. LXXXXVI, feria ſexta poſt diem beati Michahelis.

Nach dem Originale.

CXXIV. Der Papſt Bonifacius VIII. beſtätigt den Domherren zu Brandenburg das Recht, ihre erblichen Beſitzthümer, auch als Domherrn, beizubehalten und nach ihrem Willen darüber zu verfügen, am 5. Dezember 1296.

Bonifacius epiſcopus, ſervus ſervorum dei, dilectis filiis prepoſito et capitulo eccleſie Brandeburgenſis, Premonſtratenſis ordinis, ſalutem et apoſtolicam benedictionem. Devotionis veſtre precibus inclinati auctoritate uobis preſentium indulgemus, ut poſſeſſiones et alia bona mobilia et immobilia, que perſonas liberas canonicorum veſtrorum, mundi relicta vanitate, ad eccleſiam veſtram convolantium et profeſſionem facientium, in eodem jure ſucceſſionis vel alio juſto titulo, ſi remanſiſſent in ſeculo, contingiſſent, et que potuiſſent aliis elargiri, feudalibus duntaxat exceptis, petere, recipere ac retinere libere valeatis ſine juris prejudicio alieni. Nulli ergo omnino hominum etc. Datum Rome, apud ſanctum Petrum, non. Decembris, pontificatus noſtri anno ſecundo.

Nach dem Originale.

CXXV. Der Papſt Bonifacius VIII. gibt dem Propſte in Bernau auf, die dem Domcapitel in Brandenburg entfremdeten Güter demſelben wieder zuzuſtellen, am 5. Dezember 1296.

Bonifacius epiſcopus, ſervus ſervorum dei, dilecto filio prepoſito eccleſie de Bernow, Brandeburgenſis dioceſis, ſalutem et apoſtolicam benedictionem. Ad audientiam noſtram pervenit, quod tam dilecti filii, prepoſitus et capitulum eccleſie Brandeburgenſis, Premonſtratenſis ordinis, quam predeceſſores eorum decimas, terras, domos, poſſeſſiones, ortos, vineas, grangias, prata, paſcua, piſcarias, ſilvas, maneria, nemora, molendina, jura, jurisdictiones et quedam alia bona ipſius eccleſie, datis ſuper hoc litteris, factis renuntiationibus, juramentis interpoſitis et penis adjectis, in gravem ipſius eccleſie leſionem nonnullis clericis et laicis, aliquibus eorum ad vitam, quibusdam vero ad non modicum tempus et aliis perpetuo ad firmam vel ſub cenſu annuo conceſſerunt, quorum aliqui ſuper hiis confirmationis litteras in forma communi a ſede apoſtolica impetraſſe dicuntur; quia vero noſtra intereſt ſuper hoc de oportuno remedio providere, diſcretioni tue per apoſtolica ſcripta mandamus, quatinus ea, que de bonis ipſius eccleſie per conceſſiones hujusmodi alienata inveneris illicite vel diſtracta, non obſtantibus litteris, renuntiationibus, juramentis, penis et confirmationibus ſupradictis, ad jus et proprietatem ejusdem eccleſie legitime revocare procures, contradictores per cenſuram eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, compeſcendo; teſtes autem, qui fuerint nominati, ſi ſe gratia, odio

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

vel timore subtraxerint, censura simili, appellatione cessante, compellas veritati testimonium perhibere, proviso, ne aliquis extra suam civitatem et diocesin auctoritate presentium ad judicium evocetur, nec procedatur in aliquo contra eum. Datum Rome, apud sanctum Petrum, non. Decembris, pontificatus nostri anno secundo.

Nach dem Originale.

CXXVI. Quittung des päpstlichen Notars in Rom, über die Kosten einer Abschrift des Prozesses des Domcapitels und des Leitzkauer Klosters, wegen der Theilnahme an der Wahl des Bischofs, von 1. Mai 1297.

In nomine domini. Amen. Anno nativitatis eiusdem millesimo ducentesimo nonagesimo septimo, indictione decima, die prima mensis Maji, pontificatus sanctissimi patris, domini Bonifacii, pape octaui anno tertio. Ego Leo, filius quondam magistri Bericierutti de Prato, notarius reverendi patris, domini Neapoleonis sancti Adriani diaconi cardinalis, confiteor per hoc publicum instrumentum, mea manum scriptum et signo meo et nomine roboratum, me recepisse et habuisse et mihi datos, traditos et numeratos fuisse a Johanne dicto de Storcowe, clerico Brandeburgensis diocesis, et a magistro Angelo de Interrampnis, in Romana curia procuratore, dantibus et solventibus vice et nomine prepositi, capituli et ecclesie Brandeburgensis, quadraginta et sex florenos de auro boni, recti et justi ponderis, quos quadraginta et sex florenos auri recepi a dictis magistro Angelo et Johanne pro copia regestri totius cause, que causa olim vertebatur inter bone memorie dominum Ericum, quondam Magdeburgensem archiepiscopum, ex parte una et venerabiles viros dominum Thydericum prepositum Lizekensem electum in episcopum Brandeburgensem et capitula Brandeburgensis et Lizekensis ecclesiarum ex altera, et etiam pro copia attestationum testium omnium in causa ipsa receptorum coram prenominato domino cardinali. De quibus quadraginta et sex florenis de auro me bene quietum, pacatum et contentum teneo et renuncio exceptioni non solute, non numerate et mihi non tradite quantitatis pecunie supradicte et omni alio juris et legum auxilio et exceptioni et facio dictis magistro Angelo et Johanni et ipsis dominis preposito et capitulo Brandeburgensi de dictis XLVI. florenis de auro finem, quitationem et refutationem ac pactum de alterius non petendo in totum vel in partem, aliquo modo, causa vel ingenio, de jure vel de facto. Acta fuerunt hec Rome in hospitio venerabilis patris, domini Wolradi, dei gratia Brandeburgensis episcopi, presentibus ipso domino episcopo, domino Johanne, dicto Gotgemakeden, cantore Zuerinensis ecclesie, et domino Henrico, dicto Wacholt, plebano in Ghingest, Roskildensis diocesis, testibus presentibus ad hec specialiter conuocatis.

Et nos Wolradus, dei gratia Brandeburgensis episcopus hoc presens publicum instrumentum, scriptum per magistrum Leonem notarium prenominati domini cardinalis in testimonium premissorum fecimus sigilli nostri munimine roborari. Datum Rome in hospitio nostro anno domini millesimo ducentesimo nonagesimo septimo, indictione X., die prima mensis Maji, pontificatus sanctissimi patris domini Bonifacii pape octavi anno tertio.

Et ego Leo notarius supradictus presens publicum instrumentum scripsi et meo consueto signo signavi et publicavi in testimonium premissorum.

Nach dem Originale. Unvollständig abgedruckt in Gercken's Stiftsh. 497.

CXXVII. Bischof Volrad verleiht die Seelsorge von Petersdorf und Libbesike bei Templin, am 25. November 1297.

Volradus, dei et sedis apostolice gracia Episcopus Brandenburgensis, uniuersis cristi fidelibus salutem in vero salutari. Nouerint uniuersi quod nos priorem in Gobelenhaghen, diocesis caminensis, inuestiuimus et concessimus eidem curam ecclesie in peterstorp et eius filie in luberseken, dyocesis brandenburgensis. In cuius testimonium presentem paginam fecimus assignari appensione nostri sigilli. Datum anno domini M°. CC°. XCVII°. in die sancte katryne virginis.

Nach dem Copialbuch des Klosters Jasenitz im K. Provinzial-Archive zu Stettin.

CXXVIII. Otto der Lange vereignet der Neustadt Brandenburg das Dorf Planow, i. J. 1297.

In nomine domini. Amen. Otto, dei gratia Brandenburgensis marchio, omnibus presens scriptum intuentibus salutem in domino sempiternam. Ne ea, que geruntur in tempore, simul per succession temporis dilabantur, expedit, ut ea, que aguntur, literarum testimonio perennentur. Hinc est, quod notum fieri cupimus tam presentibus quam futuri temporis universis, quod motu proprio et de consensu filii nostri Hermanni incliti benevolo villam nostram Planowe, ad nos hactenus cum omni jure pertinentem damus et erogamus civitati nostre Brandenburg cum omnibus ad ipsam villam pertinentibus: pratis, pascuis, silvis, nemoribus, aquis aquarumque decursibus, agris cultis et incultis, jure possessionis et proprietatis perpetualiter possidendam, sic ut predicta villa Planowe ab omnibus exactionibus et precariis, angariis et perangariis, servitiis ordinariis et extraordinariis, nobis et nostro filio faciendis omnino sit libera penitus et exempta. In cujus rei testimonium presentem literam, de certa nostra scientia conscriptam, sigilli nostri munimine duximus roborandam testibus presentibus infra scriptis: domino Henningo de Gatersleve, domino Henrico de Alvensleve, domino Bernhardo de Plozec, domino Boldewino Stormero, pincerna, domino Johanne et Frederico fratribus, dictis de Stendal, militibus, Szabello et Degenardo fratribus, dictis de Cracow, et aliis quam pluribus fide dignis. Datum Brandenborch, anno domini millesimo ducentesimo nonagesimo septimo.

Nach dem Originale.

CXXIX. Ablaßbrief der Bischöfe Herrmann von Halberstadt und Volrad von Brandenburg für die St. Gertraud-Kirche in Halle, vom 23. März 1298.

Herrmanus, dei gratia, Halberstadensis, Volradus, eadem gracia Brandenburgensis ecclesiarum episcopi. Vniuersis Christi fidelibus, ad quos presens scriptum peruenerit salutem in eo qui est omnium uera salus. Gratum obsequium et deo pium tociens opinamur inpendere, quotiens mentes fidelium ad pietatis et deuocionis opera exitamus. Cupientes igitur ecclesiam sancte Gertrudis

ſanctique Laurentii in Halle, Magdeburgenſis dioceſis, ſpeciali graciarum priuilegio honorare, Omnibus vere penitentibus et contritis, qui ad predictam eccleſiam in ſummis quatuor feſtiuitatibus uidelicet natiuitatis domini paſche, pentecoſtes, aſcenſionis, nec non in quatuor feſtiuitatibus beate Marie uirginis et in feſto Michahelis archangeli, martyrum Nycolai, Katerine et omnium ſanctorum nec non in feſtiuitatibus apoſtolorum et in dedicatione prefate eccleſie et per octauas predictarum feſtiuitatum octauas habentium cauſa deuocionis, acceſſerint et ibidem diuinum officium ſeu uerbum exortationis audierint aut quoquo modo eidem eccleſie manus porrexerint adiutrices, de omnipotentis dei miſericordia ac auctoritate noſtra, a deo nobis tradita confiſi, quadraginta dies de iniuncta eis penitencia, dyoceſani conſenſu accedente miſericorditer in domino relaxamus. Datum Magdeburch, anno domini MCCXCVIII., decimo kalendas Aprilis.

Ludwig, Reliq. Man. X., 499.

CXXX. Biſchof Volrad und der Propſt Johann von Brandenburg errichten für die Kirche des Nonnenkloſters zu Zerbſt eine eigene Parochie, am 8. März 1299.

Volradus, Dei gratia Brandenburgenſis Eccleſie Epiſcopus, Johannes prepoſitus — proteſtamur, quod ex conſenſu Capituli noſtre Eccleſie in Brandenburch Domos aliquas ſegregantes a Parochia Sancti Bartholomei in Tzerewiſt conjunximus Eccleſie Beate Marie Sanctimonialium ibidem, de ipſa Eccleſia B. Marie Virginis, que ipſi Eccleſie Sancti Bartholomei hactenus ſubfuerat, ſingularem Parochiam inſtaurantes —. Datum et actum in Brandenburch, Anno Domini Milleſimo Ducenteſimo Nonageſimo nono, Dominica Inuocauit.

Vollſtändig in Beckmann's Anhalt. Hiſt. III, 228.

CXXXI. Der Markgraf Herrmann verkauft dem Domcapitel das Lehn Zolchow, am 1. September 1301.

Hermannus, dei gratia Brandeburgenſis marchio et dominus de Hinneberg — reverendo domino, Johanni Brandeburgenſis eccleſie prepoſito, ſuoque conventui quoddam allodium ſex manſorum, in terra Zucha ſitum, et Zolchow nuncupatum, pro quinquaginta marcis Brandeburgenſis argenti et ponderis, quas nos recepiſſe a prepoſito et conventu predictis preſentibus profitemur, de maturo conſilio vaſallorum noſtrorum vendidimus cum lignis, aquis, piſcationibus, pratis, terris cultis et incultis ea libertate, emunitate eoque jure, quo cetera allodia eccleſie ſue tenent, et ſicut predeceſſores dicti allodii, videlicet Arnoldus dictus de Piriz, nec non Albertus de Zachow, jure feodali hactenus tenuerunt, ita ipſis non ſolum modo predicto verum etiam pariter proprietatis tytulo donamus libere perpetuo poſſidendum, promittentes cum noſtris heredibus, ab omni impetitione eorum omnium, qui ſibi in predicto allodio aliquid juris addicunt, ſi quando impetiti fuerint, prepoſitus et conventus predicti vel qui pro tempore fuerint in eccleſia Brandeburgenſi, poſt

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

quam nos vel noſtri heredes ad hoc fuerimus interpellati, ipſos cum omni promptitudine abſolvemus; ſi vero ſuper proprietate curie ejusdem queſtionem ipſis moveri contigerit a quocunque, ſub eadem promiſſione nos noſtrosque heredes aſtringimus, quod de proprietate ipſos warandabimus cum effectu — Teſtes etiam hujus rei ſunt: magiſter Conradus de Dupow, plebanus in Crozna, et dominus Conradus ſcriptor, dominus Gevehardus, dominus Hinricus, dominus Fridericus, dicti de Alvensleve, milites et fratres, dominus Gernardus de Plozeke et dominus Droſeke et alii quam plures clerici et layci fide digni. Actum et datum in caſtro noſtro Arneborch, anno domini M°. CCC°. primo in die beati Egidii abbatis.

Nach einer Copie im alten Copialbuche.

CXXXII. Der Papſt Bonifacius VIII. befiehlt den Erzbiſchöfen von Magdeburg und von Bremen, ſo wie dem Biſchofe von Lübeck, den Bann gegen die Markgrafen Otto und Conrad von Brandenburg zu beſtätigen, am 8. Februar 1302.

Bonifaciuſ epiſcopuſ, ſervuſ ſervorum dei, venerabilibuſ fratribuſ, Magdeburgenſiſ eccleſie et Bremenſiſ archiepiſcopiſ ac epiſcopo Lubicenſi ſalutem et apoſtolicam benedictionem. Sedeſ apoſtolica, pia mater, gravaminibuſ compatienſ filiorum, confugienteſ ad ipſam pio favore proſequitur, ſtudenſ ipſiſ remedia procurare quietiſ, ut a malignantium poſſint oppreſſionibuſ reſpirare. Lamentabilem ſiquidem venerabilium fratrum noſtrorum, Wolradi Brandeburgenſiſ et Johanniſ Havelbergenſiſ epiſcoporum querelam nuper recepimuſ, continentem, quod, cum nobileſ viri, Otto et Conraduſ marchioneſ Brandeburgenſeſ, per ſe ac per officialeſ ipſorum ab hominibuſ et coloniſ dictorum epiſcoporum et capitulorum, Brandeburgenſiſ et Havelbergenſiſ eccleſiarum ac ex boniſ, ad epiſcopoſ et capitula predicta ſpectantibuſ, nomine ſubſidii et ſubventioniſ et ex aliiſ cauſiſ multa pro eorum voluntatiſ libito extorſiſſent, grauia illiſ nihilominuſ aliaſ onera imponendo et diverſiſ eoſ affligendo preſſuriſ, prefati epiſcopi eoſdem nobileſ canonice monuerunt, ut ipſi eiſdem epiſcopiſ et capitulis ſic extorta reſtituerent ac eiſ de dampniſ et injuriiſ, ſuper hoc ipſiſ illatiſ, ſatiſfactionem debitam exhiberent, et demum, quia ipſi nobileſ hujuſmodi eorum monitionibuſ parere contumaciter contempſerunt, nullam cauſam rationabilem pretendenteſ, quare parere non deberent eiſdem, cum hec adeo forent notoria, quod nulla poterant tergiverſatione celari, in ipſoſ nobileſ et eorum in hac parte complicеſ auctoritate ordinaria excommunicationum ſententiaſ promulgarunt et poſtmodum, dictorum nobilium contumacia excreſcente, eorum terraſ, in eorundem epiſcoporum dyoceſibuſ conſiſtenteſ, ſuppoſuerunt eccleſiaſtico interdicto, prefatoſ quoque nobileſ et complicеſ ac officialeſ ipſorum, qui etiam propter premiſſa ſententiam excommunicationiſ incurrerant in conſtitutione noſtra in taleſ prolatam, fecerunt excommunicatoſ publice nuntiari. Cumque dicti epiſcopi, non valenteſ in eorum epiſcopatibuſ propter nobilium predictorum tyrannidem abſque periculo remanere, ad civitatem Magdeburgenſem, eorum metropolim confugiſſent, quidam nuntiuſ dictorum nobilium, ſe procuratorem afferenſ eorundem, ex quibuſdam frivoliſ et falſiſ cauſiſ ab hujuſmodi dictorum epiſcoporum proceſſibuſ, elapſo duorum menſium et ampliuſ ſpatio, eorum nomine ad ſedem appellavit predictam ac appellationem priuſ, ut dicebat, eorum nomine interpoſitam innovavit, ac dicti epiſcopi hujuſmodi appellationi dicti nuntii ob ipſiuſ ſediſ reverentiam deferenteſ ei ad comparendum apud ſedem predictam certum terminum prefixerunt, ſic quod dicti nobileſ appellationiſ ejuſdem pretextu hujuſmodi excommunicationum et interdicti

ſententiaſ, quaſ tamen obſervaverant primituſ, contemnenteſ, clericoſ dictarum terrarum per ſpoliationem ſuorum beneficiorum et bonorum temporalium et aliaſ diverſaſ penaſ divina inibi compulerunt officia celebrare, prepoſitum quoque ac priorem et quoſdam canonicoſ Havelbergenſeſ de terriſ predictiſ exbanniri et plureſ alioſ clericoſ capi fecerunt ac eorum beneficiiſ ſpoliari et loco dicti prepoſiti quendam alium clericum temeritate propria intruſerunt, eccleſiaſ inſuper, parrochiaſ et capellaſ dictarum eccleſiarum cathedralium, clericiſ ipſarum ab ipſiſ expulſiſ, commiſerunt aliiſ gubernandaſ, comminanteſ quibuſdam monialibuſ, quod etiam eaſ de ſuiſ monaſteriiſ violenter expellerent, ac fratribuſ predicatoribuſ et minoribuſ pro eo, quod interdictum hujuſmodi obſervabant, inhibuerunt diſtrictiuſ elemoſinaſ exhiberi, ſicque fratreſ ipſi et plureſ clerici ſeculareſ coacti ſunt per hujuſmodi vim et metum dictorum nobilium in iiſdem terriſ interdictiſ reſumere organa divinorum et celebrare divina officia, ſicut priuſ. Ipſi preterea nobileſ poſt et contra hujuſmodi appellationem, eorum nomine interpoſitam, curiaſ et alia bona dictorum epiſcoporum et capitulorum officialibuſ ipſorum epiſcoporum et capitulorum inde violenter ejectiſ nequiter occuparunt, quorum adhuc aliqua occupata detinent, percipienteſ fructuſ et redditus ex eiſdem, alia vero incendio devaſtarunt, eoſdem epiſcopoſ et capitula nihilominuſ decimiſ, redditibuſ, proventibuſ et aliiſ eorum boniſ mobilibuſ et immobilibuſ temere ſpoliando. Quare dicti epiſcopi, ad noſtram providentiam recurrenteſ, nobiſ humiliter ſupplicarunt, ut tam ipſiſ quam capitulis et aliiſ predictiſ taliter fugatiſ, exbannitiſ, ejectiſ et etiam ſpoliatiſ de oportuno providere remedio paterna ſollicitudine dignaremur. Hinc dilectuſ filiuſ noſter, Landolfuſ, ſancti angeli diaconuſ cardinaliſ, cui noſ commiſeramuſ, ut probationibuſ et informationibuſ, que ſummarie ſuper hiiſ coram eo producerentur vel exhiberentur, admiſiſ, quid inveniret, nobiſ referre curaret, cum de exceſſibuſ hujuſmodi cauſa per literaſ tuaſ, archiepiſcope Magdeburgenſiſ loci metropolitane, et aliorum prelatorum aliarum partium, quam per plureſ perſonaſ fide dignaſ partium earundem apud ſedem conſiſteteſ eandem, fideſ facta fuiſſet eidem, diligenter attendenſ, quod exceſſuſ taleſ in eiſdem partibuſ non poterant non eſſe notorii, quodque exceſſuum enormitaſ eorundem in conculcationem eccleſiaſtice libertatiſ et dicte ſedi contemptum et injuriam redundabant ac expoſcebant celeritatem remedii oportuni, facta nobiſ ſuper hoc relatione fideli de ſpeciali mandato noſtro, facto ſibi oraculo vive vociſ, epiſcopoſ, capitula, clericoſ et alioſ ſupradictoſ taliter ſpoliatoſ, preſentibuſ adhuc procuratoribuſ nobilium predictorum, ad eccleſiaſ, capellaſ, curiaſ, decimaſ, redditus, proventuſ et alia bona predicta, quibuſ fuerant, ut predicitur, ſpoliati, reſtituit, decernenſ eoſ in corporalem poſſeſſionem omnium predictorum, prout ea tempore hujuſmodi ſpoliationiſ habebant, fore plenarie reducendoſ ac predictaſ excommunicationum et interdicti ſententiaſ tanquam rite lataſ uſque ad ſatiſfactionem condignam inviolabiliter obſervandaſ, quodque ſi iidem nobileſ, complicеſ vel officialeſ aut aliqui ex eiſdem poſt beneficium abſolutioniſ optentum ad ſimileſ forſan exceſſuſ redierint vel non permitterent epiſcopoſ, capitula, clericoſ et alioſ predictoſ taliter inſtitutoſ dictarum parrochiarum, capellarum, curiarum, decimarum, reddituum et proventuum et aliorum bonorum predictorum pacifica poſſeſſione gaudere, in priſtinam recidant' excommunicationiſ ſententiam ipſo facto et eorum terre predicto modo ſimili eccleſiaſtico ſubjaceant interdicto. Noſ itaque, premiſſa omnia, que per eundem cardinalem de mandato noſtro, ut premittitur, acta ſunt, rata et grata habenteſ eaque auctoritate apoſtolica confirmanteſ, fraternitati veſtre in virtute ſancte obedientie et ſub excommunicationiſ pena, quam eo ipſo, ſi mandato noſtro in hac parte non parveritiſ, incurratiſ, diſtricte precipiendo mandamuſ, quatenuſ voſ, vel duo aut unuſ veſtrum per voſ vel per alium ſeu alioſ ea omnia diligenter, celeriter et ſollicite executioni debite demandanteſ, epiſcopoſ, capitula, clericoſ et alioſ predictoſ taliter ſpoliatoſ in corporalem poſſeſſionem eccleſiarum, capellarum, curiarum, decimarum, reddituum, proventuum et aliorum bonorum predictorum, ad que per cardinalem eundem ſunt, ut premittitur,

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

reſtituti, reducatiſ auctoritate noſtra et reductoſ etiam defendatiſ, prefatoſ nobileſ, complicef et officialeſ nunc ligatoſ eiſdem ſententiiſ, et qui etiam poſt abſolutionem optentam, ut premiſſum eſt, reciderint in eaſdem, pulſatiſ campaniſ et candeliſ accenſiſ, excommunicatoſ et dictaſ eorum terraſ interdictaſ tam diu, appellatione remota, publice nunciantef ac facientef ab aliiſ per omnia loca, in quibuſ expedire videritiſ, nunciari ipſoſque nobileſ, officialeſ et complicef ab omnibuſ artiuſ evitari, donec ipſi epiſcopi, capitula, clerici et alii ſupradicti ad plenam, corporalem et pacificam poſſeſſionem eccleſiarum, capellarum, curiarum, decimarum, reddituum, proventuum et aliorum bonorum predictorum reſtituti fuerint eiſque de hujuſmodi ablatiſ, exactiſ nec non dampniſ, injuriiſ et offenſiſ illatiſ eiſdem plenarie fuerit ſatiſfactum, ac iidem excommunicati abſolutioniſ beneficium ab eadem ſede meruerint optinere. Interdictum vero hujuſmodi tam per ipſoſ fratreſ predicatoreſ, minoreſ quam Ciſtercienſeſ et quoſcunque alioſ religioſoſ cujuſcunque ordiniſ nec non clericoſ ſeculareſ, appellatione remota, privilegiiſ quibuſcunque ceſſantibuſ, faciatiſ etiam uſque ad ſatiſfactionem condignam inviolabiliter obſervari, non obſtante appellatione predicta, ſeu ſi aliquibuſ a ſede ſit indultum eadem, quod excommunicari, ſuſpendi vel interdici non poſſint per litteraſ apoſtolicaſ, non facientef plenam et expreſſam ac de verbo ad verbum de indulto hujuſmodi mentionem, contra dicentef per cenſuram eccleſiaſticam, appellatione poſthabita compeſcendo. Volumuſ inſuper, quod quicunque veſtrum ſuper hoc fuerit requiſituſ, premiſſa omnia et ſingula, que mandamuſ, etiamſi per collegam ſeu collegaſ ipſiuſ priuſ proceſſum fuerit in eiſdem, ſub pena predicta, prout expedierit, exequatur, invocato ad hoc, ſi neceſſe fuerit, auxilio brachii ſeculariſ. Datum Laterani VI°. id. Februarij, pontificatuſ noſtri anno octavo.

Nach einer Abſchrift der Regeſten des Vatikaniſchen Geh. Archives.

CXXXIII. Der Biſchof Conrad von Lübeck thut die Markgrafen von Brandenburg in den Bann auf päpſtlichen Befehl, am 3. Mai 1302.

Conradus, dei gratia Lubecenſis eccleſie epiſcopus, religioſis viris abbati et conventui ordinis Ciſtercienſis Corin, priori et fratribus majoribus in Ruppin, cuſtodi et gardiano ac fratribus minoribus in antiqua Brandeburg et novo Aggermunde et Granzoge ſalutem in domino ſempiternam. Noveritis nos mandatum ſanctiſſimi patris ac domini noſtri Bonifacii, pape octavi, non cancellatum, non abolitum nec in aliqua sui parte vitiatum, ſub vera bulla recepiſſe plenius et in hec verba: Bonifacius etc. Datum Laterani VI. id. Februarij, pontificatus noſtri anno octavo. Nos igitur auctoritate mandati, quod preterire vel negligere non poſſumus nec audemus, maxime penas in eo contentas evadere cupientes, vobis omnibus et ſingulis auctoritate nobis in hac parte commiſſa, ſalva reverentia perſonarum ſub pena excommunicationis, quam in his ſcriptis in vos ſingulos et quemlibet veſtrum ferimus, ſi mandatum noſtrum, imo verius apoſtolicum, neglexeritis adimplere, quatenus ſupra nominatos marchiones Brandeburgenſes, Ottonem et Conradum, officiales quoque et complices ipſorum in hac parte excommunicatos publice vitetis et interdictum in veſtris eccleſiis et in eorum terris obſervari faciatis uſque ad ſatiſfactionem condignam, non obſtante apoſtolice ſedis appellatione, ſi appellatio dici poteſt, quam dicti marchiones coram nobis legi fecerunt; cum nulla nobis de ſupradictis cognitio ſed mera cauſarum ſit executio demandata. In his etiam exequendis nullus veſtrum alium expectet, ſed unuſquiſque mandatum recipiens ſub penis ſupra dictis

eo modo, quo omnia in mandato apoſtolico ſcripta ſunt, fideliter exequatur, et eccleſiaſticum canonice ſervetis interdictum evitando penas ſupra nominatas. Datum Hed Zakere, anno domini M°. CCC°. ſecundo, III. menſis May.

Nach dem Originale.

CXXXIV. Friedrich, confirmirter Biſchof von Brandenburg, trägt als Domherr von Halberſtadt und Archidiaconus in Uttesleben dem Pfarrer Johann von Heudeber auf, in ſeinem Namen den Johann von Dreinleben als Pfarrer zu Derenburg einzuführen, am 9. Februar 1303.

Fredericus, dei gratia Brandenburgenſis eccleſie a ſede apoſtolica proviſus et confirmatus, canonicus majoris eccleſie Halberſtadenſis ac archidyaconus banni in Utesleve, diſcreto viro domino ac magiſtro Johanni plebano in Hadebere ſalutem in domino ſempiternam. Auctoritate preſencium diſcrecioni veſtre precipimus firmiter et mandamus, quatinus dominum Johannem dictum de Drenleve, ſacerdotem, exhibitorem preſentium, cui ex preſentatione .. ſanctimonialium novi clauſtri Halberſtadenſis ad eccleſiam in Derneborg ſibi collatam, curam animarum ejuſdem eccleſie pure propter deum porreximus, in corporalem poſſeſſionem prefate eccleſie noſtri nomine quantocius inducatis, precipientes ipſis civibus, ut eidem Johanni debitam exhibeant reverenciam pariter et honorem, ſint quoque ſibi obedientes in omnibus ut tenentur. Sigillo electionis noſtre utimur iſta vice. Datum Zegiſere, anno domini M°. CCC°. tercio, craſtino beati Dyoniſi et ſociorum ejus beatorum.

Nach dem Originale im Beſitze des Thüringiſch-Sächſiſchen Vereins in den N. Mittheilungen IV, 2, S. 49. Dieſe Urkunde wird zwar von dem frühern Herausgeber in den Monat October 1303 geſetzt, da der Tag des heiligen Biſchofs Dioniſius auf den 10. October fällt. Indeſſen unter dem Datum der vorſtehenden Urkunde iſt ohne Zweifel der Tag der Märtyrer Dioniſius, Aemilianus und Sebaſtianus, der ſonſt auch wohl der Tag Dioniſii und ſeiner Geſellſchaft heißt, mithin, da dieſer Tag auf den 8. Februar fällt, der 9. Februar zu verſtehen.

CXXXV. Der Erzbiſchof Gieſelbert von Bremen thut die Markgrafen von Brandenburg in den Bann, am 15. Febr. 1303.

Giſelbertus, dei gratia ſancte Bremenſis eccleſie archiepiſcopus, venerabilibus patribus et fratribus archiepiſcopis, epiſcopis Maguntinenſi, Magdeborgenſi, Caminenſi et eorum ſuffraganeis, nec non abbatibus, prepoſitis, decanis, archidyaconis, viceprepoſitis, rectoribus, plebanis, exemptis, privilegiatis, provincialibus, prioribus et fratribus majoribus, nec non miniſtris, cuſtodibus, gardianis et fratribus minoribus, Auguſtinenſibus, Cyſtercienſibus et quibuslibet aliis religioſis, cujuscunque conditionis et ordinis exiſtant, et clericis ſecularibus et precipue reverendo in Chriſto patri ac domino epiſcopo Caminenſi, ac priori et lectori et fratribus predicantibus, gardiano, lectori et fratribus domorum Prenslavienſium, ibidem plebano seu viceplebano, in Paſcewalc priori, lectori et prepoſito ſeu plebano ibidem aut viceprepoſito vel viceplebano, in novo Tangermunde

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

gardiano, lectori et fratribus predicantibus, in nova et antiqua Brandeborch gardianis et lectoribus et fratribus predicantibus, in Steindal, Saltwedele, Sehuſen, Granzoge, Robele, in nova civitate Brandenborch, in Borch, in Magdeborch, in Halverſtad, in Serwiſt prioribus, gardianis ſinguliſque fratribus in dictis provinciis et in dioceſi Caminenſi predicantibus, ad quos preſens ſcriptum pervenerit, ſalutem in domino sempiternam. Noveritis nos mandatum ſanctiſſimi patris ac domini noſtri Bonifacii pape octavi non cancelatum, non abolitum, nec in aliqua parte ſui vitiatum ſub vera bulla recepiſſe plenius in hec verba: Bonifacius etc. Datum Laterani VI. id. Februarii, pontificatus noſtri anno octavo. Nos igitur auctoritate mandati, quod preterire nec poſſumus, nec audemus, penas preſertim in ipſo mandato contentas, evadere cupientes, vobis omnibus et ſingulis auctoritate nobis in hac parte commiſſa, ſalva reverentia dignitatum et perſonarum ſub pena ſuſpenſionis ab ingreſſu eccleſie, quantum ad archiepiſcopos, excommunicationis autem, quantum ad alios inferiores clericos, quam in his ſcriptis in vos ſingulos et quemlibet veſtrum ferimus, ſi mandatum noſtrum, imo verius apoſtolicum neglexerit adimplere, quatenus ſupra nominatos marchiones Brandeburgenſes Ottonem, Conradum officialesque et complices ipſorum in hac parte publice excommunicatos in eccleſiis veſtris pulſatis campanis et accenſis candelis nuncietis, uſque ad condignam ſatiſfactionem ſingulis diebus dominicis *) — — — — — — — — predicationibus veſtris et orationibus ad populum per dictos dominos marchiones Ottonem, Conradum et eorum advocatos, officiales, clericos et laicos, in hac parte complices auctoritate apoſtolica publice nuntietis excommunicatos ſingulis diebus dominicis et feſtivis et ſpecialiter fratribus in Prenslavia, in Pozwalc, in nova Tanghermunde, in nova et antiqua Brandeburg, Granzoge et in Kiritz, in Sehuſen, in Stendal, in Saltwedele, Berlin, Vrankenvorde, Struceborch, Cerwiſt, Magdeborch, Borch, Halverſtad et in tribus provinciis ſupra ſcriptis fratribus univerſis ſub pena excommunicationis ſupradicte mandamus exequi diligenter. Item ſingulos clericos ſacramenta eccleſiaſtica prophanantes et qui mandatis apoſtolicis non obediunt et divina celebrant, imo verius prophanant, excommunicatos et irregulares publice nuntietis, et ut ſimilia faciant, ſub penis predictis mandamus omnibus majoribus et minoribus prelatis et ſupraſcriptis clericis univerſis, ipſum quoque interdictum etiam ab omnibus exemptis, privilegiatis ſeu non privilegiatis, fratribus majoribus et minoribus, Ciſtercienſibus et quibuſcunque religioſis cujuſcunque ordinis, ut ſupradictum eſt, obſervari ſtrictius facientes, non obſtante appellatione, ſi qua interpoſita eſt, cui non deferimus ex eo, cum nulla nobis de ſupra ſcriptis cognitio ſed mera tantum ſit executio demandata. In hiis etiam exequendis nullus veſtrum alium expectet ſed unuſquiſque mandatum recipiens ſub penis ſupra contentis eo modo, quo omnia ſcripta ſunt, fideliter exequatur. Omnibus autem Archiepiſcopis et epiſcopis ſupra nominatis ſub pena ſuſpenſionis ab ingreſſu eccleſie ceteris vero ſub pena excommunicationis, ut ſupra dictum eſt, precipimus obſervari. Datum Stadis anno domini M°. CCC°. III°., feria quinta poſt feſtum beati Dionyſii martyris et ſociorum ejus.

Nach dem Originale.

---

*) Die Urkunde iſt von hier ab überaus lückenhaft und unleſerlich.

CXXXVI. Der Vicar Heinrich in Knobloch miethet sich vom Domcapitel gegen jährliche Pension eine Pfarre, am 25. März 1303.

— ego Hinricus prefbiter, perpetuus vicarius in Clebeloch, notum effe cupio univerfis tam prefentibus quam futuris prefens fcriptum vifuris, quod eccleſiam in Clebeloch, ad tempus duntaxat mee vite a meis dominis reverendis, fcilicet domino Johanne prepofito, Woltero priore, totoque Brandenburgenſis eccleſie capitulo conveni pro annua penſione et certa, quam penſionem terminis certis ſubſcriptis ſub diſtincta quantitate penſionis promiſi conventui aut ejus procuratori in ſubventionem expenſarum annis ſingulis perſolvendam, ita videlicet, quod quintum dimidium talentum Brandenburgenſis monete datiuorum denariorum tribus vicibus anni hoc modo particulariter perſolvam, ſcilicet in feſto ſancti Martini primo termino triginta ſolidos, in feſto purificationis marie XXX. ſolid. in feſto Walburgis XXX^ta. ſolidos, conventui aut ejuſdem procuratori omni dilatione poſtpoſita collapſa: inſuper votivo motu pio liberoque arbitrio omnia mea bona immobilia ſive mobilia ubicunque ſeu apud quoſcunque fuerunt obtenta pro teſtamento poſt meum obitum eccleſie ſancti Petri in caſtro Brandeburgenſi in memoriam mee anime nullo meorum heredum amicorum ſeu alienorum contradicente nec de jam dictis aliquid extorquente, exceptis illis debitis, quibus rationabiliter et licite pro expenſis honeſtis etiam ex parte dotis fuero obligatus, humiliter aſſignaui, hoc addito, quod de relictis meis bonis debita mea licita et honeſta perſolvi debeant, dummodo fuerit manifeſtum. Ut igitur iſtud inviolabiliter perſeveret, preſens ſcriptum appoſitione ſigilli nove civitatis Brandenburgenſis cum ſigillo capituli ſancti Petri in Brandenburg procuravi firmiter communiri. Et nos conſules nove civitatis Brandenburgenſis ad inſtantiam domini Hinrici prenominati in teſtimonium ſupradictorum ſigillum nove civitatis Brandenburgenſis preſentibus ſcriptis duximus apponendum. Hujus facti teſtes ſunt: honorabiles domini clerici dominus Degherus, plebanus nove civitatis Brandenburgenſis, dominus Arnoldus decanus de Trecwiz, magiſter Johannes Gruelhud, de laicis vero Johannes de Monkeberch, Hinricus de Pritzerwe, Zabellus de Muceliz et Jacobus de Viriz et quam plures alii fide digni burgenſes. Datum Brandenburg, anno domini M°. CCC°. III. VIII Kal. Aprilis per manum Johannis.

Nach dem Originale.

CXXXVII. Vergleich zwiſchen dem Domcapitel und dem Magiſtrate der Neuſtadt Brandenburg wegen eines Zehnten, am 26. Juli 1303.

Nos Johannes prepoſitus, dictus de Slaberſdorp, Wolterus prior, totumque capitulum eccleſie Brandenburgenſis conſules nec non ſcabini nove civitatis Brandenburg recognoſcimus tenore preſentium, quod pro fructibus decimarum omnium, pertinentium ad curiam domus ſancti Spiritus nove civitatis Brandenburg, in Crako ſitam, conſiderato commodo tam ex parte domini prepoſiti eccleſie Brandenburgenſis nec non capituli quam ex parte domus ſancti Spiritus predicte donavimus dimidiam marcam ad cuſtodiam eccleſie Brandenburgenſis et ei, qui pro tempore officio preeſt cuſtodie ſingulis annis, quamdiu predicta domus ſancti Spiritus predictam curiam cum ſuis pertinentiis poſſidet, perſolvendam. Hanc quidem dimidiam marcam Brandenburgenſis argenti procurator ejuſdem domus ſancti Spiritus in die beati Martini ſolvet, et conſules nove

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

civitatis Brandenburg per eundem procuratorem, qui pro tempore fuerit, solvi absque occasionis velamine annis singulis, prout donavimus, procurabunt, non obstante, si antedicta curia non inhabitetur, agri ejus non colantur, seu etiam penitus desoletur. In cujus rei testimonium presens scriptum sigillo ecclesie Brandeburgensis una cum sigillo nove civitatis Brandenburg duximus muniendum. Et nos consules universi nove civitatis Brandenburg predicte in signum, quod predicta omnia grata velimus haberi et rata, sigillum civitatis Brandenburg predicte duximus de communi consensu universitatis nostre presentibus apponendum. Datum Brandenburg, anno domini millesimo trecentesimo tertio, septimo Kal. Augusti.

Nach dem im Domarchive befindlichen Original und einer Copie der vollständiger gefaßten Ausfertigung, welche die andere Parthei (der Magistrat der Neustadt Brandenburg) empfangen hat.

CXXXVIII. Der Bischof Friedrich bestätigt die Vereinigung der Kirche der beiden Dörfer Langerwisch, am 22. August 1303.

Fredericus, dei gratia Brandeburgensis ecclesie a sede apostolica provisus et confirmatus, dilecto sue dyocesis clerico Henrico plebano in Beeliz, salutem in domino sempiternam. Cum Hedenricus, venerabilis in Christo Brandeburgensis ecclesie episcopus, anteceſſor noster pie memorie ambos ecclesias in Langerwisch novo et in antiquo Langerwisch legitime et canonice univerit, ita quod ecclesia antiqui Langerwisch pro filia novi Langerwisch est habenda, et cum dominus Hermannus, Brandenburgensis marchio unioni hujusmodi de novo ratihabitionem sive suum prebuerit consensum ex resignatione domini Conradi, quondam in antiquo Langerwisch plebani, nos predictarum duarum ecclesiarum unionem et prefati domini Hermanni Brandeburgensis marchionis ratihabitionem in nomine domini presentibus confirmamus. Mandamus igitur vobis firmiter in hiis scriptis, quatinus dominum Johannem de Milow, Brandenburgensis ecclesie cellerarium, cui istarum ecclesiarum unitarum curam animarum porreximus, in corporalem possessionem inducatis, precipientes civibus utriusque ville, quod predicto domino Johanni, eorum plebano, debitam reverentiam exhibeant et honorem. Datum Zegesere, anno domini M°. CCC°. tertio, feria quinta post assumptionem sancte Marie virginis.

Nach dem Originale.

CXXXIX. Der Bischof Friedrich erinnert die Pröpste seiner Diöcese, daß ihm und dem Dompropste von Brandenburg als seinem Stellvertreter allein das Recht zukomme die Seelsorge zu conferiren, am 28. Octbr. 1303.

Fredericus, dei gratia Brandenburgensis ecclesie a sede apostolica provisus et confirmatus, honorabilibus viris et discretis prepositis universis per ipsam diocesin Brandenburgensem constitutis sinceram in domino caritatem. Relatione didicimus veridica, quod nemo auctoritatem

conferendi curas animarum ecclesiarum nostre diocesis habeat, nisi nos seu legitimus vicarius noster. Ea propter vobis in virtute sancte obedientie districtius precipimus et mandamus, quatenus nullus vestrum se de hujusmodi autoritate aliqualiter intromittat, sed domino preposito Brandenburgensi cui in his et consimilibus nostras commisimus vices, presentatos vobis absque contradictione qualibet remittatis. Datum in die Simonis.

Nach einem Brand. Copialbuche.

CXL. Anno, Domherr zu Halberstadt, erkennt in Sachen des Pfarrers zu Derenburg als delegirter Richter des zum Bischofe in Brandenburg berufenen Archidiaconus Friedrich von Plozcek, am 9. Dzbr. 1303.

Nos Anno, dei gracia cellerarius ecclesie Halberstadensis, judex a venerabili domino Brandenburgensi ecclesie a sede apostolica proviso Frederico de Plozcek, archidyacono in Uttesleve, delegatus, interlocutorio pronunciamus, quod dominum Johannem de Dreynleue ad ecclesiam in Derneburch presentatum — defendere debemus et tueri iuxta commissionis continentiam nobis facte —. Actum et datum Halberstadt in curia nostra, anno domini MCCC tertio, quinto ydus Decembris.

Ebendaher S. 50.

CXLI. Ablaßbrief des Erzbischofs Burchard von Magdeburg und der Bischöfe von Halberstadt, Merseburg, Brandenburg und Havelberg für den Andreas-Altar in der St. Gertraud-Kirche zu Halle, vom 23. Juni 1304.

Borchardus dei gratia, sancte Magdeburgensis ecclesie archiepiscopus, Albertvs Halberstadensis, Henricvs Merseburgensis nec non Friedericvs Brandeburgensis et Arnoldvs Hauelbergensis ecclesiarum episcopi. Vniuersis christi fidelibus, ad quos presens scriptum peruenerit salutem in eo qui est credencium uera salus. Gratum obsequium et pium totiens opinamur deo impendere, quotiens mentes fidelium ad pietatis et deuocionis opera excitamus. Cupientes igitur altare in honore sancti Andree apostoli in ecclesia sancte Gertrudis in Hallis, Magdeburgensis diocesis, per honorabilem virum Johannem de Nurthhusen, ciuem ibidem, de nouo constructum speciali gratiarum priuilegio honorare; Omnibus uere confessis et corde contritis, qui dictum altare in quatuor summis festiuitatibus, uidelicet natiuitatis Christi, resurrexionis, ascensionis, pentecostes, nec non in quatuor festiuitatibus gloriose uirginis Marie, uidelicet purificationis, assumptionis, natiuitatis, nec non in festo patroni ac in anniuersario dedicationis eiusdem altaris, cum deuocione, uisitauerint, uel elemosinas suas ibidem elargiti fuerint aut orationes suas deuote fuderint; nos de omnipotentis dei misericordia ac sue matris, beate uirginis Marie, nec non beatorum apostolorum Petri et Pauli auctoritate confisi singuli nostrum singulos quadraginta dies et quinque karenas, de iniunctis sibi penitenciis in domino misericorditer relaxamus. Datum Hallis, anno domini M. CCC. quarto, pridie sancti Johannis euangeliste.

Ludwig, Reliquiae Diplomatum Bd. I., S. 502.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CXLII. Vergleich zwischen dem Bischof Friedrich von Brandenburg und seinem Domcapitel und dem Domcapitel in Havelberg einerseits und den Markgrafen von Brandenburg andererseits hinsichtlich des Zehnten, vom 16. September 1304.

In Godes Namen. Amen. Von der Bort Godes, dusen Jar dru hundert Jar in deme verden Jare, in deme acten Daghe der Bort vser Vrowen vmme de Twyginge, de dar was tuischen vns Marghreven Otto von Brandeborg von ent Halfen unde us Bischop Frederik von Brandeborg unde von des Godeshus von Havelberg ander Half is gededingen en sone in rechter Endracht, also hir nach gheschreven steyt: We Margreve Otto ghevet dat deghendom to Qwerenuorde Huses unde Stat vnde allet, dat dar to hort, alle met me richte, also wet hadden, deme Bischoppe unde sime Godeshus to Brandeborg mit uses Broders Marcgreven Henrikes unde mit uses Vedderen Marcgreven Janes unde Marcgreven Woldemares unde Marcgreven Conekes Wille, des schollen se ore opene Breve under oren Ingheseghele senden to Magdeburg des netes Daghes na sinte Michelisdaghe, de du nu ers cumt, dat schollen don Marcgreve Henric unde Marcgreve Jan unde Marcgreve Wolmarus unde Marcgreven Coneke, wenne men one erst hebben mach. We bekennet des, umme de Teghden in deme Biscopdumme to Brandeburg so, wur de sin oder to rechte wesen schollen, ledech oder vorleghen, swenne uns de Bischop dat bewist, swar dat si, dar na binnen dren Manden, scholle we voghen, dat dat Len an in kome. So were ok genegh techde, de deme Bischoppe were ledegh worden, des we oder unse Husvrowe oder unse Vedderen oder Gement von unser weghene sech underwunden hedde, den scholle we ome ledegh wederlaten oder genug ander Got: unde men schol oc one an alle sime Gode nicht hinderen unde an sime Richte, et si ghestlech oder werlich. Sine rechte Schede imme Lande to Lowenberghe sal men ome halden mit Schultzeme Rechte unde vriget, alse oc use Eldern unde we hadden unde he met unsen Hantvesteninge oder unsen Elderen bewisen mach, unde sine Schede in deme Lande to Pritzerwe schal men ome oc halden, also het be wisen mach. Sine Lude unde en schal men nich hinderen an der Molen unde an der Molen-Vart, war se sin in sime Lande. Oc schalme ome noch sinen Luden nen Schaden mit Herberghen don noch besweren. Mach oc de Bischop bewisen, dat dat Eghendum de twiger Dorp to Neuhusen unde Lice, de de lighen in deme Lande to Vrisac, mit Rechte sin unde sines Godeshus si, So schole we oc ome laten. Drittegh punt unde hundert, de we deme Bischoppe be kummert hadden, in deme Lande to Lowenberg, schal men ome weder gheven, we se oc hest. So wat oc des Bischoppes Bede in deme Lande to Lowenberg unse Voghet oder Gement von user weghene bekummert oder upgheboret heft, de schal men ome oc weder gheven. De Bischoppes Penninge, de me to Jare gheven schalde, so wat der up ghenomen is, de schal me weder gheven unde de he noch up nemen schal, dar ne schal men on nicht an hinderen. So dan hulpe de de Papen ghe menleken to Jare deme Bischoppe deden, de schollet ome use Papen oc don, dat is use Wille wol. Den Herren to Brandeburg schal man ore Got on Bede deme Proveste unde deme Capitele vri unde ane allerleige Hinderniffe laten. En noc oren Luden schal men nicht schaden mit Herberghen noch mit genegher Unlust unde schal men an ereme Richte oc se nicht hindern. Umme de Papen unde des Bischoppes man, Dat hebbe we mede de Bischop ghelaten up usen om den Bischop von Halberstat. We scholen oc ome vor Wissen dusent Marc Stendal. Sulvers, von des Bischoppes von Havelbergen wegen ses hundert Marc Megdeborghes Gewichtes in der Stat to Meghdeborg to beredende. Disse Wisheit schal geschen in deme nesten Daghen na sancte Michelis Daghe, also dar bededinget is. Vsen Mannen schal men oc weder laten ore Got, dat on ghenomen is. Den

Herren to Brandenburg ſcholle we ſcheppen de Kerken in der nigen Stat to Brandenburg und ſchollet on gheven de Kerken to Nawen vor oren Schaden. Alle deſe Dink, de hingheſcreven ſin, de ſchollet weren vollenbracht unde verwiſſet in deme neſten Daghe na ſinte Michelis-Daghe. Umme dat alle diſſe Ding werden vollbracht unde we volbringen ſchollen, des late wi hengen uſe Inghefelinge mit uſe Willen, mit uſer vrien Wille cöre an deſſe jeghenwordeghen Breven, unde we Biſchopp Frederic von Brandenburg uppe dat alle diſſe Ding, von uſer weghene volbracht werden, late wi oc hengen uſe Inghefegel Dar to. Over diſſen Dedingen is gheweſen von uſent half Marcgreven Otto, uſe Hufvrowe Ver Helwich, Her Abeke von Barbye, Her Conrat von Wardenberg, Hene und Her Vriſſe von Alvensleve, Her Claus von Boc, Her Otto von Poc, Her Herdeghen von Bardeleve; von uſent Halven Biſchoppes Frederik is ouer diſſen Dedingen gheweſen Proveſt Jan von Brandenburg, Her Jan von Milowe, Her Arnolt von Hildenſem, Moneke to Brandenburg, Her Jan Gruwelhot. Diſſe Ding ſin ghededingen unde diſſe Breve ſint beſeghelet in deme Midweken na des hilghen Crucis-Daghe, alſo et erheven wart.

Nach dem Originale.
Vgl. Hauptth. I., Bd. II., S. 454. 455. den Schlußvergleich v. J. 1305.

CXLIII. Rezeß zwiſchen dem Markgrafen Otto und dem Biſchofe Friedrich über die endliche Beilegung ihrer Streitigkeiten, vom 3. Jan. 1305.

In Godes Namen Amen. Von der bortt godes duſent Jar dryhundertt Jahr jn dem veſten Jahre, jn deme Sonendage binnen den twelfften, alle die dingk, dy tu Brandenburg in deme achtend dage der bord vnſer frowen begrepen worden, vmme die Sune, die twiſchen vnſern hern den Biſchop von Brandenburg vnde vns Marggreue Otten die worden alhir tu Lowenberch vollenbracht, ane dat eigendum tu Querenford, dat geue wy Otte van vnſer wegen vnſern herrn Biſchoppe Fredericke von Brandenburg vnd offerden dat vppe dat altar Sunte Peters, dat hebben Sint demmale vnſe Bruder Marggreue Hinrik vnde vnſe vedderen Marggreue Johan vnde Woldemar ock gegeuen vnde wy mit öhne vertegen tu des godeshuſs behuf. Die Suhne wartt alſo vollenbracht alſe hir na beſchreuen ſteitt. Wy bekennen des vmme den tegeden vppe dem Biſchopdume tu Brandenburg, ſo war die ſindt oder tu rechte weſen ſcholen, ledich oder verlegen, Swen vns die Biſchop dat bewyſet, ſwer dat ſie, darna binnen dreien monden ſchall wy fughen, dat dat leen an em kome. Wer ock jennig tegede, dy dem Biſchope were ledig worden, des wy oder vnſe hauffrowe oder vnſe fedderen oder jennich man von vnſer wegen ſich vnderwvnden hette, den ſchale wy em ledig wedder laten, oder jennich ander gutt. Man ſchal ouck öne an alle ſinen gude vnde an ſineme richte, dat ſy geiſtlick oder wertlick, (nicht hinderen?) ſine rechte ſcheide jn deme Lande tu Lowenberge ſchal men eme holden mit ſulkem rechte vnde friheit alſo et vnſe olderen vnde wy hadden vnde he met vnſen hantfeſten oder vnſer oldern bewyſen mag. Vnde ſine ſcheide in dem lande tu Pritzerwe ſchal men ock holden, alſo hie et bewiſen mag. Sinen luden vnde ome ſchal men nicht hindern an ahren molen vnde ander molenfart, ſwar ſy ſint jn ſineme lande. Ouck ſchal men one, nochte ſihnen luden, neinen ſchaden mit herbergen dun noch beſchweren. Mag ouck die Biſchop bewiſen, dat dat eigendum der twier Dorpe Nenhuſen vnde Lyzen, die dar liggen in dem lande tu Friſick, mit rechte

ſines gadeſhuſes ſye, ſo ſchale wy ſie em laten. Sodan hulpe, die die papen geuen dem Biſchoppe tu Jahre, die ſcholen ock vnſe papen dun, dat is vnſe wille woll. Der hern tu Brandenburg ſchal men ock ohre gudt ane bede, deme proſte vnde dem Capittele, fry ohne allerleie hinderniſſe laten. Oene nochte oren luden ſchal men nicht ſchaden met herbergen noch met gennigerleie vnluſt, men ſchal ock en an jrme richte ſy nicht hinderen. Vmme der papen ſchaden vnde des Biſchops Manne ſchade, dat hebbe wy vnde dy Biſchop gelaten vp vnſem ohme dem Biſchop von Haluerſtadt. Wy hebben ouck one vorwiſſet vor ſick vnde vor ſinen gadeſſhuſs ſchade duſent marck ſtendels ſiluers vnde vor des gadeſhuſs ſchade tu hauelberge ſes hundert marcke deſſiluen ſiluers eme jn der ſtad du Medeborch tu bereidene, denne helften dell tume neheſten dage ſunte Wolborgen, den andern helften deel darna den neheſten Sunte Michilsdage, dat heuet gelouet vnſe Schwager Greue Albrecht von Anhalt, Marggreue Johan vnſe vedder, Greue Auerk von Barby, Greue Buſſe von Lindow, Johan von Blanckenborgk, Hinrick von Stegelitz vnſe Drozett, Nicolaus von Buck, Zabell Badelohge. Diſſe hebben louet vor vierhundert marck. Vor andere virhundertt heuett gelouet Er Conrad von Wardenberge Proueſt tu Wiſtock, Her Buſſe von Irckſchleue die Witte, Hermann von Gardelege, Gercke von Kerkowe die dar ſitten tu Wolmerſtede vnde tu Angermunde; Henningk hern Janes, Cone hern Janes, Geuard hern Janes, Henningk hern Reiners, Reineke hern Reyners Borgere von Magdeborgk, Bernard von Plotzke heuent vorwiſſent teyn hundert marck, Die rath von Stendall dryhundert marck, der nahmen jn dem briue ſtatt, den ſy gegeuen hebben darup, die Rath von Premfflaw vor dryhundert marck der nahmen in den briue ſtatt, den ſie geuen hebben darup. Were dat dat geltt in den vor geſegeden daghen nicht beredne worde, ſo ſchal vnſe vedder Marggraue Johan mit den vier Ridderen, dy mit em gelouet hebben, tu Stendal jnrieden, nicht lenger tu liggen wen achte wekene vnde denne tu bereident mit ſiluer oder mit pande. Dat ſulue ſchal dun greue Buſſe von Lindow, greue Albrecht von Anhaltt vnde greue Abeck von Barbey ſchalen riden tu Megdeborch vp dieſeluen dage achte wecken tu liggende vnde denne tu bereidende. Her Conrad von Wardenberch vnd ſyne compan die borgere von Megdeborch die mett em gelouett hebben mit ſamender hantt ſchalen liggen vpper voygdeye tu Sudenborch nicht vtt tu komende, ſy en hebben bered. Die ridder, dy mett em gelouett hebben, die ſchalen jnriden tu Stendall achte weken tu liggende vnde den tu bereidend. Dy rath tu Stendall ſchal jnriden tu Angermunde vpper eluen. Is dat he nicht beredit dryhundert marck vp die ſeluen dage vnde liggen acte weken vnde bereden. Dat ſilue ſchal dun dy rath van Premfflaw tu nien Angermunde, iſt dat he nicht ne bered. Dat diſſe Sune gantz vnde ſtede bliue von vnſer wegen vnde der dy dorch vnſs dun vnde laten willen vnd ſchollen, dat loue wy Otte mett vnſern veddern Johann ynde Woldemar vnde Marggreue Hermen mit greue Albrecht von Anhaltt, hern Abecke von Barby vnde mitt vnſen Mannen hern Hinricke vnde Henninge von Stegelitz, mit Henninge vnd Anſelm von Blankenborch, Diedericke von Kerkowe, Haſſe vnd Wedege von Wedele, mit Clauſe von Buck, Otten von Holſcendorpe, Henninge von Mentiz vnde Dequed. Vp datt ditt ewig ſy vnde einer bekentniſſe diſſer dedinghe diſſer gelouedes, des henge wy vnſe Ingeſegele an diſen iegenwerdigen briue mit vnſer witſchap vnde vnſen fryen wilkore in der vorſproken tydt.

Nach dem Originale. Nach einer etwas abweichenden Copie in Klöden's Waldemar I., 421.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CXLIV. Markgraf Hermann verleiht dem Domcapitel das Patronatsrecht über die Katharinenkirche in der Neustadt Brandenburg, am 1. Febr. 1305.

— nos, Hermannus, dei gratia Brandeburgensis marchio et dominus de Hinnenberch, recognoscimus, nec non ad universorum Christi fidelium etatis tam presentis quam postere cupimus noticiam devenire, quod ob nostrorum nostrorumque predecessorum salutem animarum proprietatem juris patronatus ecclesie nove civitatis Brandenburch dyocesis Brandenburgensis, contulimus ac dedimus venerabilibus dominis Johanni preposito, Walthero priori totique capitulo cathedralis ecclesie Brandenburg cum universis fructibus ac proventibus ac utilitatibus quibuslibet, ad ecclesiam prefatam spectantibus, perpetuis temporibus nunc deinceps quiete et pacifice possidendam. Hujus autem nostre donationis tam libere quam voluntarie sunt testes: Fridericus de Alvensleve, Lodewicus de Wansleve, Henricus pincerna, Gerhardus de Wedderden, Borchardus de Berthensleve, Conradus plebanus in Frankenvorde, Slothekinus tunc temporis curie notarius et alii quam plures fide digni. Preterea ut hec nostra donatio inviolabilis perseveret, et ne a quoquam heredum aut successorum nostrorum quomodolibet violetur, presentem paginam inde confectam tradidimus in evidenciam ampliorem sigilli nostri appensione communitam. Acta sunt hec Ozzetzs, et data annis dominice incarnationis M°. CCC°. V°. epacta XXIII. indictione III. concurrente IIII. Kal. Februarii.

Nach dem Originale.

CXLV. Der Markgraf Hermann bezeugt, daß sein Verschenken des Patronatsrechtes der Katharinenkirche in Brandenburg dem bisherigen Prediger nicht schaden solle, am 7. März 1305.

Hermannus, dei gratia Brandeburgensis et Lusatie marchio et dominus de Hinnenberch, omnibus presentium audituris continentiam seu visuris salutem et omne bonum. Licet ad laudem dei omnipotentis ejusque sancte genetricis et virginis Marie sanctique Petri apostolorum principis, ad nostram quoque ac progenitorum nostrorum salutem ac etiam favorem et dilectionem dilecti nostri patrui Ottonis, Brandeburgensis et de Landesbergh magnifici marchionis, jus patronatus ecclesie sanctarum Katherine et Amalberge virginum, civitatis nostre nove Brandeborch viris honorabilibus et discretis, dominis Johanni preposito ac capitulo cathedralis ecclesie sancti Petri predicti in Brandeborch dederimus post mortem discreti viri Dengheri, tunc plebani ejusdem ecclesie perpetuo possidendum; Hoc tamen eidem Denghero in nullum prejudicium cedere volumus vel gravamen, sed volumus, ut eandem ecclesiam pacifice, quoad vixerit, possideat et quiete, nisi forte ex bone voluntatis proposito amicabiliter cedere ipsis velit. In cujus rei evidentiam presentes eidem Denghero pro securitatis solatio dedimus sigilli nostri munimine roboratas. Testes quoque hujus sunt Droyseko curie nostre dapifer, Pyzko de Lossow, Zabellus de Doberun pincerna noster et Heinricus de Bryzk, coquinarius noster, et plures alii fide digni. Datum Spandow per manum Slotekini nostri notarii, anno domini millesimo tricentesimo quinto, dominica Invocavit.

Nach dem Originale.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CXLVI. Bischof Friedrich von Brandenburg unirt die Kirche zu Auckun der Kirche des Jungfrauen-Klosters in Zerbst, am 20. Mai 1305.

— (Fridericus, dei gratia Brandenburgensis ecclesie Episcopus) — Auctoritate, qua fungimur, ordinaria, qua possumus unire et separare ecclesias parochiales, Ecclesiam Sancte Marie virginis in Ankona, cujus jus patronatus spectare dinoscitur ad Monasterium S. Marie virginis Sanctimonialium in Czerwist Ecclesie ipsius Monasterii adjungimus et unimus ita quod Ecclesia sita in Monasterio mater sit et Ecclesia in Ankona sit filia et pro filia ipsius monasterii Ecclesie in perpetuum habeatur. Datum Anno M. CCC. V., feria quinta post cantate.

Nach Beckmann's Anhalt. Hist. III., 306.

CXLVII. Das Domcapitel vereignet einige Einkünfte der Kirche in Damme, am 12. Juni 1305.

— veniens ad nos, Johannem, dei gratia prepositum, Walterum, priorem, et Hinricum cellerarium, dictum de Gardelegen, totumque capitulum ecclesie Brandenburgensis Conradus, dictus Churinus, cupiens seminare in hac vita benedictionibus, quod posset metere in vita benedictiones perpetua, sui purgatorii et suorum peccatorum salubriter restaurationem. Nos itaque Johannes, dei gratia prepositus, Walterus, prior, Hinricus, cellerarius, totumque capitulum ecclesie Brandenburgensis, intuentes hujus Conradi bone mentis affectum, qui secundum philosophos et alios sapientes semper est propagandus et in nulla sui parte minuendus. Hinc est, quod vendidimus pro viginti marcis argenti Brandenburgensis concorditer predicto Conrado III fructum duri frumenti, videlicet XXVII modios siliginis et XXVII modios ordei et sex solidos Brandenburgensis denariorum, singulis annis danda in festo sancti Martini de curia jam dicti Cunradi, sita in villa quadam Damme, plebano ecclesie ville Damme et cuilibet suorum successorum percipienda in perpetuum, ut singulis secundis feriis et singulis sextis feriis omnium hebdomadarum singulorum ac omnium annorum a plebano predicte ecclesie in Damme et suis successoribus, aliis jam dicte ecclesie plebanis in ecclesia ville Damme pro animabus patris et matris sepedicti Cunradi et pro animabus sui et uxoris sue Catharine nomine et omnium amicorum suorum perpetuo dicantur due misse. Nunc autem generatio adveniens et generatio transiens cum tempore more fluentis aque, qua generatione et tempore omnia, que sunt in mundo, variantur et mutantur, volumus nihilominus istud factum tam presentium quam futurorum nostrorum successorum in posterum ab industria perpetuo inviolabiliter observari. In cujus rei majorem evidentiam etc. presentibus Brunone, dicto de Ghore, et Johanne, prefecto antique civitatis Brandenburgensis. Actum presentibus et aliis quam pluribus testibus fide dignis. Datum Brandenburg, anno domini M. CCC. V. pridie id. Junii.

Nach der Copie im alten Copialbuche.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CXLVIII. Markgraf Otto vereinigt das Domcapitel mit der Altstadt Brandenburg, indem er die Görnesche Heide theilen läßt, am 23. Mai 1307.

Nos Otto, Dei gracia Brandenburgenſis et de Luſatia Marchio, recognoſcimus et ad univerſorum Chriſti fidelium notitiam, tenore preſentium, publice volumus pervenire, quod diſſenſionis ſeu controverſie materiam, inter honorabiles viros ſcilicet, dominos Johannem Prepoſitum, Priorem, totumque Capitulum Brandenburgenſis eccleſie, parte ex una, et Burgenſes univerſos antique civitatis Brandenborch, parte ex altera, aliquandiu habitam ſopire et ad amicabilis compoſitionis unionem reducere toto mentis deſiderio cupientes; mericam infra eandem civitatem et curiam Gorne ſitam, que hujusmodi diſſenſionis extitit origo, de noſtro noſtrorumque diſcretorum maturo conſilio, duximus diſtinguendam, ad quod noſtri fideles, videlicet, Conradus de Redere, Otto Marſcalcus et Broſeko Magiſter Coquine, milites et Mathias de Bredow, tunc temporis advocatus accedentes ipſam mericam, prout eiſdem commiſimus, equanimiter, ut magis videbatur competere, diviſerunt, partem ipſius merice magis vicinam curie Gorne, predictis dominis, et magis proprinquam antique civitati Brand. Burgenſibus inibi tribuendo. Volentes etiam ut tollatur in poſterum ſuper iſto quelibet materia queſtionis, partem ſic diſtinctam, colliculis ſeu lapidibus, ut eſt conſuetudinis, conſignari. Et Nos Woldemarus eadem gratia predictorum dominiorum Marchio et Dominus, ordinationem hujusmodi gratam et ratam habentes, una cum predicto chariſſimo patruo noſtro Marchione Ottone predicte merice diſtinctionem, per predictos nobis fideles, rationabiliter et rite factam, precipimus tam a predictis dominis quam Burgenſibus, ſub obtentu noſtre gratie inviolabiliter obſervari. In cujus facti evidentiam firmiorem, preſentes literas ſuper eo confectas, tradidimus noſtrorum ſigillorum appenſionibus roboratas. Adhibitis teſtibus idoneis videlicet noſtris fidelibus, Ludolfo Seniore de Wedele et Henrico de Steghelitz noſtre Curie Dapifero et ſupraſcriptis, et aliis quam pluribus fide dignis. Datum Rathenowe Anno Domini milleſimo trecenteſimo ſeptimo, in tertia feria ante Feſtum beati Vrbani Epiſcopi et Martyris.

Nach Gercken, Stifts-Hiſtorie von Brandenburg S. 522—524.

CXLIX. Der Magiſtrat der Neuſtadt Brandenburg macht einen Vertrag mit dem Domcapitel über den Zehnten aus Planow für den Prediger daſelbſt, am 5. Juni 1307.

— Noverint — univerſi preſentes et quos divina gratia futuros produxerit ineſſe, quod nos conſules tam veteres quam recentes nove civitatis Brandenburg communi conſenſu et omnium noſtrorum voluntate quandam fecimus tranſactionen decime predialis cum domino Johanne plebano ville Planowe nec non cum omnibus ſuis ſucceſſoribus, plebanis predicte ville, ita quod nullus ſucceſſorum ſuorum nec nos vel futuri ſucceſſores noſtri debeant noſtrum ſolemne factum revocare, et hoc diſcernimus mediante conſilio et auxilio honorabilium virorum reverendi patris et domini Johannis, prepoſiti, Walteri, prioris, totiuſque capituli eccleſie Brandenburgenſis fore factum ſub hac forma: Nos itaque omnes agros dicte ville redegimus in ſexdecim manſos ſub quatuor prediis excolendos, de quibus ex jure devoluto tenebamur decimam meſſualem ſimul et minutam ſingulis annis plebano dicte ville Planowe perſolvendam. Pro quibus decimis obligamus agricultores predictorum prediorum ad

tria talenta novorum denariorum bonorum et legalium in quolibet feſto beati Michaelis annis ſingulis perſolvenda. Licet etiam predicti agri per incendia, gwerras ſive rapinas ſeu quocunque alio modo deſolatio fieri poterit, omnino maneant inculti, nihilominus obligamus nos et futuros ſucceſſores noſtros ad predictorum trium talentorum de fiſco noſtro ſeu eorum, qui poſt nos futuri ſunt, propria manu perpetuis temporibus ſolutionem. Verum etiam plebanus dicte ville Planowe obtinebit in eadem villa curiam dotis et aream aliam, adherentem ipſi, cum prato uno libere et quiete, prout ſui anteceſſores longe antea obtinuerunt vel poſſederunt. Adjicimus inſuper et obligati ſumus nos agricultores de predictis allodiis cuſtodi rerum eccleſie quolibet anno ad dimidium chorum ſiliginis aut perſolvendum pro cuſtodie pretio eidem deputato. Item hortulani quicunque fuerint pro cuſtodie pretio unum quartale ſiliginis annis ſingulis quilibet eorum cuſtodi preſentabit. Ne igitur hec tranſactio noſtra aliquam poſſit temerariam inferre dubietatem, preſentem paginam ſigilli noſtri munimine de certa noſtra ſcientia fecimus roborari. Teſtes vero hujus tranſactionis ſunt Hinricus, plebanus veteris civitatis, Arnoldus, plebanus nove civitatis Brandenburg, Hinricus camerarius, Nicolaus celerarius, Hinricus de Gardeleve, magiſter ſtructure, canonici ejuſdem eccleſie Brandenburgenſis Johannes de Monkeberge, ſenior, Rudolphus Monetarius, Henningus de Motelow, Martinus de Lubas, Conradus de Merica, Nicolaus de Lapidea Domo, cives nove civitatis Brandenburgenſes et alii quam plures clerici et laici fide digni. Datum in urbe Brandenburg anno domini M°. CCC°. VIII°. nonas Junii.

Nach einem Tranſſumt aus der Urk. von 1342.

CL. Papſt Clemens V. giebt den Biſchöfen von Brandenburg, Havelberg u. a. auf, dem Erzbiſchof Burchard zur Erlangung der Beſitzungen behülflich zu ſein, welche durch den Tod des Landgrafen Tizemann erledigt worden, am 23. März 1308.

Clemens Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, venerabilibus fratribus Brandenburgenſi, Miſnenſi, Numburgenſi, Merſeburgenſi et Havelbergenſi Epiſcopis ſalutem et apoſtolicam benedictionem. Cum ſicut accepimus venerabilis frater noſter Burchardus Archiepiſcopus Magdeburgenſis Metropolitanus veſter pro recuperandis et defendendis bonis et juribus eccleſie ſue, tam his que Ticemannus, Landgrafius Thuringie, eccleſie predicte vaſallus, ab eadem eccleſia dum viveret retinebat, nunc devolutis ad eam pro eo quod idem Landgravius abſque heredibus noſcitur deceſſiſſe, quam aliis bonis que ad dictam eccleſiam per obitum, vaſallorum ipſius abſque heredibus decedentium devolvuntur, nec non pro recuperatione et defenſione aliorum jurium et bonorum dicte eccleſie in quibus eſt eadem pene eccleſia collapſa noſtro et aliorum indigeat auxilio et favore; nos attendentes quam conveniens ſit et dignum quod membra capiti congrua cum expedit ſubventione reſpondeant, fraternitatem veſtram rogamus et hortamur attente per apoſtolica vobis ſcripta mandantes quatenus eidem Archiepiſcopo per vos et homines veſtros ſic aſſiſtatis efficaciter in premiſſis auxiliis oportunis, cum ab eo ſuper hoc fueritis requiſiti, quod ipſe veſtro et aliorum cooperante favore bona et jura predicta recuperare valeat et tueri, voſque proinde preter divine gratie premium noſtram benedictionem et gratiam uberius conſequi valeatis. Datum Pitavis X. Kal. Aprilis, pontificatus noſtri anno tertio.

Gercken, Stifts-Hiſtorie von Brandenburg S. 524. Buchholz, Geſch. des Churm. Br. IV, 160.

CLI. Die Grafen von Anhalt bekunden die von Burchard von Barby mit Consens des Bischofs Volrad von Brandenburg vorgenommene Gründung eines Stiftes bei der St. Bartholomäikrche in Zerbst, am 10. Dez. 1308.

I. N. D. Nos Albertus dei gratia Comes de Anhalt et filius noſter Sigfridus — proteſtamur, quod Nobilis Dominus Burchardus de Barboy de Parochia Sancti Bartholomei in Cerwiſt Canoniam diuina inſpirante Gratia inſtaurauit, cui addidit Eccleſiam in Leptow conſentiente Venerabili Patre domino Wolrado Brandenburgenſis Eccleſie Epiſcopo piumque factum pre deuotionis auxilio auctorante —. —. Datum in Caſtro Cerwiſt. Anno Domini M. CCC. VIII. Quarto Idus December.

Ausführlich in Beckmann's Anhalt. Hiſt. III., 203. 204.

CLII. Bischof Friedrich von Brandenburg verleiht der St. Gertraud-Kapelle zu Quedlinburg einen Ablaß, am 19. Juni 1309.

Fredericus, dei gratia Brandenburg eccleſie Epiſcopus — cupientes Capellam extra muros ciuitatis Quedelingeburch in honore S. Gertrudis Virginis dedicatam congruis honoribus frequentari, — omnibus vere penitentibus — XL dies indulgencie cum vna karena — relaxamus, dummodo Dioceſani conſenſus ad hoc acceſſerit et voluntas. Datum Gatersleue, anno Domini MCCCIX, in die Geruaſii et Prothaſii martyrum glorioſorum.

Nach Erath Cod. dipl. Quedl. 355.

CLIII Der Bischof und das Domcapitel zu Brandenburg vereinigen die Kirche zu Schartow mit dem Stifte U. L. Frauen in Magdeburg, 1309.

In nomine ſancte et indiuidue trinitatis. Fredericvs, Dei gratia Brandenburgenſis eccleſie epiſcopus, Johannes prepoſitus Waltherus prior, totumque capitulum eiuſdem eccleſie, uniuerſis tam preſentibus quam futuris in uero ſalutari ſalutem et ſinceram in domino karitatem. Sicut ingratitudinis uicium fluenta gratie et fontem liberalitatis exſiccat, ſic utique gratitudinis uirtus accendit animos deuotorum in amplioris fidei et plenioris ſinceritatis affectum. Vt ergo purum fiat, quicquid circa deuotos agimus et ſincerum ſtatum ipſorum cupimus ampliari potius, quam arctari. Poſtquam ergo ex quadam permutatione ius patronatus eccleſie parochialis ſancti Sebaſtiani in uilla Schartowe dyoceſis Brandenburgenſis ad honorabilem uirum dominum prepoſitum et eccleſiam ſeu monaſterium beate Marie uirginis in Madeburch ordinis Premonſtratenſis, titulo permutationis fuiſſet tranſlatum, conſiderantes qualiter prefata eccleſia ſancte Marie tam iugiter quam preclare pre ceteris ſit deuota ac prefulgeat corpore reuerendiſſimi patris Norberti, qui ibidem memoriter tumba requieſcit, attendentes quoque, quomodo noſtra eccleſia cum ſimilibus ſalutiferis gaudeat et fulciatur edictis Norbertinis, Cu-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

pientes nunc oportuno tempore predictam ecclesiam beate Marie aliquo speciali salutari ad honorem Dei patris omnipotentis ac ad laudem alme uirginis Marie iam dicte ecclesie patrone, nec non ad decorem serenissimi patris Norberti ex meritis, deliberatione dudum prehabita, ut presentia cedant in capacitatis memoriam in futuro, uolumus et ordinamus infra scripta nostram ordinationem ac incorporationem in perpetuum ualituram uidelicet, quod Plebanus quicunque seu Rector ecclesie prefate in Scharthowe, qui pro tempore fuerit, VI. marcas argenti Stendalgensis, Magdeburgensis ponderis, et octo choros diuersi generis annone supradictis preposito, qui pro tempore fuerit et ecclesie sancte Marie singulis annis in perpetuum et cunctis temporibus seculorum de reditibus et prouentibus ipsius ecclesie annualibus in Scharthowe ad usus prefati prepositi ac ipsius ecclesie persoluet, presentabit, donabit atque dabit ad diem sancti Martini hiemalem, quas VI. marcas et octo choros ad usus dicte ecclesie sancte Marie in Magdeburg incorporamus, ad quam etiam prestationem et persolutionem redituum predictorum sepedictis preposito et ecclesie sicut premittitur, sic libere, sic pie faciendam omnem qui in dicta ecclesia parochiali plebanus seu rector ecclesie parochialis inuentus fuerit, aut se pro plebano uel rectore gesserit uel habuerit, cuiuscunque status uel conditionis fuerit, singulis annis nunc et in perpetuum uolumus obligari. Si uero quoquo modo talis rector prefate ecclesie parochialis contra predictam nostram ordinationem nouiter aut in solutione predictorum reddituum negligens seu rebellis fuerit, aut quicquam fecerit, per se uel per alium aliqua causa uel ingenio de iure uel de facto, sub pena dupli dicte summe VI. marcarum et refectione dampnorum et expensarum litis et extra ad predicta sciat se teneri et pena soluta uel non predicta damna et singula rata et firma permaneant et perdurent. Ne igitur beneficium sicut premittitur, gratanter factum fiat nobis et ecclesie Brandenburgensi in posterum inutile et dampnosum in omnibus premissis prout narrata sunt et narrantur, iura episcopalia ecclesie nostre Brandeburgensis ac prepositi eiusdem ecclesie et loci in uniuersis et singuls ac in kathedratico, synodatico et synodalibus suo tempore dandis et prestandis, nec obstantibus nec preiudicantibus premissis, nobis retinemus semper salua. Ad hec adiicimus, quotienscunque quandocunque et ubicunque ab episcopo Brandeburgensi qui pro tempore fuerit, seu ab ipsa ecclesia Brandeburgensi contigerit fieri in ipsa dyocesi Brandeburgensi in cleros seu clericos precariam exactionem, seu subsidium generale uel speciale, exnunc prout ex tunc precariam exactionem seu subsidium, quoad estimationem uiginti et octo frustorum redituum nobis et ecclesie Brandeburgensi retinemus, Hoc est, predicta ecclesia sancte Marie in Magdeburg una cum prefata parochiali ecclesia in Scharthowe seu rectore eiusdem ecclesie in Scharthowe, qui pro tempore fuerit, nomine ipsius ecclesie parochialis pro uiginti et octo frustis in tali precaria exactione seu susidio contribuere et soluere tenebuntur nobis et ecclesie Brandeburgensi, que summa XX. et octo frustorum fuit, est et erit uetus et antiqua estimatio ecclesie in Scharthowe prelibate. Item eiusdem Plebanum seu rectorem ecclesie ad mandata nostra recipienda et illa exequenda ad omnia alia et singula facienda, que subditi nostri et ecclesiarum rectores seu Plebani nostre dyoc. nobis et ecclesie Brandenburgensi faciunt et obediunt, obligatum esse uolumus et astrictum. Testes predicte ordinationis et incorporationis sunt, honorabilis uir, dominus Otto de Brena canonicus et cellerarius ecclesie Magdeburgensi, dominus Johannes prepositus ecclesie Brandeburgensis et totum eiusdem ecclesie capitulum, Albertus dictus Strom, notarius noster, et quamplures alii fide digni. Preterea protestamur, immo specialiter nobis reseruamus et retinemus, quod propter dictam ordinationem et incorporationem et gratie factionem nostram, nullum preiuditium et incommodum de iure et de facto, quod nunc et quocunque tempore in posterum poterit susciti, nobis et ecclesie Brandeburgensi uolumus generari, sed secundum nostrum arbitrium

et placitum in dicta ecclesia in Scharthowe plene nobis retinemus potestatem et uoluntatem; cuncta et singula facere, que in parochiis et ecclesiis parrochialibus nostre dyoc. facimus aut in futurum faciemus, nec non Plebanum seu rectorem dicte parrochialis ecclesie, qui pro tempore fuerit, in his et in similibus et aliis ecclesiis parochialibus nostre dyocesos requiruntur et exiguntur per presentes nostras literas et presentem nostram protestationem ordinationem et conseruationem uolumus obligari. Vt autem predicta nostra ordinatio et incorporatio et omnia predicta, sicut a bona uoluntate et liberalitate nostra procedunt, perpetua stabilitate ac sollicitudine ac futuro tempore firma et inconuulsa a cunctis fidelibus habeantur et obseruentur, presens inde priuilegium conscribi precipimus, nostrarum imaginum impressionibus et sigillorum nostrorum munimine roboratum. Actum et datum anno Domini Millesimo trecentesimo nono. Pontificatus nostri Fred. ante dicti episcopi.

Ludwig, Reliquiae Diplomatum Bd. II, S. 469—473.

CLIV. Der Erzbischof Borchard von Magdeburg bestätigt die Uebereinkunft zwischen dem Bisthum Brandenburg und den Markgrafen v. J. 1238, am 9. Aug. 1311.

Borchardus, dei gratia sancte Magdeburgensis ecclesie archiepiscopus, — litteras infrascriptas non cancellatas, non abolitas sed omni suspicione carentes sub sigillis pendentibus, de quibus in fine earundem litterarum fit mentio, vidimus et plene ac totaliter legi ac recitari audivimus in hec verba: Eggehardus dei gratia etc. In cujus rei testimonium presens scriptum a litteris prefatis transsumptum appensione sigilli nostri ad instantiam venerabilis fratris nostri domini Frederici, Brandeburgensis episcopi, fecimus fideliter communiri. Datum Magdeburch anno domini M°. CCC°. undecimo, in vigilia beati Laurentii martyris, pontificatus nostri anno quarto.

Nach dem Originale.

CLV. Der Markgraf Woldemar vereignet dem Altare des heil. Antonius in der St. Katharinenkirche einige Renten, am 29. Aug. 1311.

Noverint universi tenorem presentium inspecturi, quod nos Woldemarus, dei gratia marchio Brandenburgensis et Lusatie sacrique imperii Romani archicamerarius, ob jugem et perennem magnificorum principum, marchionum Brandenb. felicis recordationis, predecessorum nostrorum, nostre, heredum et successorum nostrorum animarum memoriam nec non ad instantiam diligentem strenui viri Hinrici de Gladow, militis nostri fidelis dilecti, appropriavimus et appropriare decrevimus per presentes annuatim dimidium talentum cum quarto dimidio solido Brandenburgensis monete in theloneo nostre civitatis nove Brandenburg altari beati Antonii in ecclesia beate Catharine ejusdem civitatis nove Brandenburg perpetuis temporibus sine inquietatione qualibet quiete et pacifice percipiendum, renunciantes pro nobis, heredibus et successoribus nostris omni juri, actioni et impetitioni, que nobis in premissis reditibus competebant vel competere potuerint aliqualiter in futurum. In cujus rei

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

teſtimonium preſentes dari fecimus, ſigilli noſtri appenſi munimine firmiter communitas. Teſtes hujus ſunt venerabilis pater et dominus, Otto archiepiſcopus Magdeburg., Rudolphus et Otto, duces Saxonie, et Albertus, princeps in Anehalt et Albertus, nobilis dominus in Barbi, Wernerus miles de Anvorde, Bernardus dominus in Ploſtzik nec non Johannes de Belitz, noſtre curie protonotarius, et alii plures fide digni. Datum Brandenburg anno domini M°. CCC°. XI^mo. in die decollationis beati Johannis baptiſte.

Nach dem Originale.

CLVI. Ablaßbrief des Erzbiſchofs Heinrich von Cöln für die Petri-Capelle auf der Burg Brandenburg, am 30. März 1312.

Univerſis Chriſti fidelibus preſentes litteras inſpecturis. Nos Hainricus, dei gratia ſancte Colonienſis eccleſie archiepiſcopus, ſacri Romani imperii per Italiam archycancellarius ſalutem in domino ſempiternam. — Cupientes igitur, ut capella ſancti Petri Brandenb. dyoceſis et ejuſdem civitatis extra muros ſita congruis honoribus frequentetur et a Chriſti fidelibus jugiter veneretur, omnibus vere penitentibus et confeſſis qui ad ipſam capellam in feſtivitatibus ſancti Petri, nativitatis domini noſtri, Jheſu Chriſti, reſurrectionis, aſcenſionis et pentecoſtes, in omnibus et ſingulis feſtivitatibus beate Marie ſemper virginis nec non in feſtivitatibus omnium apoſtolorum, in commemoratione omnium ſanctorum, in dedicatione ejusdem capelle, in octavis feſtivitatum predictarum octavas habencium cauſa devotionis et orationis acceſſerint annuatim vel qui ad fabricam predicte capelle manus porrexerint adjutrices, de omnipotentis dei miſericordia et beatorum Petri et Pauli, apoſtolorum ejus, auctoritate confiſi XL dies indulgentie de injunctis eis penitentiis miſericorditer relaxamus, dummodo dyoceſani ad id voluntas acceſſerit et conſenſus. Datum Vienne anno domini M°. CCC°. XII°. III Kal. April, pontificatus domini Clementis pape quinti anno ſeptimo.

Nach dem Originale.

CLVII. Ablaßbrief des Erzbiſchofs Otto von Aker für die Petri-Capelle, am 1. Mai 1312.

Univerſis Chriſti fidelibus preſentes literas inſpecturis nos Otto, dei gratia Acherontine eccleſie archiepiſcopus, ſalutem in domino Jeſu Chriſto. Splendor paterne glorie, qui ſua mundum illuminat ineffabili claritate, pia vota fidelium ut clementiſſima ipſius majeſtati ſperantium tunc benigno favore proſequitur, cum devota ipſorum humilitas ſanctorum precibus et meritis adjiciatur. Cupientes igitur, ut capella ſancti Petri, Brand. dioceſis et ejuſdem civitatis, congruis honoribus frequentetur et a Chriſti fidelibus jugiter veneretur, omnibus vere penitentibus et confeſſis, qui ad ipſam capellam in feſtivitatibus nativitatis domini noſtri Jeſu Chriſti, reſurrectionis, aſcenſionis et pentecoſtes ac in omnibus et ſingulis feſtivitatibus beate Marie ſemper virginis et in feſtis beati Petri apoſtoli et in

festivitatibus omnium apostolorum, in commemoratione omnium sanctorum, in dedicatione ejusdem capelle et in octavis festivitatum predictarum octavas habentium causa devotionis accesserint annuatim, vel qui ad fabricam sepedicte capelle manus porrexerint adjutrices, de omnipotentis dei misericordia et beatorum Petri et Pauli, apostolorum ejus, auctoritate confisi, quadraginta dies indulgentie de injunctis sibi penitentiis misericorditer in domino relaxamus, dummodo diocesani voluntas ad id accesserit et consensus. Datum Vienne anno domini M. CCC. XII. Kal. Maji, pontificatus domini Clementis, pape V, anno septimo.

Nach einer Copie im alten Copialbuche.

CLVIII. Der Herzog Rudolph von Sachsen verkauft das Dorf Fredersdorf an den Propst und an das Domcapitel unter gewissen Bedingungen, am 9. Dezember 1313.

— omnibus — innotescat, quod Rudolfus illustris dux Saxonie, vendidit villam in Vrederikestorp ac proprietatem ejus cum omni jurisdictione ac pertinentiis libere ac plene, sicut ipse possedit, ecclesie Brandeburgensi in perpetuum possidendam: bona vero ab ipso duce in eadem villa inpheudata ecclesia Brandeburgensis a pheudatariis liberare valeat sub hac forma, videlicet ut unicuique pheudatario a preposito predicte ecclesie sua bona in pheudum recipere nolenti pro quolibet frusto pheudi dabit quinque marcas argenti Brandenburgensis ponderis et monete. Preterea ecclesia Brandenburgensis dat predicto duci Rudolfo plenam ac liberam optionem ad reemendum illam villam, scilicet Vrederikestorp, infra triennium a festo nativitatis nunc venturo usque ad tres annos continue numerandum in hunc modum: scilicet si in primo anno predictam villam Vrederikestorp reemerit, tamen totam jurisdictionem servitium et precariam ac penitus quicquid de sepedicta villa cedere possit, ecclesia Brandenburgensis sibi plenarie retinebit; si vero in secundo anno et ante festum Pentecostes reemerit, statim postquam argentum scilicet ducentas marcas et sexaginta Brandenburgensis ponderis et monete solverit, tota jurisdictio et servitium ville Vrederikestorp sibi plenarie tribuatur, precariam autem integre sicut in anno primo ecclesia Brandenb. sibi retinebit, quod si rustici illius ville in danda tali precaria rebelles vel neglientes, postquam dux habuerit jurisdictionem illius ville Vrederikestorp, fuerint, per advocatum sepedicti ducis dicta precaria nomine Brandeb. ecclesie ac si duci cederet, extorqueatur. Si vero in tertio anno reemerit idem per omnia sicut in secundo; si vero per illud triennium reemere neglexerit, ultra ad festum Pasche ad remeendam inducias habebit. Quod si infra illud tempus non reemerit, sepedictam villam Vrederikestorp, ecclesie Brandeb. perpetuo manebit subnixa. Testes hujus rei sunt Thedolfus dominus de Nydeke, Tylo de Noppin, Conradus de Tumen et Conradus Vogelsak, milites, ac dominus Tydericus, notarius predicti ducis, nec non Bodo plebanus in Beltyz. In hujus facti evidens testimonium prefatus dux Rudolfus, ac Johannes, predicte ecclesie Brandeb. prepositus, presens scriptum fecerunt suorum sigillorum munimine confirmari. Actum et datum in Beltyz anno domini M°. CCC°. XIII°. dominica Populus Syon.

Nach dem Originale.

CLIX. Die Herzöge Rudolph', Albert und Wenzel von Sachsen verkaufen das Dorf Frederskorf an den Propst und das Domcapitel, am 9. Dez. 1313.

— Rudolphus, Albertus et Wenzlaus, dei gratia duces Saxonie — libere et voluntarie de consensu omnium, quorum interest, et de maturo consilio consiliariorum nostrorum vendidimus et tradidimus, vendimus et tradimus proprietatem et jus proprietatis ville Vrederikestorp cum omnibus ejus pertinentiis singulis et universis, cum viis et inviis, accessibus et egressibus, terris, mansis, cultis et incultis, in quantum fines et extremitates camporum ville Vrederikestorp se extendunt, videlicet ut agri, qui in longum se extendunt in tanta longitudine, sicut agri, qui ex transverso vadunt, permanebunt, silvis, lignis, rubetis, nemoribus, rubis, salicibus, pratis, pascuis, graminibus, cum aquis, aquarum discursibus, molendinis factis et faciendis, ripis, piscinis, piscatonibus et paludibus, cum serviciis et servitutibus tacitis et expressis, cum omni libertate, cum advocatiis, judiciis et jurisdictionibus omnium predictorum, quocunque nomine censeantur, proprietatis tytulo et modo et cum omni jure, prout hactenus habuimus et possedimus, nichil nobis juris in predictis omnibus retinendo, honorabili domino Johanni, Brandeburgensis ecclesie preposito, ecclesieque sue Brandeburgensi perpetuo possidendis (sic!) libere et quiete pro ducentis et sexaginta marcis, quam pecuniam ab eodem Johanne, preposito predicto libratam et numeratam totam in moneta Stendalgensi recepimus. Habebunt vero villani dicte ville Vrederikestorp usum usufructum et utilitatem lignorum, graminum et pascuorum totius paludis pro pretio consueto, quod pretium preposito Brandeburgensi et sue ecclesie erogabunt, ipse etiam prepositus et suus conventus Brandeburgensis de dicta palude quantum indiguerint, lignis valeant uti. Quicquid etiam de humulo et nucibus in prefata palude colligendis in quantum se palus versus villam Vrederikestorp vel confines ejus extendit, et a rivulo, qui dicitur Roderbeke, usque ad campum ville, que dicitur Boghetiz, villani nominate ville Vrederikestorp pro conventione et precio ut humulum et nuces colligant, preposito prefato et sue ecclesie Brandeburgensi tribuetur, sicut nobis hactenus donaverunt, nec a nobis vel advocato nostro vel a quoquam officiali nostro dicti villani in Vrederikestorp, ut humulum et nuces colligant, pro conventione et pretio, sicut alii dant in sepedicta palude debeant prohiberi. Item vasalli in eadem villa Vrederikestorp bona pheudalia tenentes cujuscunque conditionis fuerint, talia bona a prefato preposito in pheudum recipiant, quod, si qui hoc facere recusaverint, predictus prepositus unicuique pro unoquoque integro frusto emptionis titulo quinque marcas Stendalgensis monete et ponderis erogabit. Insuper predicta villa Vrederikestorp sub nostra protectione et tuitione ab injuriis, sicut et bona nostra, ex pacto in venditione facto perpetuo permanebit. In quorum omnium et singulorum supranominatorum ipsum dominum Johannem prepositum et ecclesiam suam in possessionem mittimus per presentes et investimus ipsique et sue ecclesie cavere de emptione quocunque tempore promittimus et a quolibet inquietatore warandare, renunciantes nichilominus omni exceptioni, defensioni et auxilio juris canonici et civilis, per que nostra possit venditio et traditio quomodolibet impediri. In hujus autem venditionis et traditionis confirmationem et evidentiam pleniorem et ne alicui dubium super hiis in posterum oriatur, presentes litteras cum infra scriptis testibus ad hoc vocatis pro testimonio scilicet domino Thedolfo de Nedekke, Conrado de Tumen, Tylone de Noppin, Conrado Vogelsak, militibus, domino Tyderico nostro notario et domino Bodone plebano in Beltyz et allis quam pluribus fide dignis, De nostro jussu et scientia conscriptas ipsi domino preposito et sue ecclesie dedimus et damus sigillorum nostrorum munimine roboratas. Actum et datum Beltyz anno domini M°. CCC°. XIII°. dominica, qua cantatur: Populus Syon.

Nach dem Originale.

CLX. Buſſo Gruvelhut verzichtet auf eine Rente im Dorfe Knobloch zu Gunſten der Petri-Capelle, am 31. Jan. 1314.

Venerabili in Chriſto patri domino ſuo reverendo, domino Frederico Brandeburgenſis eccleſie epiſcopo Buſſe miles dictus Gruelhut, ſe ad quevis ſua bene placita benevolum et paratum. Veſtre dominationi quatuor choros ſiliginis, quos in annuis reditibus a vobis et ab eccleſia Brandeburgenſi in villa Clebelock titulo pheudali hucuſque tenuimus et habuimus, liberaliter et aperte preſentibus reſignamus, renunciantes non vi, non metu neque aliqua coactione omni juri, quod nobis aut noſtris heredibus competit aut competere poſſit in poſterum in eiſdem, cupientes etiam jam predictos quatuor choros ſiliginis ad capellam beati Petri in Brandenburg perpetuo pertinere, ut proinde noſtrorum progenitorum animarum et noſtre fratriſque noſtri Johannis Gruelhut, facerdotis, anime, cum noſtre carnis debitum tempore ſuccedente ſolverimus, a ſingulis quibuſcunque ſacerdotibus, ipſius capelle altare officiantibus memoria perhenniter peragatur. In cujus rei teſtimonium et evidentiam preſentes noſtras litteras, ſigillo noſtro ſigillatas veſtre reverentie duximus tranſmittendas. Datum Spandow V feria ante purificationem beate Marie virginis.

Nach der Copie im alten Copialbuche.

CLXI. Quittung des Procurator des Domcapitels am päpſtlichen Stuhle über empfangenes Gehalt, vom 25. April 1314.

— Bernardus Renardi, archidiaconus Xanttonenſis, domini pape capellanus et ipſius litterarum contradictarum auditor ſalutem in domini. Noveritis, quod magiſter Taverninus de Novaria, olim procurator prepoſiti, prioris et capituli eccleſie Brandeburgenſis, in noſtra preſentia conſtitutus, confeſſus fuit et in veritate recognovit ſibi et per manus Johannis Milonis, canonici ejuſdem eccleſie, dantis et ſolventis vice et nomine dictorum prepoſiti, prioris et capituli plene et integre ſatisfactum uſque in hodiernum diem de omni ſalario ei debito ratione procurationis officii per ipſum magiſtrum Taverninum Hattenſem in Romana curia geſti pro prepoſito, priore et capitulo ſupradictis, de quo quidem ſalario ſic recepto prefatus magiſter Taverninus ſe ſane quitum, pacatum et contentum tenuit et vocavit —. Datum Carpentorati VII. Kal. Maji apoſtolica ſede per obitum felicis recordationis domini Clementis pape venerabilis ad preſens prouiſore vacante. Sub anno domini milleſimo CCC°, quarto decimo.

Nach dem Originale.

CLXII. Der Biſchof Friedrich ſchenkt der Petri-Capelle auf der Burg Brandenburg eine jährliche Rente aus der Havelfiſcherei, am 30. Auguſt 1314.

In nomine ſancte et individue Trinitatis. Fridericus, dei gratia Brandeburgenſis eccleſie epiſcopus univerſis tam preſentis quam futuri temporis Chriſti fidelibus ſalutem in omnium ſalvatore. Cum brevis uita ſit hominum et tempus labile, ne actiones, que fiunt ab hominibus durature,

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

propter oblivionem, que mater eſt erroris, evaneſcant cum tempore, ipſas expedit ſcripturarum memoriis perhennari. Animadvertendes itaque mente devotionis et conſiderantes quam pium ſit et decorum templa dei depreſſa erigere et ea pro poſſe in ſtatum priſtinum reformare, ad reformandam capellam antiquam, ſitam juxta majorem eccleſiam Brandeburgenſem in honore ſancti Petri, principis apoſtolorum, quondam edificatam, quam in conſpectu noſtro totiusque populi in contumeliam dei vidimus adeo dirutam et omnino deſolatam, quod nullo Chriſtianorum ſeu fidelium frequentaretur acceſſu nec officia ibidem divina agerentur, pudor et dolor jam pluribus defluxis temporibus nos crebrius excitabant; quapropter cum ſpiritualia abſque temporalibus ſubſiſtere nequeant, ut miniſter talis capelle commodius ſe valeat tenere quodque ibi officia divina jugiter habeantur, redditus novem talentorum denariorum monete Brandenburgenſis, quorum habere dinoſcimur tria in aquis piſcationum juxta oppidum Templin et ſex talenta in aquis piſcationum juxta opidum Pritzerwe, ad initium hujus reformationis miniſterio diſpenſationis nobis a deo commiſſo de conſenſu eccleſie capituli, prout ejusdem capituli ſigillum hic approbat, in dotem et pro dote dicte capelle tradimus, donamus et aſſignamus cum ea proprietate ac libertate et cum omni jure, ſicut nos et reverendi patres Brandeburgenſes epiſcopi predeceſſores noſtri, poſſedimus libere perpetuis temporibus, poſſidenda, mittentes cum hoc dominum Johannem dictum de Mylow, nunc rectorem prefate capelle, et ſucceſſores ſuos nomine ejuſdem capelle in poſſeſſionem predictorum novem talentorum tenore preſentium literarum. Teſtes hujus rei ſunt honorabilis viri et domini: Johannes prepoſitus, Heinricus prior, Henricus de Gardeleghe, Petrus celerarius, Johannes nove civitatis et Wolterus veteris civitatis plebani, canonici Brandeburgenſes nec non honeſti noſtre curie milites ſcilicet Bruno de Eylsleve, Henricus dictus Wopak, Thidericus de Waterlinghe ac plures aiii fide digni ad hoc rogati ſpecialiter et vocati. Et ut predicta inconvulſa et irrefragabiliter perpetuo permaneant, preſens privilegium predicte capelle concedimus ſigillo noſtro una cum ſigillo eccleſie dicti capituli noſtri ſigillatum. Noſque Johannes, dei gratia (prepoſitus) totumque capitulum eccleſie Brandeburgenſis ſigillum eccleſie noſtre in ſignum noſtri omnium conſenſus ad predicta una cum ſigillo reverendi patris, noſtri domini Frederici, epiſcopi noſtre eccleſie, duximus preſentibus concorditer apponendum. Datum Brandeburg anno ab incarnatione domini M°. CCC°. XIIII. III. Kal. Septembris.

Nach dem Originale.

CLXIII. Der Biſchof Friedrich beſtätigt die Schenkung einer Rente aus dem Dorfe Knoblech an die Petri-Capelle, am 8. Dez. 1314.

In nomine ſancte et individue Trinitatis. Fridericus, dei gratia Brandenburgenſis eccleſie epiſcopus, etc. Cum vita hominum brevis ſit et tempus labile, ſolent, ut expedit, actiones durature, que fiunt ab hominibus in tempore, ne propter oblivionem, que mater eſt erroris, ſimul dilabantur et evaneſcant cum tempore, ſcripturarum memoriis perhennari. Ad notitiam igitur omnium, quorum noſſe intereſt ac intererit in futurum, cupimus devenire, quod honorabilis dominus Johannes, dictus Gruelhut, Magdeburgenſis eccleſie canonicus, pium et devotum circa capellam antiquam beati Petri, principis apoſtolorum, ſitam juxta cathedralem eccleſiam Brandenburgenſem, geſtans affectum ad reformationem ejuſdem capelle, quam vidit ſicut et nos vidimus, adeo dirutam quondam

et desolatam, quod nullo frequentaretur fidelium accessu nec divina officia ibidem unquam agerentur, devotius cogitavit, sed attendens, quod absque temporalibus spiritualia subsistere nequeant, in remedium anime sue ac animarum patris sui Theodorici militis et Facye, matris sue, omniumque progenitorum et heredum suorum, quorum rectores hujusmodi capelle ecclesiasticis suffragiis memoriam habere teneantur, et ut anniversarius reverendi felicis recordationis domini Volradi predecessoris olim Brandenburgensis episcopi cum vigiliis et missa in choro per canonicos ecclesie Brandenburgensis ex pittantia hiisdem canonicis de infra scriptis facienda singulis annis perpetuo solemniter peragatur, quatuor choros siliginis de bonis suis Clebelock, liberam solus habens rerum suarum administrationem, in dotem et pro dote, etiam consentiente fratre suo Burchardo milite, dicto Gruelhut, cum duobus filiis suis, Johanne scilicet et Alberto coram nobiscum, sicut a nobis et ab ecclesia nostra tenuit, donavit, tradidit et assignavit et resignavit ad usum et commodum dicte capelle ac rectorum ejus libere perpetuis temporibus possidendos. Cujus piis factis et votis nos ob reverentiam dei et beati Petri, apostoli ejus, annuentes proprietatem predictorum quatuor chororum, de mero et unanimi nostri capituli, prout ejusdem capituli sigillum hic approbat, consensu, cum omni libertate et jure, si quod nobis et nostris successoribus occasione ipsorum chororum competeret vel competere posset in futurum, ipsi capelle donamus, tradimus et assignamus perpetuo possidendam, mittentes cum hoc dominum Johannem de Mylow, canonicum ecclesie Brandenburgensis, nunc rectorem prefate capelle ac suos successores nomine ejusdem capelle in possessionem dictorum chororum ac proprietatis, libertatis et omnis juris, ut premittitur, tenore presentium literarum. Testes hujus rei sunt: dominus Johannes prepositus, Hinricus prior, Hinricus de Gardelege, Petrus Cellerarius, Wolterus veteris civitatis, Johannes nove civitatis plebani, nec non honesti nostre curie milites, scilicet Bruno de Eisleve, Hinricus Wopak, Thidericus de Wederlinge ac plures alii fide digni. Et ut predicta inconvulsa etc. Datum Brandenburg, anno ab incarnatione domini M. CCC. XIIII. VI Non. Decembris.

Nach einer Copie im alten Copialbuche.

CLXIV. Markgraf Johann verleihet der Gülde der Elenden Eigenthum und Steuerfreiheit von einer Getreide-Rente im Dorfe Etzin, am 10. März (?) 1315.

In nomine domini amen. Nos Johannes, dei gratia Brandeburgensis et Lusatie Marchio, presentibus publice profitemur, quod ad laudem dei omnipotentis ejusque sancte genitricis et virginis Marie et omnium sanctorum, ad salutem quoque animarum, nostre videlicet et dilecte matris nostre ac patris nostri pie recordationis, domini Hermanni, quondam Brandenburgensis Marchionis, et aliorum predecessorum ac successorum nostrorum et omnium fidelium defunctorum fidelibus nostris Burgensibus in civitate nostra Brandemburg, qui dicuntur et sunt fratres kalendarum exilii, proprietatem dedimus et damus presentibus trium chororum siliginis, quos habent in reditibus in villa Etzin, minus quatuor modiis, cum quibus reditibus et aliis elemosinis peregrinos fovent et ipsis mortuis corpora tumulant, pia caritatis opera exercentes. Mandamus igitur et volumus, ut nullus advocatorum nostrorum vel officiatorum de dictis tribus choris minus quatuor modiis aliquam precariam exigat aut servitium privatum vel commune, sed volumus eosdem fratres Kalendarum exilii in eisdem bonis

gaudere perpetua libertate. Hujus rei teſtes ſunt Criſtianus de gerhardeſtorp, Hentzke de grobene, Buſſe de Mylaw, Henningus de Vorland et locſtede, milites, et Eghardus de Bardeleue, Marſchalcus noſter, et plures alii fide digni. Actum et datum ibidem in Brandenburgk, anno domini M°. CCC°. XV°. die martyrum.

Nach einem Transſumt in einer Urkunde vom Jahre 1509.

Gedruckt bei Buchholtz IV. B., Anhang, S. 169, Nr. 149 mit der falſchen Jahreszahl 1310 die 15. Martii. Buchholtz wußte ſich mit dem freilich unbeſtimmten Datum die martyrum nicht zu behelfen und traf daher vermuthlich jene Abänderung. Es ſind zwei dies martyrum, indem die Martyres XLII auf den 10. März und die Martyres XXIII auf den 5. Auguſt fallen. Höchſt wahrſcheinlich iſt hier der 10. März gemeint, da Markgraf Johann ſich nach andern Urkunden dieſes Jahres im April zu Brandenburg, dagegen im Juli und September zu Eberswalde aufhielt, wahrſcheinlich daher auch im Auguſt zu Eberswalde verblieb.

CLXV. Der Margraf Woldemar verpfändet das Dorf Barnewitz an das Domcapitel, am 9. Aug. 1315.

Nos Woldemarus, dei gratia Brandeburgenſis et de Luſatia marchio, recognoſcimus — quod honorabilibus viris, dominis Johanni prepoſito priori totique capitulo eccleſie Brandenburgenſis obligamur juſto obligationis titulo in centum marcis (argenti Brandenburgenſis *) et ponderis in feſto purificationis beate Marie virginis poſt datum preſentium affuture proxime finaliter perſolvendis. Proinde eiſdem dominis villam noſtram Bornewitz nomine pignoris duximus obligandam, dantes in hujus facti evidentiam firmiorem preſentes litteras noſtri ſigilli munimine roboratas, preſentibus teſtibus idoneis ſcilicet reverendo domino Friderico, Brandenburgenſis eccleſie epiſcopo, nobilibus viris Hermanno de Barbey et Gunthero comite de Kevernberg, Mathia de Bredow, noſtro advocato, Everardo prepoſito in Stolp noſtre curie capellano et notario, cum aliis pluribus fide dignis. Actum et datum in antiqua civitate Brandenburg, anno domini M. CCC. XV. in vigilia beati Laurentii martyris.

Nach einer Copie im alten Copiaro.

CLXVI. Der Markgraf Woldemar erlaubt dem Domcapitel eine Windmühle bei Garlitz zu bauen, am 22. Aug. 1315.

— nos Woldemarus, dei gratia Brandenburgenſis et de Luſatia marchio, dedimus et per preſentes literas damus, honorabilibus viris dominis prepoſito, priori totique capitulo eccleſie Brandenburgenſi liberam facultatem conſtruendi ventimolam in campis ville Garſeliz pro eorum et incolarum ejuſdem ville commodo et profectu, nolentes ipſos in hoc per nos noſtroſque advocatos aut officiales etiam quoſcumque aliqualiter impediri, dantes ſuper hoc preſentes litteras noſtri ſigilli munimine roboratas. Actum et datum in novo Landeſberg anno domini milleſimo trecenteſimo quinto decimo in octavo die aſſumptionis beate Marie virginis.

Nach dem Originale.

*) Dieſe beiden Worte fehlen im Texte, müſſen aber offenbar ergänzt werden.

CLXVII. Der Markgraf Johann bestätigt dem Domcapitel den Besitz des Dorfes Plötzin, am 15. Jan. 1316.

Nos Johannes, dei gratia Brandenburgenſis et Luſatie marchio — villam Plotzin, que cum omnibus ſuis appenditiis, cum precariis et ſervitiis quibuſcunque juſto proprietatis titulo, quia de hoc plene informati ſumus, pertinet prepoſito et eccleſie Brandenburgenſi tenore preſentium confirmamus et ad majorem ſecuritatem prefatam villam cum omnibus et ſingulis precariis et ſervitiis ac appenditiis et juribus ejuſdem univerſis ſolemni donatione pro nobis, heredibus et ſucceſſoribus noſtris donamus et appropriamus predictis prepoſito et eccleſie Brandenburgenſi in perpetuum habendam et poſſidendam, nihil juris nobis, heredibus et ſucceſſoribus noſtris in eadem villa in toto vel in parte reſervantes. Ut autem etc. Teſtes hujus rei ſunt Hinricus in Stendal decanus, Everardus in Stolp prepoſitus, Redeke de Redern, Mathias de Bredow, Henningus de Vorlandt et Buſſo de Milow, milites. Actum et datum Templin, anno domini M. CCC. XVI. feria quinta poſt octavam Epiphanie.

Nach einer Copie des Copialbuches. (Das Original in den Händen des Beſitzers des Dorfes.)

CLXVIII. Der Markgraf Johann beſtätigt dem Biſchofe von Brandenburg den Beſitz der obern Havel, am 15. Jan. 1316.

Nos Johannes, dei gratia Brandeburgenſis et Luſatie marchio, cupimus notum eſſe univerſis Chriſti fidelibus, ad quorum notitiam preſens ſcriptum pervenerit, quod ſuperiorem Obulam, quam cum proprietate hereditaria, ſuperiori et inferiori judicio, tractibus, piſcationibus quibuſcunque et qualibuſcunque et omnibus pertinentiis ſuis ad epiſcopum et ad eccleſiam Brandeburgenſem didicimus libere pertinere, confirmamus reverendo in Chriſto patri, domino Frederico, epiſcopo Brandeburgēnſi, et ſue eccleſie: et ad majorem cautelam prefatam Obulam et omnia et ſingula premiſſa cum earum pertinentiis eidem domino epiſcopo et ſuis ſucceſſoribus nec non eccleſie predicte ob ſpem divine remunerationis appropriando donamus juſto proprietatis titulo perpetuis temporibus poſſidendum. Ut autem hec confirmatio, donatio et appropriatio robur obtineat ſempiternum, preſens ſcriptum noſtri ſigilli robore fecimus communiri. Teſtes quidem rei ſunt Hinricus, in Stendal decanus, Everardus, in Stolp prepoſitus, Redeke de Redern, Matthias de Bredow, Henningus de Vorlande et Buſſo de Milau, milites cum aliis fide dignis. Actum et datum anno domini M°. CCC°. ſexto decimo, feria quinta poſt octavam epiphanie.

Gercken's Stiftsh. S. 525.

CLXIX. Der Markgraf Woldemar ſchenkt dem Domcapitel das Dorf Barnewitz, am 26. Febr. 1317.

— nos, Woldemarus, dei gratia Brandenburgenſis et Luſatie marchio, dedimus et donando dimiſimus honorabilibus viris dominis prepoſito totique capitulo eccleſie Brandenburgenſis villam Bornewitz cum omnibus ſuis attinentiis et pertinentiis, limitibus et diſtinctionibus univerſis cum

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

fructibus et utilitatibus omnibus et cum judiciis majori et minori et cum ſervitiis quibuslibet, perpetua fruitione commodi et honoris, cum jure patronatus ejuſdem, cum omni proprietate tanquam proprie propriam perpetuis temporibus poſſidendam et habendam pacifice et quiete. Ut autem hujus proprietatis donatio ſempiterna obtineat vigorem in omnibus et ſingulis, que nobis in dicta villa competunt aut noſtris ſucceſſoribus in futuro competere poſſent, abrenunciationem facimus per hec ſcripta, evidenter omne jus in dicta villa habitum penitus abdicamus. Pro premiſſa autem proprietatis et ville donatione prepoſitus et capitulum eccleſie Brandenburgenſis nobis perſolverunt trecentas marcas Brandenburgenſis argenti et ponderis integraliter et complete, preſentibus domino Conrado de Redere, Mathia de Bredow, et Erhardo de Stechow, militibus noſtris, et domino Everardo, prepoſito Stolpenſi, noſtro prothonotario predilecto. Hec autem proprietas ut duret etc. Actum et datum Ratenow, anno domini M. CCC. XVII. in ſabbatho proximo poſt feſtum beati Mathie apoſtoli.

Nach dem Copialbuche.

CLXX. Der Biſchof Johann verkauft dem Domcapitel die beiden Dörfer Weſeram und Tieckow, am 20. März 1317.

In nomine domini. Amen. Injuriatur memorie frequenter oblivio; longinquitate ſepe fit temporis, ut res clara preſentibus reddatur obſcura futuris. Unde contra oblivionis diſpendium de ſcripture ſuffragio providit induſtria ſapientum. Hinc eſt, quod nos, Johannes, dei gratia Brandeburgenſis eccleſie epiſcopus, publice per preſentes recognoſcimus, et ad omnium quorum intereſt vel intereſſe poteſt, notitiam volumus pervenire, quod, cum eccleſia noſtra occaſione venerabilis patris, domini Frederici bone memorie, predeceſſoris noſtri, premeretur gravi honere debitorum, quorum etiam quibuſdam de die in diem in Judea uſure et dampna importabilia accreſcebant, nos cum capitulo, noſtro provida deliberatione et diligenti tractatu habito ſuper premiſſis, de conſenſu ipſius, vendidimus et tradidimus honorabili viro, domino Johanni prepoſito, ipſique noſtro capitulo duas villas Weſeram et Tikow, ad menſam noſtram epiſcopalem ſpectantes, cum omnibus ſuis attinentiis et pertinentiis, limitibus et diſtinctionibus univerſis, cum aquis et piſcationibus, fructibus et utilitatibus omnibus et cum judiciis majori et minori, cum ſervitiis quibuslibet, cum jure patronatus, perpetua fruitione commodi et honoris, cum omni proprietate tanquam proprie proprias perpetuis temporibus poſſidendas pro centum marcis Brandeburgenſis argenti et ponderis nobis jam libratis et traditis et in utilitatem eccleſie noſtre et noſtram converſis et per nos in Judea ſolvendis. Ut autem venditio proprietatis predictarum villarum vigorem optineat ſempiternum, in omnibus et ſingulis, que nobis in dictis villis competunt aut noſtris ſucceſſoribus in futuro competere poſſent, abrenunciationem fecimus per hec ſcripta, omne jus in dictis villis habitum penitus abdicantes. Ut autem hec noſtra venditio perpetua et inviolabilis perſeveret, preſentem litteram noſtro et capituli noſtri ſigillis dedimus communitam. Actum et datum Brandenburg anno domini M. CCC°. XVII°. tertio decimo kalendas Aprilis, preſentibus dominis Thiderico de Wetterlinghen, Hinrico de Gladow, Henningho Katten, Wapac et Johanne de Locſtede, militibus, Tiderico dicto Gruelhut et Alberto, plebano in Seſeſer, capellanis noſtris, Rodolfo monetario ac Jacobo de Juterbuk, civibus Brandeburgenſibus ac aliis pluribus fide dignis.

Nach dem Originale.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CLXXI. Der Markgraf Woldemar verschenkt an das Domcapitel das Patronatsrecht der Kirche zu Markow und Markee zum Gedächtniß seines Schwesterſohns des Markgrafen Johann, am 21. Februar 1318.

— nos Woldemarus, dei gratia Brandeburgenſis et Luſacie marchio — honorabilibus viris prepoſito, priori totique capitulo eccleſie Brandeburgenſis dedimus et per preſentes literas liberaliter et propter deum donamus jus patronatus eccleſie villarum Markowe et Markede perpetuo poſſidendum, ita, quod predicte Brandeburgenſis eccleſia prepoſitus ſuo et eccleſie ſue nomine predictam eccleſiam in Markowe et Markede locare aut facere officiari per unum ſacerdotem de eorum capitulo poterit, ut magis expedire videbitur, pro ſue bene placito voluntatis, renunciantes ſimpliciter in preſenti litera juri patronatus predictarum villarum eccleſie pro nobis ex nunc et in perpetuum, et pro noſtris heredibus atque ſucceſſoribus, quod in dicta eccleſia hactenus dinoſcimur habuiſſe aut poſſet competere in futurum. Proinde predicti prepoſitus, prior et capitulum, ut arbitrati ſunt, noſtri ac ſororii noſtri Johannis, quondam de Brandeborch marchionis, bone memorie, memoriam peragent ſempiternam. Et ne ſuper hujuſmodi noſtra donatione per nos rite facta aliquibus in poſterum dubium valeat ſuboriri, preſentes litteras deſuper ſcribi juſſimus et noſtri ſigilli robore communiri. Teſtes hujus ſunt noſtri fideles: Heinricus Stendalgenſis eccleſie decanus, Everardus in Stolpe prepoſitus, capellani, Redeko de Redere mareſcalcus, Mathias de Bredowe, Henningus de Vorlant et Buſſo de Mylowe, milites, cum aliis pluribus fide dignis. Datum et actum in Spandowe anno domini milleſimo trecenteſimo decimo octavo, in vigilia cathedre ſancti Petri apoſtoli.

Nach dem Originale.

CLXXII. Der Biſchof Johann verkauft eine Hufe in Knobloch und das Recht eine eigene Schäferei zu halten an die Pfarre daſelbſt, am 22. April 1318.

In nomine ſancte et individue Trinitatis. Nos Johannes dei gratia Brandeburgenſis eccleſie epiſcopus, omnibus in perpetuum. Cum multotiens actus legitimi, propter diverſos caſus, qui rebus humanis incidunt, inmutentur, expedit, geſta hominum linguis teſtium ydoneis et ſcriptis autenticis eternare. Ad notitiam igitur univerſorum tam preſentis quam futuri temporis deducimus per preſentes, quod de conſenſu capituli Brandeburgenſis domino Hinrico, rectori eccleſie Clebeloc, vendidimus unum manſum in agris ville Clebelok ſitum et aream ad predictum manſum pertinentem cum hereditate et proprietate ejuſdem manſi et aree et cum omni juris integritate proprietatis ac hereditatis tytulo quiete et pacifice perpetuis temporibus poſſidendum, eo modo, quod iſte manſus et area uniantur aliis duobus manſis prius jam dicte eccleſie adjacentibus, per quos eccleſia primitus eſt dotata, ita videlicet quod predicta eccleſia Clebeloc de cetero tribus manſis in equali libertate dotata cenſeatur cum adjectione aree memorate, abrenunciantes univerſo juri, quod hactenus habuimus, tam in manſo quam in area ſupradictis, ita quod nichil juris aut proprietatis vendicabimus nobis in eiſdem. Proinde perſolvit nobis dominus Hinricus predictus viginti quatuor marcas argenti et ponderis Stendalienſis, quas in uſum eccleſie noſtre dinoſcimur convertiſſe. Ceterum rectori predicte eccleſie Clebeloc, qui pro tempore fuerit a prepoſito ſive a capitulo inſtitutus, pie indulſimus, ut

possit habere pastorem et gregem ovium divisum ab ovibus aliorum et sine contradictione qualibet villanorum. De manso vero sepedicto a nobis sic empto successor predicti domini Hinrici, qui pro tempore rector extiterit ecclesie memorate, singulis annis talentum denariorum Brandeburgensi capitulo erogabit. Conventus in anniversario domini Hinrici jam dicti longas vigilias, missam et commendationem sollempnem, sicut mos est in anniversario fieri, sollempniter decantabit, memoriam faciens ipsius domini Hinrici sepedicti. Ut igitur nostra hec venditio a nostris successoribus non possit irritari, presentes litteras in evidens testimonium conscribi jussimus et tam nostri quam capituli nostri sigillorum appensione fecimus communiri. Hujus rei testes sunt Johannes, prepositus ecclesie Brandeburgensis, Walterus plebanus veteris civitatis, Cristianus, plebanus nove civitatis Brandeburgensis, Nicolaus plebanus in Nawan, Hinricus plebanus in Cotsin, canonici ecclesie Brandenburgensis, Hinricus Wpac miles, Arnoldus marscalcus noster, Rodolfus de Clebeloc et alii quam plures. Actum et datum Brandenburg, anno domini M. CCC°. XVIII. in vigilia Pasche.

Nach dem Originale.

CLXXIII. Der Markgraf Woldemar verkauft dem Domkapitel eine Wiese bei der Hohen Warte bei Klein-Kreuz, am 22. Jan. 1319.

— Nos Woldemarus, dei gratia Brandenburgensis et Lusacie marchio, — habita matura deliberatione honorabilibus viris dominis preposito et capitulo ecclesie Brandenburgensis vendidimus justo contractu venditionis et presentibus literis vendimus pratum, situm prope Hoghen Warde, cum omni fructu et jure, sicut nos et nostri antecessores ipsum habuimus, cum universis suis limitibus justo proprietatis titulo perpetuis temporibus pacifice possidendum, renunciantes dicto prato, proprietati ejusdem et universis juribus, quod nobis competit vel posset ex quacunque causa competere in futurum, nichil juris nobis ad dictum pratum vel nostris successoribus reservantes. Proinde dicti prepositus et capitulum nobis dederunt et plene in numerata pecunia persolverunt septuaginta talenta denariorum Brandenburgensium, de quibus dicimus ipsos quitos literas per presentes. Et ne de hoc facto apud aliquos dubium oriatur, has literas nostras nostro sigillo sigillatas cum annotatione subscriptorum testium dari jussimus super eo. Testes vero hii sunt: nobilis vir Guntherus, comes de Keverenberg, droyseco, Mathias de Bredow, milites, Heinricus ecclesie Stendalgensis quondam decanus, Everardus prepositus Stolpensis, Nicolaus prepositus Bernowensis, et Hermannus de Luchowe, nostri capellani, cum pluribus aliis fide dignis. Datum Bornewitz, anno domini M°. CCC°. decimo nono, die sancti Vincentii.

Nach dem Originale.

CLXXIV. Der Markgraf Woldemar verkauft dem Domcapitel eine Insel bei der Neustadt Brandenburg, am 14. Mai 1319.

— Nos Woldemarus, dei gratia Brandenburgensis et Lusatie marchio — habita deliberatione matura vendidimus, debito et sollempni venditionis contractu honorabilibus viris dominis Johanni pre-

posito, priori et capitulo ecclesie Brandenburgensis nec non ipsi ecclesie insulam sitam in Obula prope novam civitatem Brandenborch et lacum ibidem cum stagno Dunkersee, attingente limites ville Smercek, cum paludibus lignis universis ac aliis pertinentiis suis, sicut dominus Lokstede miles possedit, bone memorie, cum piscatura ac omni fructu et utilitate, justo proprietatis titulo plena libertate imperpetuum possidenda, licet de aliquibus pertinentiis esset expressa mentio facienda, renunciantes dictis insule, lacui et stagno ac universis premissis pertinentiis renunciatione sollempni per presentes litteras simpliciter et in totum, nec non omni juri, quod nobis vel nostris successoribus posset ex quacunque causa competere in futurum, mittimusque ipsum prepositum suo et capituli sui nomine per honestum militem nostrum advocatum Mathiam de Bredow, nostrum mandatum ad hoc habentem speciale, in possessionem corporalem omnium et cujuslibet predictorum, dictusque preprositus suo et capituli sui nomine nobis loco pretii dedit et persolvit in numerata pecunia sexaginta marcas argenti Brandenburgensis et ponderis, de quibus ipsos quitos publice nunciamus. — Testes vero sunt hij: reverendus pater dominus Heinricus, ecclesie Havelbergensis episcopus, nobilis vir Guntherus de Keverberg comes, Droyseco, Henningus de Blankenborch, dapiferi nostri, Redeko de Redere, marscalcus nostre curie, Mathias de Bredowe, advocatus noster predictus, milites, Everardus Berlinensis et Nicolaus Bernowensis prepositi ac Hermannus de Luchowe, nostri Capellani cum aliis fide dignis. Datum Spandowe anno domini M. CCC. decimo nono, feria secunda in rogationibus.

Nach dem Originale.

CLXXV. Der Herzog Rudolph nimmt das Domcapitel unter seinen besonderen Schutz, am 18. Oct. 1319.

Nos Rudolphus, dei gratia dux Saxonie etc. tutorque inclite principis domine Agnete in Brandenburg marchionisse,— honorabilem virum et discretum dominum Johannem, Brandenburgensis ecclesie prepositum ac ipsius totum capitulum cum personis omnibus ac universa et singula bona ad ipsum prepositum et suum capitulum pertinentia, ob digna et grata dicti prepositi obsequia, que nobis jam longo tempore exhibuit, cum fiducia in nostram recepimus et in presentibus recipimus protectionem et tutelam, volentes dominum Johannem, predictum Brandenburgensis ecclesie prepositum, ac ipsius capitulum cum personis atque omnia bona sua contra quoslibet seu quemlibet ipsa impetere aut infestare temere ac hostiliter cupientes vel cupientem pro nostris viribus sine hesitatione et dolo salubriter defensare pariter et tueri et predicti etiam prepositi posse habere debemus, quod unicuique juxta juris exigentiam et requisitionem ipsum impetere volenti faciet equitatem. In cujus rei testimonium nostrum sigillum est appensum. Datum Berlin, anno domini MCCCXIX. in die Luce evangeliste.

Nach der Copie im alten Copialbuche.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CLXXVI. Der Herzog Rudolph von Sachsen nimmt das Bisthum Brandenburg in seinen besondern Schutz, am 24. Novbr. 1319.

Nos Rudolphus, dei gratia dux Saxonie etc. tenore presentium recognoscimus et ad universorum notitiam cupimus pervenire, publice protestando, quod de maturo nostrorum discretorum consilio ac diligenti deliberatione superhabita, cum venerabili in Christo domino Johanne, episcopo Brandenburgensi, nostro compatre charissimo, tractavimus amice placitando, quod ipsum dominum episcopum ac omnia bona sua atque bona universa ad ejusdem ecclesie episcopatum pertinentia, in nostram recepimus protectionem et tutelam. Volumus enim bona intentione et non ficta pariter et debemus eidem episcopo Brandenburgensi contra quemlibet seu quoslibet, ipsum atque suam ecclesiam predictam infestare ac invadere volentem vel volentes, quoad jus seculare et spirituale cum totis nostris viribus ratione confederationis mutue facere ac prestare subsidium et juvamen. In omnium premissorum evidentiam etc. Testes harum rerum sunt Fridericus, Albertus, Gevehardus, Hinricus, dicti de Alvensleve, Johannes de Glindenberch, Loserus, Hinricus de Rochow, Offe de Zliwen, Rule de Drisule, milites, Thidericus noster prothonotarius et quam plures alii fide digni. Datum Sandow, sub annis domini M. CCC. XIX. in vigilia Catharine virginis et martyris.

Nach einer Copie im ältern Copialbuche.

CLXXVII. Der Bischof Johann verleihet dem Domcapitel das Patronatsrecht über die Petri-Capelle, am 27. April 1320.

In nomine domini. Amen. Actiones, quas mundes ordinat, sepe delet successus temporum, nisi muniantur firmo charactere literarum. Nos Johannes, dei gratia Brandenburgensis ecclesie episcopus, notum esse cupimus universis Christi fidelibus etc. quod honorabilibus viris, domino Johanni preposito, priori totique capitulo ecclesie Brandenburgensis dedimus et per presentes litteras liberaliter et propter dominum donamus jus patronatus capelle sancti Petri, site in urbe Brandenburgensi ante ecclesiam nostram cathedralem perpetuo possidendum sub ea tamen determinationis forma, ut Thidericus de Dalchow, dicte nostre ecclesie canonicus, qui nunc dictam capellam a nobis tenet, ipsam absque stipendii sui dispendio, quoad vixerit, a nobis teneat, post obitum autem ipsius predictus Brandenburgensis ecclesie prepositus suo et ecclesie sue nomine predictam capellam sancti Petri officiari per suum custodem faciat seu ecclesie et debebit, cui custodie dictam capellam cum universis redditibus et proventibus suis de consensu nostri capituli duximus annectandam, statuentes, ut de uno talento reddituum dicte capelle pro commemoratione nostra ita duntaxat, dum conditor omnium etiam nostram animam de presenti corpusculo migrare disposuerit, canonicis nostre ecclesie in anniversario nostro annis singulis servitium per rectorem antedicte capelle, qui pro tempore fuerit, ministretur, ut memoria nostra in vigiliis dicendis et missis celebrandis eo solennius peragatur, renunciantes ergo in presenti litera juri patronatus predicte capelle simpliciter pro nobis exnunc et imperpetuum et pro nostris successoribus, quod in dicta capella hactenus dinoscimur habuisse aut posset competere in futurum. Et ne super hujusmodi nostra donatione etc. Testes autem hujus facti sunt: dominus Johannes Gruelhut, canonicus ecclesie Magdeb., dominus Christianus, plebanus nove civitatis Brandeburgensis, Thidericus, canonici nostre ecclesie Brandenburgensis, nec non dominus Gotzwi-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

nus, noſter capellanus, dominus Hinricus Wopac, dominus Hardegen nec non dominus Henningus de Vorlande, milites, et quam plures alii fide digni. Datum Brandenburg anno domini M. CCC. XX. V. Kal. Maji.

Nach einer Copie im Copialbuche.

CLXXVIII. Der Biſchof Johann verkauft die beiden Dörfer Tiekow und Saringen an das Domcapitel, am 27. April 1320.

In nomine domini. Amen. Johannes, dei gratia Brandenburgenſis eccleſie epiſcopus, univerſis etc. ſalutem in domino ſempiternam. Stili cavetur officio, ne vel volubilitate temporum vel quorumlibet hominum malitioſa mutabilitate rationabilium factorum immutati oprocuretur. — Hinc eſt, quod tenore preſentium publice recognoſcimus proteſtantes, quod nos pro ſolvendis debitis per predeceſſorum noſtrum, dominum Fredericum, epiſcopum Brandenburgenſem et per nos contractis pro neceſſitate et evidenti utilitate eccleſie noſtre, vendidimus dilecto noſtro Johanni prepoſito Brandenburgenſis eccleſie ad manus capituli et conventus ſui duas villas Slavicas, videlicet Sarringe ſitam prope novam civitatem Brandenburg et Thikowe, ſitam juxta Pritzerwe ad menſam epiſcopalem noſtram pertinentes, cum omnibus juribus et pertinentiis ſuis pro ducentis marcis Stendalienſis argenti, nobis integraliter jam ſolutis in pecunia numerata, ad ſatiſfactionem et ſolutionem hujuſmodi debitorum, mittentes eundem prepoſitum nomine conventus et capituli ſui in poſſeſſionem corporalem dictarum villarum, et in hiis ſcriptis omnia jura in ipſum transferentes, que nos hactenus habuimus in eiſdem villis et que noſtri predeceſſores a multis retroactis temporibus habuerunt. Dimiſimus etiam domino prepoſito et capitulo ſuo ſeu ſuis ſucceſſoribus ſollempni ſtipulatione, quod nichil debeamus petere ſeu exigere de predictis villis in futurum. Teſtes autem qui preſentes fuerunt huic venditioni et donationi ſunt: dominus Johannes Gruwelhot, canonicus eccleſie Magdeburg., dominus Criſtianus, plebanus nove civitatis Brandenburgenſis, Thidericus de Dalchowe, canonici noſtre eccleſie Brandenburgenſis nec non dominus Gofwinus, noſter capellanus, magiſter Johannes de Barby, clerici, dominus Hinricus Wopach, dominus Herdeghen de Bardeleve, nec non dominus Henningus de Vorlande, milites, et quam plures alii fide digni. Ut igitur noſtra venditio etc. Datum Brandenburg, anno domini milleſimo trecenteſimo vigeſimo, quinto kalendas Maji.

Nach dem Originale.

CLXXIX. Der Biſchof Johann verkauft dem Capitel einen Theil des Havelfluſſes, am 27. April 1320.

Nos Johannes, dei gratia epiſcopus eccleſie Brandenburgenſis, univerſis et ſingulis facimus notum per hec ſcripta, quod propter predeceſſorum noſtrorum gravia debitorum onera, provida deliberatione prehabita, vendidimus et tradidimus prepoſito capitulo et eccleſie noſtre prefate ſuperio-

rem Obulam ab Obula que dicitur Cotzinre Havele et loco, qui dicitur Bifebuſch verſus Cotzin ſupra curiam Trebegow uſque ad inferiorem Obulam ad locum, qui dicitur Vurſtede, cum proprietate, hereditate, limitationibus, ſuperiori et inferiori judicio, tractibus, gurguſtis, piſcationibus et omnibus eorum pertinentiis libere, quod nullus cum Puvert, Alrep, Lamme, Hevecorven, Ruſeſtellen, Clevenetten, Czocheren nec aliquo genere ſeu officio piſcationis poſſit nec audeat piſcare, niſi de predictorum prepoſiti et capituli ſcientia et voluntate ſpeciali, excepta parva piſcatura, que dicitur Floken, que ſola in quibuſdam locis prefate Obule poterit exerceri, ac cum omni libertate ac proprietate perpetuis temporibus poſſidendam pro centum et viginti marcis argenti Brandenburgenſis nobis jam libratis et traditis, renunciantes prefatis Obule proprietati, hereditati ac omnibus et ſingulis, que nobis et noſtris ſucceſſoribus in premiſſis competere poſſint quomodolibet in futurum. Ut autem hec venditio etc. Datum Brandenburg, anno domini M. CCC. XX. V Kal. Maji. Teſtes hujus rei ſunt: Dominus Johannes Gruvelhut, canonicus majoris eccleſie Magdeburg., Gotzvinus, noſter capellanus, Johannes de Barbi, clerici, dominus Hinricus Wopack, Hardegen de Bardeleve et Henningus de Vorlande milites et alii quam plures fide digni.

Nach einer Copie im ältern Copiario.
Die Urkunde iſt zwar in dem Copialbuche vom Jahre 1321 datirt, da indeß der Tag der Ausſtellung und die Zeugen dieſelben ſind, wie in den vorherigen Urkunden, ſo glauben wir, daß ſie ebenfalls in das Jahr 1320 gehört.

CLXXX. Der Herzog Rudolph verſichert dem Biſchofe von Brandenburg noch beſonders, daß er nur allein im Bunde mit ihm handeln wolle, am 14. Nov. 1320.

Nos Rudolphus, dei gratia dux Saxonie etc. venerabili in Chriſto patri ac domino, Johanni Brandenburgenſis eccleſie epiſcopo, Johanni, ejuſdem eccleſie prepoſito ac aliis prepoſitis et clericis ejuſdem dioceſis Brandenburgenſis pro eo, quod juſtis et legitimis appellationibus noſtris et ſententiis et aliis proceſſibus judicum pro venerabili in Chriſto patre ac domino Borchardo, ſancte Magdeburg. eccleſie archiepiſcopo a ſede apoſtolica datorum per nos et procuratores noſtros ad quoſcunque judices ſuperiores, interjectis quoad juſtitiam aſtant, promiſimus et promittimus per preſentes, nos nullam cum predicto archiepiſcopo velle habere ordinationem ſeu compoſitionem, niſi ipſi, videlicet prefatus dominus epiſcopus, prepoſiti ac ceteri clerici totius Brandenburgenſis dioceſis predicte ordinationi vel compoſitioni ſint totaliter intercluſi, et quod ſtabimus appellationi dicti domini Johannis Brandenburgenſis epiſcopi, a predicto domino Borchardo, ſancte Magdeburgenſis eccleſie archiepiſcopo, ad ſedem apoſtolicam interjecte. Expenſas etiam factas et faciendas in cauſa ſue appellationis ſicut in noſtris cauſis, pecunia noſtra propria perſolvemus. Inſuper ſi nos contigerit ante finem litis et gwerre debitum carnis univerſe perſolvere, dilectus frater noſter, dux Wentzlaus, et filii noſtri predictam ordinationem integre obſervabunt. Datum Brandenburg, anno domini M. CCC. XX. feria VI. poſt diem beati Martini epiſcopi et confeſſoris.

Nach einer Copie im Copialbuche.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CLXXXI. Der Herzog Rudolph von Sachsen richtet mit dem Bischofe und Domcapitel einen Bund auf gegen den Erzbischof in Magdeburg, am 14. Nov. 1320.

Nos Rudolphus, dei gratia dux Saxonie, Angarie, Weſtphalie, comes in Bren ac burggravius in Magdeburg venerabili in Chriſto patri domino Johanni, Brandeburgenſi epiſcopo, Johanni, ejuſdem eccleſie, Johanni Leizkenſi, Bernhardo, Berlinenſi, Nicolao Bernowenſi, Theodorico Stolpenſi, Johanni Livenwoldenſi prepoſitis ceteriſque prelatis et clericis totius Brandeburgenſis dioceſis pro eo, quod noſtris juſtis et legitimis appellationibus ac ſententiis ac aliis proceſſibus judicum, pro venerabili in Chriſto patre, domino Borchardo, dicte Magdeburgenſis eccleſie archiepiſcopo, a ſede apoſtolica datorum et dandorum per nos et procuratores noſtros ad ſedem apoſtolicam vel ad quoſcunque alios ſuperiores judices, interjectis et inpoſterum interponendis aſtent, quoad juſtitiam bona fide promiſimus et promittimus per preſentes, nos nullo unquam tempore velle inire aliquam cum predicto domino ordinationem vel compoſitionem, niſi prefati domini Brandeburgenſis epiſcopus, prepoſiti, prelati ac reliqui clerici totius Brandeburgenſis dioceſis predicte ordinationi vel compoſitioni ſint totaliter intercluſi, et quod ſtabimus appellationibus eorundem a predicto domino Magdeburgenſi archiepiſcopo vel aliis quibuſcunque judicibus ad ſedem apoſtolicam vel alias interpoſitis et interponendis a gravaminibus quibuſcunque. Expenſas quoque per eos factas et faciendas in cauſis quibuſcunque prenominatarum appellationum ſicut in noſtris cauſis pecunia noſtra propria perſolvemus, et ſi aliquo dierum nos cum dicto domino archiepiſcopo Magdeburgenſi compoſuerimus, ut ſupra dictum eſt, per viam juſtitie vel amoris, idem autem archiepiſcopus cum predictis dominis epiſcopo, prepoſitis, prelatis ceterisque clericis totius Brandeburgenſis dioceſis denuo lites et contrarietates ſuſcitaret, tunc eiſdem in ſuis legitimis et rationabilibus cauſis et appellationibus ſine omni dolo aſtabimus firmiter, ſicut prius, et illud ipſum ipſi nobis facient verſa vice. Promittimus inſuper bona fide prelibatos dominos Brandeburgenſem epiſcopum, prepoſitos, prelatos ceteroſque clericos Brandeburgenſis dioceſis, eorum bona et maxime prenominate Brandeburgenſis eccleſie bona ac poſſeſſiones in ſuis libertatibus ac juribus conſervare nec eos impedire aliqualiter in eiſdem, prout ipſis competunt in privilegiis, jure, conſuetudine vel ſtatuto. Invaſores etiam prenominatarum libertatum et jurium raptores et violentos detentores ſuarum poſſeſſionum, bonorum mobilium vel immobilium compeſcere valeant, etiamſi noſtri vaſalli vel familiares extiterint, per excommunicationum ſententias, prout poſtulat ordo juris. Si autem, quod abſit, dicti detentores vel raptores eorum ſententias vilipenderent, obligamus nos, quod tales, omni occaſione poſtpoſita, quandocunque ab eis vel aliquo eorum requiſiti fuerimus, compellamus vel compelli procurabimus ad plenariam ſatisfactionem per auxilium brachii ſecularis. Inſuper ſi nos contigerit ante finem litis et guerre debitum univerſe carnis perſolvere, dilectus frater noſter, dux Wentzlaus, filii noſtri, et quicunque legitimi ſucceſſores ſupranominatam ordinationem obſervabunt integraliter et complete. In cujus rei teſtimonium et evidentiam pleniorem hoc preſens inſtrumentum ſigillo noſtro duximus roborandum. Datum et actum Brandenburgi, anno domini M°. CCC°. XX°. feria ſexta poſt diem beati Martini epiſcopi, preſentibus noſtris fidelibus conſiliariis: domino prepoſito Bernowenſi, domino Thiderico, noſtro prothonotario, domino Alberto et domino Hinrico de Alvenſleve, domino Hinrico de Rochow, domino Loſero, militibus, et aliis pluribus fide dignis.

Nach der Copie im alten Copialbuche.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CLXXXII. Der Herzog Rudolph von Sachsen verkauft dem Domcapitel ein Stück der Havel mit den Wenden auf dem Kietz zu Brandenburg, am 19. Aug. 1321.

— Rudolphus, dei gratia dux Saxonie, Angharie, Weſtphalie, Comes in Bren et Burchgravius in Magdeburch — nos de maturo virorum diſcretorum conſilio eccleſie ſancti Petri in Brandeburch dimiſimus et per preſentes juſto venditionis titulo dimittimus aquam Obule a loco, qui dicitur Vurſtede uſque ad novam civitatem Brandeburch cum omnibus gurguſtis, que proprie dicuntur Were, contentis in predicte aque decurſu, cum piſcationibus et cenſu annali de hiis proveniente et hoc in denariis et anguillis et cum Slavis morantibus a dextris in vico, qui dicitur Kitz, cum itur de clauſtro ad novam civitatem Brandeburch, cum eorum cenſu videlicet denariorum et pullorum, eo jure et libertate, ſicut nos omnia predicta dignoſcimur habuiſſe, pro pecunia ſpeciali, quam nobis honorabilis vir dominus Johannes, jam dicte eccleſie prepoſitus, ſolvit integraliter et complete, Proprietatem nichilominus omnium premiſſorum damus et donamus predicte eccleſie Brandeburgenſi in preſentibus pacifice et perpetue poſſidendam et honorabilem virum dominum Johannem prepoſitum predictum nomine ſue eccleſie per noſtrum nunctium in poſſeſſionem predictorum induci fecimus corporalem. Ut hec autem noſtra venditio et proprietatis donatio a noſtris non infringatur ſucceſſoribus et nulli de ea in poſterum aliquod oriatur dubium, preſentes litteras cum teſtium ſubſcriptione conſcribi juſſimus et munimine noſtri ſigilli fecimus firmiter roborari. Teſtes hujus rei ſunt: dominus Nicolaus prepoſitus in Bernowe, Albertus de Alvenſleve, Hinricus de Rochowe, Thidericus Greptitz, Hermannus de Wolkowe, milites noſtri, Thidericus noſter prothonotarius, et quam plures alii fide digni. Datum in villa Schonebeke, anno domini milleſimo tricenteſimo viceſimo primo, feria quarta ante aſſumptionem virginis.

Nach dem Originale.

CLXXXIII. Der Biſchof Johann beſtätigt die Stiftung einer neuen Meſſe und eine Schenkung an die Katharinenkirche in der Neuſtadt Brandenburg, am 30. April 1322.

In nomine ſancte et individue Trinitatis. Amen. Joannes, dei gratia Brandeburgenſis epiſcopus omnibus in perpetuum. Ea, qua geruntur, ſi ad laudem dei referuntur, a radice bone voluntatis creduntur proceſſiſſe etc. — Hinc eſt, quod, domino inſpirante, diſcretus vir, Nicolaus de Lapidea Domo, civis nove civitatis Brandeb. reſignavit ac donavit domino Chriſtiano, ejuſdem civitatis plebano et ſuis ſucceſſoribus in perpetuum octo talenta Brandeburgenſium denariorum, minus VI ſolidis, in theloneo dicte civitatis tollenda, ſcilicet medietatem in feſto beati Martini confeſſoris et aliam medietatem in feſto purificationis beate Marie, virginis glorioſe, et III choros ſalis, quos omni tempore poteſt tollere, cum ſibi ſit neceſſe. Cui donationi ac reſignationi illuſtris princeps, dominus Rudolphus, dux Saxonie, dominus dicte civitatis ac eccleſie, pia viſcera adhibens proprietatem dictorum bonorum pure propter deum donavit, ut una miſſa pro ſalute anime ſue et animarum ſuorum progenitorum ac Nicolai de Lapidea Domo et ſuarum uxorum ac progenitorum ſuorum et dicti Chriſtiani plebani, ordinationem procurantis, ac ſuorum progenitorum in eccleſia parochiali Brandeburgenſi omni die jugiter obſervetur,

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

et ut ipsi participes fiant omnium bonorum, que ibidem in dicta ecclesia in perpetuum fieri dignabitur clementia salvatoris. Insuper consules dicte civitatis Brandeburgensis donaverunt dicto domino Christiano plebano, duos mansos, jacentes in Stenowe, cum omni jure et proprietate, ipsos exonerantes ab onere decimarum in restaurum et refusionem decimarum, que sibi cedere possent de agris ad dictam ecclesiam pertinentibus nunc et semper, Et ut ipsi suis propriis expensis unam missam habere possint apud sanctum Spiritum, quodmodo sacerdoti placet ibidem moranti, dum talis sit hora, quod non fiat ecclesie parochiali nocumentum. Nos itaque donationes predictas rite factas solicita consideratione pensantes commendamus et eas tanquam legitimas approbamus. Et ut voluntates donantium intentum finem et optatum sorciantur effectum, auctoritate dei omnipotentis et beatorum apostolorum ejus, Petri et Pauli, ac nostra, qua fungimur, discretorum usi consiliis, in nomine dei incorporamus predicte ecclesie parrochiali Brandeburgensi et in perpetuum confirmamus donationes supra dictas. Datum Brandeburg anno domini MCCCXXII. quinta feria proxima ante dominicam Jubilate.

Nach der Copie im ältern Copialbuche.

CLXXXIV. Der Herzog Rudolph von Sachsen schenkt dem Domcapitel das Dorf Guten-Paaren, am 5. April 1323.

— Rudolphus, dei gratia dux Saxonie — ecclesie sancti Petri in castro Brandeburch ac honorabili viro domino Johanni preposito ibidem totique conventui suo villam nostram dictam Parne cum tota ipsius proprietate ac proprietatem cum tota villa predicta cum supremo judicio et infimo cum omni jure et utilitate tam in villa quam in campis cum censu et redditibus suis annuis ac cum usufructibus cum omni precaria et servitio seu servitutis jugo, cum lignis, pratis, pascuis, aquis et aquarum decursibus pariter et virgultis, nobis et nostris successoribus in ea nichil juris reservantes, damus et donamus, dedimus et donavimus pacifice et tranquille perpetuo possidendam. — Testes hujus donationis sunt: dominus Nicolaus prepositus in Bernowe, Hinricus de Alvensleve, Hinze de Warmstorph, Losere, Busse de Mylowe, Ebele de Brisik, milites nostri, Thydericus noster prothonotarius, Nicolaus plebanus in Luckowe, noster cappellanus, et quam plures alii fide digni. Datum Spandowe, anno domini millesimo tricentesimo vicesimo tertio, feria tertia post dominicam Quasimodogeniti.

Nach dem Originale.

CLXXXV. Der Herzog Rudolph von Sachsen schenkt dem Domcapitel eine jährliche Geldrente aus Tremmen und Zachow, am 26. Oct. 1323.

— Rudolphus, dei gratia dux Saxonie etc. — ob omnipotentis dei reverentiam et ejus matris Marie virginis gloriose et in nostrorum remedium peccatorum ecclesie sancti Petri in Brandeburch ac honorabili viro domino Johanni ibidem preposito et toti conventui proprietatem quatuor talentorum denariorum Brandeburgensium sive quatuor frustorum in censuali precaria villarum

Tremmene et Czachowe damus et donamus, dedimus et donavimus perpetuo pacifice poſſidendam. — Teſtes hujus rei ſunt dominus Nicolaus prepoſitus in Bernowe, Hinricus Schenke de Schenckendorph, Hermannus de Nebedde, Conradus Vogelſak, Hince de Warmſtorph, Hermannus de Weſenik milites noſtri, Hinricus Moſolf, Ebele de Blankenburch, famuli noſtri et quam plures alii fide digni. Datum Nawen, anno domini milleſimo tricenteſimo viceſimo tertio, quarte feria ante Symonis et Jude.

Nach dem Originale.

CLXXXVI. Eid eines Bewerbers um die Dompropſtei aus der Zeit Rudolphs von Sachſen, 1323?

Ego N. juro, quod literas ſupplicatorias vel promotorias ſuper prepoſitura Brandeburgenſi impetranda apud dominum Rudolphum, ducem Saxonie aut quemcunque alium nomine mei vel cujuſcunque alterius non procuravi vel procurari laboravi conſilio, auxilio vel opere nec ſcio vera ſcientia ipſum procurantem vel procurari laborantem eaſdem, ſed dum primo eum ſcivero, occulte vel manifeſte in capitulo ipſum nominabo. Sic me deus adjuvet et ejus ſancta evangelia.

Nach einer Copie im alten Copiare.

CLXXXVII. Der Markgraf Ludwig d. ä. beſtätigt das Domcapitel, am 5. März 1324.

Ludowicus, dei gratia Brandeburgenſis et Luſatie marchio etc. ad noſtras aures querulosa voce lamentabiliter pervenit, qualiter eccleſia Brandeburgenſis multorum imperatorum muneribus, beneficiis et libertatibus tunc dotata, nunc multis, qui eam potius defenſarent, multa proch dolor incommoda, vexationes, inquietationes ſuſtinet, et alii rapinis et incendiis eam vaſtant, et, quod deterius eſt, ipſam et ipſius ſubditos et eorum bona invadendo et impignorando ac alias in eorum libertate perturbant. Nos igitur eam et ejus ſubditos et eorum bona in noſtra defenſione ſuſcipimus, volentes eam, eos et eorum bona, per nos, heredes et ſucceſſores noſtros ac noſtrorum heredum et ſucceſſorum noſtrorum officiatos quoſcunque et ſubditos tueri et defendi (ſic) et ſpeciali libertate gaudere in noſtre, heredum et ſucceſſorum noſtrorum animarum remedium ſempiternum. Eidem eccleſie, ejus perſonis et ſubditis plenariam libertatem tenore preſentium damus et ſollempni donatione donamus et appropriamus, quod nec deinceps noſtri, heredum et ſucceſſorum noſtrorum capitanei, advocati, bedelli, venatores, nunctii, ſubditi nec quiſquam cujuſcunque conditionis vel ſtatus exſtiterit, noſtri, heredum et ſucceſſorum noſtrorum nec aliquo predictorum nomine in prefata eccleſia nec in ejus perſonis, iudiciis ſpiritualibus et temporalibus, juribus, conſuetudinibus, villis, vaſallis, hominibus, ſubditis nec eorum rebus et bonis hoſpitando, exactionando, impignorando nec pretextu cujuslibet occaſionis debiti, petitionis, contributionis, nec quibuſcunque angariis, perangariis, precariis, ſervitiis, preceptis nec mandatis ſe intromittant nec hujuſmodi in ſuis munitionibus pignora venire permittant nec intra nec extra recepiant aliquomodo, nec dictam eccleſiam, ejus perſonas, judicia, jura ſpiritualia et temporalia, conſuetudines, villas, vaſallos, homines, ſubditos nec eorum bona vaſtent, vexent, inquietent, moleſtent, perturbent, prejudicent nec dampnificent ullomodo. Et ſi quis predictorum cujuscunque conditionis vel ſtatus extiterit

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

in premissis aut aliquo premissorum contrarium fecerit, is nomine ejusdem ecclesie absque nostri, heredum et successorum nostrorum contradictione et indignatione qualibet ad restituendum, refundendum seu satisfaciendum sepedicte ecclesie per censuram ecclesiasticam poterit libere coherceri. Ne autem hec in posterum aut oblivio aut importunitas malignantium infringat, sed ut predicta omnia et singula inviolabiliter observentur, presentem literam ex certa nostra scientia conscriptam dari fecimus et in evidens testimonium nostri sigilli munimine jussimus roborari. Testes hujus rei sunt spectabilis vir, dominus Bertoldus, comes de Hennenbergh, nobilis vir dominus Hinricus, comes de Schwartzenburg, nostri avunculi dilecti, honorabilis vir dominus Segherus, prepositus Stendalienſis, curie nostre prothonotarius, Gerhardus de Kerko et Bertoldus de Buzt, milites nostri, cum aliis fide dignis. Actum et datum Brandenburgi, anno domini millesimo trecentesimo vigesimo quarto, dominica Invocavit.

Nach dem Originale.

CLXXXVIII. Der Markgraf Ludwig d. ä. schenkt dem Domcapitel das Dorf Guten-Paaren, am 1. Jan. 1326.

Nos Lodewicus, dei gratia Brandeburgenſis et Lusatie marchio, comes palatinus Reni, dux Bavarie, sacri imperii archicamerarius, fatemur literas per presentes, quod in recompensam et restaurum impensarum, quas honorabilis vir, dominus prepositus ecclesie Brandeburgenſis sustinuit et fecit, in causa, quam dominus archiepiscopus Magdeburgenſis nostris subditis et terris movit, cui quidem cause dictus dominus prepositus usque in finem triumphi laudabiliter prefuit, dedimus sollempniterque donamus in perpetuum villam Parne, sitam prope Roschowe, ecclesie Brandeburgenſi perpetuo sine omni molestia nostri et successorum nostrorum pacifice possidendam, nichil juris in eadem villa et attinentiis ville ejusdem penitus reservantes, sed omni juri, quod in ipsa habuimus, per presentes litteras sollempnitate debita renunciamus in toto et in parte. In cujus rei testimonium etc. Presentes fuerunt nobiles viri dominus G(untherus) et Adolfus comites de Lindow, H(ermannus) de Wolcov, Hinricus de Slaberndorp, Ericus de Wolcow milites nostri, Hermannus de Luchow noster notarius cum aliis fide dignis. Datum Bernowe, anno domini M°. CCC°. XXVI. in circumcisione ejusdem.

Nach dem Originale.

CLXXXIX. Heinrich Propst und das Capitel zu Brandenburg und Eberhard Propst zu Berlin bekunden, sich und dem Brandenburgischen Clerus über längere Zeit stattgefundene Streitigkeit mit dem Domcapitel zu Magdeburg ausgesöhnt zu haben, welchem letztern sie 200 Mark Silbers zu zahlen versprechen, am 21. Juli 1326.

Nos henricus, dei gratia Brandeburgenſis Ecclesie prepositus Totumque Capitulum ac Euerhardus eadem gratia Berlinenſis prepositus recognoscimus publice in hiis scriptis quod pro reconcilitatione inter nos et Clerum Brandeburgenſis dyocesis parte ex vna et honorabi-

les viros dominos noſtros dominum henricum videlicet prepoſitum et Capitulum Sancte Magdeburgenſis Eccleſie parte ex altera habita ſupra controverſiis aliquamdiu inter nos vtrobique motis eiſdem domino henrico prepoſito et Capitulo promiſimus et per preſentes litteras promittimus ducentas marcas Brandenburgenſis argenti et ponderis in terminis, videlicet ad quindenam poſt feſtum beati Mychahelis proximum venturam Centum, Et ad quindenam poſt feſtum beati Martini Epiſcopi et confeſſoris ſimiliter Centum ſoluere finaliter et complete: proinde predicti prepoſitus et Capitulum predictarum controuerſiarum omnium et ſingularum de cetero nullo vmquam tempore recordabuntur et ad promouendum nos ut in eorum litteris exprimitur perpetuo laborabunt et facient ſincere omnia qve nobis eſſe poterunt profutura. In cuius rei euidens teſtimonium preſentibus ſigilla noſtra ſunt appenſa. Datum Brandenburg, anno domini M°. CCC°. XXVI°., In die praxedis virginis glorioſe.

Nach dem Original des K. Provinzial-Archivs zu Magdeburg.

CXC. Das Domcapitel in Brandenburg vereinigt ſich mit den Domcapitel in Magdeburg über verſchiedene Gegenſtände, am 25. Juli 1326.

Henricus, dei gratia prepoſitus, totumque capitulum eccleſie Magdeburgenſis univerſis, quorum intereſt ſeu poterit intereſſe, tam preſentibus quam futuris, ad quos preſens ſcriptum pervenerit, ſalutem in domino ſempiternam. Inſinuatione preſentium recognoſcimus et volumus eſſe notum, quod, cum dudum inter bone memorie dominum Borchardum, archiepiſcopum Magdeburgenſem et capitulum noſtrum ex parte una ac venerabilem quondam dominum, Johannem, epiſcopum, ac capitulum eccleſie Brandeburgenſis nec non prelatos et clerum Brandeburgenſis dyoceſis ex parte altera ſuper diverſis articulis et precipue ſuper quarundam ſententiarum et proceſſuum executionibus et publicationibus pro domino archiepiſcopo et pro nobis per diverſos judices ac diverſis cauſis et temporibus habitorum, non modica ac longi temporis fuiſſet diſſenſionis ac diſcordie materia ſuſcitata: tandem ſuper hiis inter nos nomine noſtro ac nomine futuri domini noſtri archiepiſcopi nec non dominum prepoſitum et capitulum, prelatos et clerum Brandeburgenſis dioceſis predictos, ſede Brandeburgenſi nunc vacante, amicabilis compoſitio interceſſit, dampnis et diſpendiis, que occaſione diſſenſionis et diſcordie provenerunt, nobis ſecundum ſtatum preſentis temporis congrue reſtauratis, cujus quidem compoſitionis tenor et forma dinoſcitur eſſe talis: Imprimis ſiquidem juxta formam compoſitionis, inter nos concepte et habite, omnibus et ſingulis proceſſibus et ſententiis per venerabilem patrem, dominum Ottonem, Hildenſhemenſem epiſcopum, conſervatorem principalem per ſedem apoſtolicam deputatum, pro domino noſtro archiepiſcopo et eccleſie Magdeburgenſi ſupradictis et per dominum Conradum, ſcolaſticum eccleſie Sancte Crucis, et dominum abbatem monaſterii Sancti Mychelis ordinis ſancti Benedicti civitatis Hyldeſhemenſis ſubdelegatos ab ipſo occaſione diſſenſionis et diſcordie, pro eccleſia noſtra et domino noſtro archiepiſcopo habitarum, renunciamus omnino nunquam ad eos ullo tempore regreſſum aliqualiter habituri. Inſuper proceſſus et ſententias univerſos et ſingulos occaſione predicta per dominum noſtrum archiepiſcopum jam dictum et dominum Guncelinum cum brachio, eo tempore executorem ſtatutorum conciliorum Magdeburgenſium dudum contra dominum prepoſitum, canonicos eccleſie Brandeburgenſis, prelatos et clerum ejuſdem dyoceſis in genere vel in ſpecie promulgatos, poſt appellationes

tamen legitimas, ut dicitur, prius interpoſitas, quod conſcientiis dominorum prepoſiti et capituli duximus relinquendum, omnino quantum in nobis eſt, revocamus eiſque penitus renunciamus, volentes ipſos eſſe de cetero irritos et inanes et omnino effectu carere, ita quod neque actionem aut exceptionem ſeu aliud juris ſubſidium quodcunque preſtare aut parare valeant inpoſterum contra ipſos ſeu aliquem eorundem. Secundo quod dominus prepoſitus et capitulum eccleſie Brandeburgenſis diſcretos viros, dominum Wernerum plebanum eccleſie ſancti Petri Magdeburgenſis et magiſtrum Hinricum de Beliz ad capitulum, civitatem et dyoceſin Brandeburgenſes viſitatores per dominum Magdeburgenſem archiepiſcopum deputatos recipere et admittere pro exercendo viſitationis officio recuſarunt, quandam, ut dicebant, appellationem in contrarium pretendentes, Similiter ſententias, quas iidem viſitatores in contradictores et rebelles propter repulſionem eorum poſt appellationem tamen jam dictam, ab eis, ut dicitur, prius interpoſitam, quod ipſorum conſcientiis duximus relinquendum, promulgare noſcuntur, in quantum propter appellationem eandem de jure poſſumus, revocamus et invalidas reputamus, ipſis renunciantes perpetuo per preſentes, unde et domini et clerus prefati de compoſitione amicabili et concordi plene confiſi renunciarunt omnibus appellationibus ſupradictis pro ſe et pro parte ipſorum et nos una cum ipſis earundem appellationum profecutionibus renunciavimus et renunciamus expreſſe. Tertio revocationem et amotionem ſententiarum et proceſſuum jam dictorum faciemus, cum ſuper hoc oportune requiſiti fuerimus, in omnibus et ſingulis locis in quibus viſum fuerit expedire, expenſis capituli et aliorum, ut predicitur, prout melius fieri poterit, publicari ac denunciari, ne de cetero, prefatis proceſſibus ac ſententiis, ut predictum eſt, revocatis, iidem domini prepoſitus et capitulum et clerus Brandeburgenſis ullatenus moleſtentur nec aliquid eidem ſententie et proceſſus afferre eis debeant in ſpiritualibus aut temporalibus nocumentum. Quarto venerabilem virum dominum Hinricum de Barby, electum eccleſie Brandeburgenſis, omni, qua poſſumus, diligentia ſecundum juſtitiam et gratiam promovebimus bona fide, ut electionis ſue confirmationem ab eccleſia Magdeburgenſi, quantum poſſibile fuerit, aſſequatur, ſic tamen, quod per eum fiant talia, que ſufficiant et ad confirmationem aſſequendam fuerint oportuna. Quinto perſonas, bona, jura, res ac poſſeſſiones et terras alias eccleſie Brandeburgenſis, quantum nobis poſſibile fuerit, de cetero fideliter defendemus nec eas vel ea per advocatos, capitaneos, judices aut quoſcunque alios miniſtros noſtros, qui ſub obedientia noſtra fuerint, permittemus aliquatenus dampnificari ſeu etiam moleſtari, immo ipſum dominum prepoſitum et capitulum in noſtros familiares ex nunc recipimus et ſpeciales amicos. Sexto quia domini prepoſitus et capitulum Lezekenſe et quidam alii clerici Brandeburgenſis dyoceſis tempore diſcordie ſupradicte, magis eligentes domino noſtro Magdeburgenſi archiepiſcopo et ſuis judicibus quam domino Brandeburgenſi epiſcopo et ſuo capitulo obedire et ab eorum ſe obedientia tunc temporis ſubtrahentes, ſe noſtre et protectioni ſedis apoſtolice ſubjecerunt, ipſis taliter nobis prius obedientibus denunciamus et preſentibus intimamus, quod ad ſolitam et dudum obſervatam Brandeburgenſis eccleſie obedientiam revertantur, cum jam omnis cauſa ceſſaverit, propter quam prius renuerunt eccleſie Brandeburgenſis monita recipere et mandata. Septimo quia capitula et canonici in Cerwiſt et Kozewic eccleſiarum et eis adherentes, ne viſitatores domini noſtri archiepiſcopi ad eos auctoritate apoſtolica deſtinatos reciperent et admitterent ad commiſſum eis viſitationis officium exercendum ex certis cauſis appellarunt, ipſos appellantes ad obedientiam debitam redire volentes, ad gratiam noſtram recipimus et favorem. Ceterum quia compoſitionem et ordinationem ſupra dictas nomine noſtro et nomine futuri domini noſtri archiepiſcopi fecimus et ſtatuimus, prout tam noſtre quam Brandeburgenſis eccleſiarum utilitati et honori vidimus expedire, ideoque tenore et auctoritate preſentium dominis prepoſito et capitulo Brandeburgenſis fideliter promittimus noſque promit-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tendo firmiter obligamus, nos facturos et curaturos, quod futurus dominus noſter archiepiſcopus ratam et firmam habebit compoſitionem amicabilem prelibatam ac omnia et ſingula, que continentur in ipſa, nec ulla cauſa vel ingenio compoſitionem hujuſmodi per ſe vel per alium aut alios violabit. In cujus compoſitionis et promiſſionum et contentorum in ipſis et eorum obſervationis inviolabilis teſtimonium nos Hinricus prepoſitus et capitulum Magdeburgenſe, preſentes litteras ſcribi fecimus ac ſigillorum noſtrorum appenſione fideliter communiri. Actum et datum Magdeburgi, anno domini M°. CCC°. XXVI°. in die beati Jacobi apoſtoli.

Nach dem Originale.

CXCI. Der Biſchof Otto von Hildesheim beauftragt den Abt des Johanniskloſters bei Magdeburg das Interdict gegen das Domcapitel in Brandenburg zurückzunehmen, am 25. Juli 1326.

Otto, dei gratia Hyldenſemenſis eccleſie epiſcopus, judex et conſervator reverendi domini archiepiſcopi et capituli eccleſie Magdeburgenſis a ſede apoſtolica deputatus, viro ſincero, domino abbati monaſterii Sancti Johannis baptiſte extra muros Magdeburgenſis intimam in domino charitatem. Supplicarunt nobis honorabiles viri, dominus prepoſitus et capitulum Magdeburgenſis eccleſie jam dicte, quod cum compoſitionem amicabilem ſuper diverſis diſſencionum articulis inter ipſos ex parte una, ac honorabiles uiros, dominum prepoſitum et capitulum nec non ceteros prepoſitos, prelatos et clerum eccleſie et dioceſis Brandeburgenſis ex altera, nuper, ut dicebant, favorabiliter ordinatam poſſet revocatio et amotio quarundam ſententiarum ſuſpenſionis, excommunicationis et interdicti per ſcolaſticum eccleſie Sancte Crucis auctoritate apoſtolica ſubdelegatum a nobis, occaſione diſſenſionum hujusmodi prelatorum obſervatione ſtabili roborare, ut nos ſententias eaſdem amovere et revocare, prout de jure nobis competit, dignaremur, precipue ex hac cauſa, quia eedem ſententie beneficio appellationum precedentium rite ſuſpenſe dicuntur, a prefato ſcolaſtico promulgate. Cum itaque multiplicibus negotiis, quorum inſtantia oportuna nos vacare non ſinit, arctius prepediti, petitionem dominorum, prepoſiti et capituli Magdeburgenſis eccleſie ſupradicte intendere nequeamus, prudentie veſtre, de qua ſinceram in domino fiduciam obtinemus, vices noſtras ſuper abſolutione et revocatione ſententiarum ſuperius memoratarum tenore preſentium duximus committendas, ut ad ipſas faciendas et publicandas ratione previa procedatis, quandocumque prefatis dominis, prepoſito et capitulo eccleſie Magdeburgenſis, placuerit, et ex parte dominorum prepoſiti et capituli Brandeburgenſis eccleſie fueritis requiſiti. Datum Sthurwolde, die beati Jacobi apoſtoli anno domini M.° CCC°. XXVI. ſub noſtro ſigillo pendente.

Nach einer Copie im alten Copiario.

CXCII. Der Abt Bodo des Johanniskloſters bei Magdeburg nimmt das Interdict gegen das Domcapitel in Brandenburg zurück, am 3. Aug. 1326.

Bodo, dei gratia abbas monaſterii ſancti Johannis baptiſte prope muros Magdeburgenſes a reverendo patre, domino Ottone Hildeſemenſi epiſcopo, conſervatore et judice

pro domino Magdeburgenſi archiepiſcopo et eccleſia ejus a ſede apoſtolica conceſſo, ſuper quibuſdam proceſſibus et ſententiis revocandis et irritandis deputatus, univerſis, ad quos preſentes litere pervenirent, ſalutem in domino ſempiternam. Notum fieri volumus per preſentes, quod venerabilis dominus Hyldeſemenſis epiſcopus jam dictus ex parte honorabilium virorum, dominorum prepoſiti ac capituli eccleſie Magdeburgenſis ſuppliciter requiſitus, quod proceſſus quoſdam et ſententias dudum per ipſum et dominos abbatem monaſterii ſancti Michaelis et ſcolaſticum eccleſie Sancte Crucis civitatis Hyldeſemenſis contra dominos prepoſitum et capitulum eccleſie Brandeburgenſis, prepoſitos ac nonnullos alios de clero Brandeburgenſis dioceſis, factos et habitos pro domino archiepiſcopo et capitulo Magdeburgenſi, revocare et irritare dignaretur, precipue pro quadam compoſitione amicabili roboranda, que de novo inter dominos et capitula Magdeburgenſis et Brandeburgenſis eccleſiarum extitit ordinata. Quia vero idem dominus epiſcopus ad ea, que expreſſa ſunt ſuperius, aliis prepeditus negotiis, intendere commode non valebat, nobis in hac parte vices ſuas duxit per ſuas patentes literas excuſatiorias totaliter committendas, prout in eiſdem literis patentibus, ad nos directis, latius continetur; unde nos ad inſtantiam dominorum ac capitulorum predictorum commiſſum nobis negotium aſſumentes, ſuper proceſſibus et ſententiis, de quorum irritatione et revocatione agitur et de compoſitione amicabili, que, ut predictum eſt, intervenerat inter partes, ſummaria cognitione premiſſa et deliberatione diligenti et maturo conſilio prehabitis, prout juſtitia ſuadebat, et precipue, quia ex fideli aſſertione prudentum virorum, dominorum Chriſtiani et Thiderici, procuratorum et canonicorum eccleſie Brandeburgenſis, aperte cognovimus, proceſſus et ſententias, qui irritari et revocari petuntur, poſt appellationes legitimas, a domino conſervatore et ſubdelegatis ab eo probatos, et quod tam eiſdem appellationibus quam etiam ſententiis et proceſſibus partes ſupradicte renunciaverunt, concorditer et expreſſe, prout in prefata compoſitione amicabili dinoſcitur actum eſſe, ſicut etiam ex inſpectione compoſitionis ejuſdem conſcripte liquere clare poterit cuilibet intuenti, ideoque nos omnes proceſſus et ſententias et quicquid ex eis ſeu ob eos ſecutum extitit, auctoritate nobis in hac parte commiſſa, revocamus et irritamus et omnino tollimus et viribus vacuamus et virtute appellationum precedentium, de quibus predicitur, abſolvimus ad cautelam, ita quod de cetero nemo per eos et occaſione eorum impugnari poſſit vel debeat ſeu etiam moleſtari, decernentes revocationem et irritationem, evacuationem, et jam dictas nos debere et poſſe in locis ſingulis, quibus oportunum fuerit, facere ſolemniter publicari. In quorum omnium et ſingulorum teſtimonium preſentes literas ſcribi fecimus et ſigilli noſtri appenſione muniri. Actum et datum anno domini M°. CCC°. XXVI°. in monaſterio noſtro in Monte prope muros Magdeburgenſes in die inventionis ſancti Stephani protomartyris glorioſi.

Nach einer Copie im alten Copiario.

CXCIII. Gerichtliches Inſtrument, aufgenommen über die Uebereinkunft zwiſchen dem Magdeburger und Brandenburger Domcapitel, am 26. Aug. 1326.

In nomine domini. Amen. Anno ejuſdem domini M. CCC. XXVI. indict. IX. menſe Auguſto VII. kal. Sept. conſtituto in mei et infra ſcriptorum teſtium preſentia reverendo domino Hinrico prepoſito eccleſie Brandeburgenſis et petente inſtanter, ut ſibi literas infra ſcriptas ſigillis inferius deſignatis roboratas ſub manu mea publicarem, quarum tenor eſt talis: Hinricus etc. (Es folgt nun die Urkunde No. CXC. vom Jahre 1326), et in alia forma, que incipit: Otto etc. (Es folgt

die Urkunde No. CXCI. vom gleichen Jahre) et in sequenti forma, que incipit: Bodo etc. (Urkunde No. CXCII.) Acta sunt hec anno, indictione mense et die supra dictis in castro Brandeburgensi presentibus dominis Jacobo plebano in Oyne et Johanne plebano in Brizene, testibus ad premissa vocatis et rogatis. Et ego Engelbertus, dictus de Lichen, publicus imperiali autoritate notarius has literas, ex quibusdam literis autenticis sigillis cereis munitis fideliter exemplavi, quarum prima literarum duo habebat sigilla etc.

Nach einer Copie im Copialbuche.

CXCIV. Der Markgraf Ludwig d. ä. verkauft von Neuem dem Domcapitel einen Theil der Havel und den kleinen Kiez, so wie gewisse Geldhebungen in Zachow und Tremmen, am 29. März 1327.

In nomine domini. Amen. Nos Lodowicus, dei gratia Brandenburgensis et Lusacie marchio etc. recognoscimus per presentes, quod pro triginta quinque marcis argenti Brandenburgensis expositis per dominum prepositum ecclesie Brandenburgensis in causa, quam dominus Borchardus, sancte Magdeburgensis ecclesie archiepiscopus movit contra nostros antecessores, nec non pro septem marcis, nunc de novo nobis per dictum dominum prepositum erogatis, dedimus et per presentes damus ipsi preposito et suis successoribus dicteque ecclesie Brandenburgensi proprietatem omnimodam in Obula a loco, qui dicitur Vurstede, usque ad civitatem novam Brandenburg, cum omnibus gurgustis, contentis in predicte aque decursu, cum piscationibus, cum judicio et annuali censu, proveniente de his in denariis et anguillis. Item cum Slavis, morantibus in villa Woltitz, a dextris, cum ad novam civitatem Brandenburg itur, cum eorum censu videlicet denariorum et pullorum cum omni jure, sicut nostri antecessores habuisse noscuntur. Item dedimus eidem preposito et suis successoribus atque ecclesie Brandenburgensis proprietatem super quatuor talenta denariorum, que precaria censualis dicuntur, in villis Zachow et Tremmen situata, scilicet in Zachow tria talenta cum tribus solidis et tribus denariis et in Tremmen sedecim solidos cum novem denariis, que quidem quatuor talenta dictus prepositus ergo Stephanum et Betekinum, dictos de Clebelock sua pecunia comparavit. Renunciamus ergo dicte proprietati et talentis, quoad nos et nostros heredes nec non omni juri ad ipsa solemniter in his scriptis, nostro pendenti sigillo de nostra certa scientia communitis, presentibus, domino Gunthero comite de Lindow, Wedekino de Wiltberg, Hinrico de Redere et Hinrico de Wolkow militibus cum aliis fide dignis. Datum Sehusen per manum Hermanni de Luchow, anno domini M. CCC. XXVII. dominica Judica.

Nach einer Copie im ältern Copiario.

CXCV. Ablaßbrief des Bischofs Ludwig von Brandenburg und mehrerer Bischöfe für die heil. Kreuz-Kapelle in Halle, vom 1. Juli 1327.

Vniuersis sancte matris ecclesie filiis, ad quos presentes litere peruenerint. Nos miseratione diuina (1 Erzbischof und 6 Bischöfe), Henricus episcopus Lubicensis, Donatvs episcopus

Ascalonensis, Lvdovicvs episcopus Brandenburgensis et Aneffancivs episcopus Adurensis, salutem in domino. Pia mater ecclesia, de animarum salute solicita, deuocionem fidelium per quedam munia spiritualia, remissiones uidelicet et indulgencias, inuitare consueuit ad debitum famulatus honorem deo et sacris edibus impendendum: ut quanto crebrius et deuocius illic confluit populus christianus assiduis salvatoris graciam precibus implorando, tanto delictorum suorum ueniam et gratiam regni celestis consequi mereantur eternam. Cupientes igitur ut capella sancte crucis in domo Hallensi confratris Magdeburgensis diocesis congruis honoribus frequentetur et a Christi fidelibus iugiter ueneretur, Omnibus uere penitentibus et confessis qui ad ipsam capellam in utroque festo sancte crucis predicte ac in festiuitatibus natiuitatis domini, circumcisionis, epiphanie, pasche, ascensionis, pentecostes, corporis Christi, singulisque festiuitatibus gloriose uirginis Marie, sancti Johannis baptiste, sancti Johannis apostoli et euangeliste et omnium aliorum apostolorum et euangelistarum, sanctorum Laurentii, Stephani et Georgii, Pantaleonis, Nicolai, Martini et Gregorii, sanctarum Marie Magdalene, Katerine, Margarete, undecim millium uirginum, omnium sanctorum, in festis quoque sancti Mathie apostoli et X millium militum, in dedicatione eiusdem capelle ac in singulis sextis feriis et per octauas dictarum festiuitatum, octauas habencium, causa deuocionis, orationis aut peregrinationis accesserint seu quibuscunque diuinis officiis ibidem interfuerint; nec non qui ad fabricam, luminaria, ornamenta seu queuis alia dicte capelle necessaria manus porrexerint adiutrices, aut qui in eorum testamentis uel extra aurum, argentum, uestimenta uel aliqua alia caritatiua subsidia dicte capelle donauerint, legauerint seu procurauerint, aut in serotina pulsacione campane, flexis genibus, ter aue Maria dixerint: quocienscunque premissa uel aliquod premissorum deuote fecerint; de omnipotentis dei misericordia et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius auctoritate confisi, singuli nostrum quadraginta dies indulgentiarum, de iniunctis eis penitentiis misericorditer in domino relaxamus, Dum modo diocesani uoluntas ad id accesserit et consensus. In cujus rei testimonium presentes literas sigillorum nostrorum iussimus appensione muniri. Datum Avinione, die prima mensis Julii, anno domini millesimo trecentesimo uicesimo septimo, Et pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini, domini Johannis diuina prouidencia pape XXII. anno undecimo.

Ludwig, Reliquiae Diplomatum Bd. XI, S. 503–505.

CXCVI. Der zum Bischofe von Brandenburg erwählte Heinrich von Barby verspricht dem Domcapitel dessen Rechte zu achten, am 15. Juli 1327.

Wy Hinrick, von Barby von der Gnade Gades Herr, gekoren thu dem Bischopdum tu Brandenburg, bekennen in dessen gegenwerdigen Briven unde loven mit gantzen Truwen, dat wy mit Willen gonnen scholen dem Proveste unde Capittel tu Brandenburg al ires Gudes, Rechtes, Richtes, Wonheit unde Vriheit, geistlikes unde wertlickes, dat sie hebben und gehat hebben by unsen unde iren Vorvaren Tyden, unde scholen uns noch unsen Ambachtlude unde Vogede mit iren Gude unde Rechte nicht bewerren noch des underwinden unde scholen ire Recht und ires Gades Huss beteren unde nicht ergeren. Och en schole wie die Vesten und Gut des Bischopdumes nicht verkopen, verwisen noch verandern, dat en sy des Capittels Wille. Wy scholen ock nene Vogede noch Hovetlude setten den Vesten des Gadeshuss, si en loven by oren Truwen, na unserm Dode die Vesten dem Capittel unbeworren weder tu 'antwerdene unde sunder Argelist. Ist, datt wy einen Vogett untsettett, die

Voget en ſchal der Veſten deme vorbenumeden Capittel tu Gude nicht vertien, dat ſelve Capittel ſie des von deme anderen Vogede ſo wiſs gemeckt mit truwe Gelovede, ſo die andere Vogett vore gedan hadde. Wie ſcholen ock alle redlicke Schulde unſer Vorvaren thu uns nehmen. Iſt, dat dat Capittel ennige Koſt dorch unſer Berupinge oder dorch andere unſe Sake dragen ſchall, die Coſt ſchole wy half dragen unde gelden, undè dat Capittel half gelden. Uppe ſus chedane verſprakene Dedinge ſchalen wy laten ledig unde loſs den Proveſt unde Hern Kerſtiane unde wederſenden mit ihrer Have tu Brandenburg. Och nehme wy tu Gnaden unde tu Hulden dat Capittel, die Papen gemeyne unde ſunderlik Hern Everharde, Proveſt tu Berlin, Hern Dideriche von Dalcho, Hern Jane von Megedeborch unde alle die verdacht van unſs ſin geweſen, unde vertien allen Unwillen weder ſie alle. Wy en ſcholen ock die vorbenumede Herren na deſſen Tydt nicht anverdigen noch ire Gudt noch ire Lude noch nenerley Wiſs unſs an ſie riven, wy en hebben ſie allererſt vor dem Margreven beſchuldiget, unde tu Antwerde laten kamen, die ſie tu Rechte beſchermen ſcholl, unde beſundern Rechtes tu vordedingen in ſinen Vreden hatt genomen. Deſſer vorſproken Rede ſindt Tüge Marggreve Ludewich van Brandenburg, Greve Bertollt van Hennenbergk, Greve Buſſo van Manſveltt, Herr Heyer van Vredeberch, Her Seger, Proveſt tu Tangermünde, Her Hermann van Luchow, Her Cunrad Cruſemarck, Deken tu Lebuſs, Her Herman van Arneborch unde Her Marchwartt van Bardeleve. Uppe eine rechte Stedicheit deſſer Dinge, ſo hebbe wie unſer Inſegell gegeven tu diſſem Brive, die is geſchreven in aller Apoſtell-Dage na Gades Burtt duſen Jar, Drihundert Jar in deme ſoventwintiſchten Jare.

Nach der Copie im alten Copialbuche.

CXCVII. Markgraf Ludwig verbietet dem Domcapitel, den Bannfluch des Papſtes Johann gegen ſeinen Vater, den Kaiſer Ludwig, anzuerkennen, am 15. Juli 1327.

Noverint univerſi, quorum preſentie preſens pagina defertur, quod nos Lodevicus, dei gratia Brandeburgenſis et Luſacie marchio, comes palatinus Reni, dux Bavarie, ſacri imperii archicamerarius, ſententiis domini Johannis, ſe papam nominantis et gravaminibus, quibus nos, noſtros ſubditos et nobis adherentes gravare nititur, obviare volentes, honorabili viro, domino Hinrico et capitulo eccleſie Brandeburgenſis precepimus in virtute noſtri favoris, promotionis et gratie, ac ſub exterminatione eorumdem de marchionatu et dominio noſtro nec non ſub publicatione et confiſcatione omnium bonorum Brandenburgenſis eccleſie, ut nullas ſententias vel gravamina contra ſereniſſimum principem, dominum noſtrum et patrem, dominum Lodevicum, Romanorum regem, et nos noſtroſque ſubditos ac nobis adherentes lata acceptarent nullatenus ea exequendo et tandem cum ipſis ad talem devenimus unionem, videlicet quod eoſdem ſub noſtra protectione recepimus et preſentibus literis recipimus, volentes ipſos et bona eorum contra quoſlibet epiſcopos, in perſonis et bonis infeſtare volentes, in omni jure tam ſpirituali quam temporali ac omni libertate et conſuetudine conſervare et contra ſingulas inconvenientias plene defenſare, quas forſan poſſet reverendus dominus, Hinricus de Barbey, electus dicte Brandeburgenſis eccleſie adverſus eos vel eorum bona aut alter quilibet attemptare. Dicti quoque prepoſitus et capitulum nobis et marchie in appellationibus contra quoſcunque faciendis adherebunt et ipſos ab omni onere expenſarum, ſi quas oportunis temporibus pro noſtra

et totius dominii noſtri utilitate et commodo fecerint, ipſos tenebimur et volumus expedite relevare. Nos igitur una cum ſpectabili viro, domino Bertoldo, comite de Hennenberg, prepoſito et capitulo predictis firmiter promittimus, quod ipſis literas prefati domini regis ordinabimus, in quibus obligabit ſe, quod nullam cum dicto domino Johanne, ſe papam nominanti, aut ipſius ſucceſſoribus reformationem faciet, niſi idem prepoſitus et capitulum reformationi hujuſmodi expedite includantur et a cunctis inhabilitatibus, ſententiis et laqueis, ſi quibus occaſione premiſſorum laqueati fuerint, liberentur. In cujus rei teſtimonium ſigillum noſtrum preſentibus eſt appenſum. Teſtes quoque hujus facti ſunt: domini Buſſo, comes de Manſveld, Guntherus, Ulricus, comites de Lyndowe, Segerus, prepoſitus in Tangermund, et plures alii fidē digni. Datum et actum Brandenburg, anno domini milleſimo CCC°. XXVII°. die diviſionis apoſtolorum. Et nos Bertoldus, dei gratia comes de Hennenberg, anno, die et loco ſupradictis in teſtimonium premiſſorum omnium ſigillum noſtrum preſentibus literis duximus apponendum.

Nach dem Originale.

CXCVIII. Papſt Johann XXII. beauftragt den Propſt zu Halberſtadt, den Dechanten zu Zerbſt und den Scholaſticus zu Merſeburg, dem Biſchofe Ludwig von Brandenburg mit päpſtlicher Machtvollkommenheit gegen diejenigen Beiſtand zu leiſten, welche ſich der Beſitzungen ſeiner Kirche bemächtigen, am 21. Oct. 1327.

Joannes XXII. etc. Dilectis filiis, Prepoſito ſancti Pauli halberſtadenſis et Decano in Cerweſt Brandeburgenſis dioceſis, ac Scolaſtico Merſeburgenſis eccleſiarum ſalutem. Ad hoc nos Deus pretulit familie domus ſue, ut oportuna ſingulis prouiſionis auxilia fidelis ſeruitutis iniuncte providentia pro tempore diſpenſantes, eorum prefertim utilitatibus intendamus, occurramus diſpendiis, ipſoſque ab oppreſſionibus relaxemus, qui aſſumpti in partem ſollicitudinis potioris ſunt dignitatis titulo inſigniti. Sane Venerabilis fratris noſtri Ludowici, Epiſcopi Brandeburgenſis conqueſtione percepimus, quod nonnulli archiepiſcopi, Epiſcopi, abbates, Priores, et alii eccleſiarum Prelati, Conuentus, Capitula, eccleſiaſtice perſone tam religioſe quam ſeculares, necnon Duces, Comites et Barones, nobiles, milites, uniuerſitates et alij ſeculares Ciuitatis et dioceſis Brandeburgenſis et aliarum Ciuitatum et dioceſium ac partium uicinarum occuparunt et ocupari fecerunt Eccleſias, Caſtra, uillas, caſalia, poſſeſſiones, cenſus, redditus et Prouentus, iura et iuriſdictiones et nonnulla alia bona mobilia et immobilia ad Epiſcopalem menſam ſuam Brandeburgenſem ſpectantia, ſeu eadem detinentibus preſtant auxilium et fauorem, nonnulli etiam Ciuitatis et dioceſis ac partium predictarum, qui nomen Domini in uacuum recipere non formidant, dicto Epiſcopo in eccleſiis, caſtris, villis, caſalibus, poſſeſſionibus, cenſibus, redditibus et prouentibus et iuriſdictionibus, bonis et rebus aliis ad eandem menſam ſpectantibus multiplices moleſtias et iniurias inferunt et iacturas. Quare dictus Epiſcopus nobis humiliter ſupplicauit, ut cum ualde difficile reddatur eidem, pro ſingulis querelis ad apoſtolicam Sedem habere recurſum, prouidere ſibi ſuper hoc paterna diligentia curaremus. Nos igitur aduerſus occupatores, detentores, preſumptores, moleſtatores huiuſmodi, oportuno uolentes remedio ſubuenire, per quod ipſorum compeſcatur temeritas, et aliis additus committendi ſimilia precludatur, diſcretioni ueſtre per apoſtolica ſcripta mandamus, quatinus uos, uel alium, ſeu alios, etiamſi ſint extra loca, in quibus deputati eſtis Conſeruatores et iudices, eidem Epiſcopo efficacis defenſionis preſidio aſſiſtentes

non permittatis, eum ſuper hiis et quibuſlibet, aliis bonis et iuribus ad menſam predictam ſpectantibus, ab eiſdem et quibuſcumque aliis indebite moleſtari, uel ſibi grauamina ſeu dampna uel iniurias irrogari, facturi ipſi cum ab eo ſeu procuratore ipſius, fueritis requiſiti de predictis et aliis perſonis quibuſlibet ſuper reſtitutione eccleſiarum, Caſtrorum, Villarum, Caſalium, poſſeſſionum, cenſuum, reddituum, prouentuum, iurium, iuriſdictionum et aliorum quorumcumque bonorum, necnon et de quibuſlibet iniuriis et moleſtiis atque dampnis preſentibus et futuris, in illis uidelicet, que iudicialem requirunt indaginem de plano ſine ſtrepitu et figura iudicii, et in aliis prout qualitas ipſorum exegerit, iuſtitie complementum. Occupatores ſeu detentores, moleſtatores, preſumptores et iniuriatores huiuſmodi, necnon contradictores quoſlibet et rebelles, cuiuſcumque ſtatus, ordinis, dignitatis uel conditionis extiterint, quandocumque et quotienſcumque expedierit, auctoritate noſtra, appellatione poſtpoſita compeſcendo, Inuocato ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachii ſecularis, Non obſtantibus felicis recordationis Bonifacii Pape VIII. Predeceſſoris noſtri, quibus cauetur, ne aliquis extra ſuam Ciuitatem et dioceſem, niſi in certis exceptis caſibus, et in illis ultra unam dietam etc. — trahatur et aliis quibuſcumque conſtitutionibus a Predeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus, tam de iudicibus delegatis, quam conſeruatoribus et aliis editis, que ueſtre poſſent in hac parte iuriſdictioni aut poteſtati eiuſque libero exercitio quomodolibet obuiare. Seu ſi aliquibus communiter uel diuiſim a predicta ſit Sede indultum, quod excomunicari, ſuspendi uel interdici, ſeu extra certa loca ad iudicium euocari non poſſint per litteras apoſtolicas, non facientes plenam et expreſſam ac de uerbo ad uerbum de indulto huiuſmodi, et eorum perſonis et locis, ordinibus ac nominibus propriis mentionem, et qualibet alia indulgentia dicte Sedis generali uel ſpeciali, cuiuſcumque tenoris exiſtat, per quam preſentibus non expreſſam, uel totaliter non inſertam, ueſtra iuriſdictionis explicatio in hac parte ualeat quomodolibet impediri, et de qua eiuſque toto tenore de uerbo ad uerbum in noſtris litteris habenda ſit mentio ſpecialis. Ceterum uolumus et apoſtolica auctoritate decernimus, quod quilibet ueſtrum proſequi ualeat articulum etiam per alium inchoatum, quamuis idem inchoans nullo fuerit impedimento canonico impeditus, quodque a data preſentium ſit uobis et unicuique ueſtrum in premiſſis omnibus et eorum ſingulis, ceptis et non ceptis preſentibus et futuris perpetuata poteſtas et iuriſdictio attributa etc. — Conſtitutione predicta ſuper conſeruatoribus et alia qualibet in contrarium edita non obſtante, Preſentibus poſt quinquennium minime ualituris. Datum Auinione XII. Kalendas Nouembris, anno duodecimo.

Nach einer Abſchrift aus dem Vatikaniſchen Geh. Archive Ex Reg. litt. comm. Anni XII, ep. 603, p. 213, P. I.

CXCIX. Papſt Johann XXII. verleiht dem Biſchofe Ludwig von Brandenburg, weil derſelbe noch nicht in den Beſitz ſeines Bisthums gelangt iſt, die früher bei den Stiftskirchen zu Halberſtadt, Merſeburg und Naumburg beſeſſenen geiſtlichen Lehen, am 21. Oct. 1327.

Joannes XXII. etc. Venerabili fratri Ludowico Epiſcopo Brandeburgenſi ſalutem. Exigentibus tue deuotionis meritis tuis libenter uotis annuimus, et perſonam tuam in hiis, que tuis neceſſitatibus oportuna fore conſpicimus, condignis fauoribus communimus. Exhibita ſiquidem nobis tua petitio continebat, quod tu non credis eccleſie tue Brandeburgenſis poſſeſſionem pacificam poſſe hoc

tempore adipiſci abſque maximis laboribus et expenſis, pro eo, quod hinricus de Barebuye, qui pro electo eiuſdem eccleſie falſo ſe gerit, eccleſiam ipſam detinet occupatam, nec etiam ſperas aliquos fructus ex eadem eccleſia percipere propter potentiam Comitum, patruorum eiuſdem hinrici, qui Marchionatum Brandeburgenſem gubernant ad preſens, quique eundem Hinricum in occupatione ipſius Eccleſie defendunt et protegunt minus iuſte: quare nobis humiliter ſupplicaſti, ut ne in opprobrium dignitatis Epiſcopalis mendicare cogaris, prouidere tibi de alicuius ſubuentionis remedio dignaremur. Cum itaque Canonicatus et prebende, quos in halberſtadenſi et merſeburgenſi ac Nuembergenſi, ac archidiaconatus in oſcherſleue in dicta halberſtadenſi, quem in eadem halberſtadenſi, ac quoddam officium ſimplex ſine cura, uocatum officium Camere, quod in eadem Merſeburgenſi, necnon quidam redditus obedientie noncupati, quos in dictis halberſtadenſi et Merſeburgenſi eccleſiis tempore promotionis tue per nos de te facte ad dictam Brandeburgenſem eccleſiam, tum paſtore carentem obtinebas, per huiuſmodi promotionem ac conſecrationis munus apud Sedem apoſtolicam de mandato noſtro tibi impenſum, apud Sedem eandem uacare noſcantur ad preſens, nulluſque preter nos de illis diſponere poſſit, pro eo, quod nos dudum ante uacationem huiuſmodi omnes Canonicatus, prebendas, dignitates, perſonatus et officia, ceteraque beneficia eccleſiaſtica apud eandem Sedem quoque tunc uacantia et in antea uacatura, collationi et diſpoſitioni noſtre ſpecialiter reſeruantes, decreuimus extunc irritum et inane, ſi ſecus ſuper hijs a quoquam quauis auctoritate ſcienter uel ignoranter contigeret attemptari; Nos uolentes in hac parte huiuſmodi tuis neceſſitatibus per circumſpectam Sedis apoſtolice prouidentiam ſubuenire, Canonicatus et prebendas ac archidiaconatum, officium et redditus predicta ſic uacantia, cum plenitudine iuris canonici ac omnibus iuribus et pertinentiis ſuis tibi auctoritate apoſtolica de ſpeciali gratia commendamus, per te uſque ad biennium a data preſentium numerandum, una cum predicta Eccleſia tua Brandeburgenſi tenenda, poſſidenda ac etiam gubernanda, ita quod eorundem Canonicatuum, prebendarum, archiadiaconatus officii et reddituum fructus, redditus et prouentus in uſus tuos proprios conuertere ualeas; alienatione tamen bonorum immobilium ipſorum Canonicatuum, prebendarum, archidiaconatus officii et reddituum tibi penitus interdicta; Non obſtantibus quibuſcumque conſtitutionibus in contrarium editis, ac quibuſlibet ſtatutis et conſuetudinibus dictarum halberſtadenſis, Merſeburgenſis eccleſiarum contrariis, iuramento, confirmatione apoſtolica uel quacumque firmitate alia roboratis, aut ſi aliqui apoſtolica uel alia quauis auctoritate in eiſdem eccleſiis in Canonicos ſunt recepti, uel ut recipiantur inſiſtant, ſeu ſi ſuper prouiſionibus ſibi faciendis de Canonicatibus et prebendis ac dignitatibus ſeu perſonatibus uel officijs aut redditibus in eiſdem eccleſijs ſpeciales, uel de beneficijs eccleſiaſticis in illis partibus generales dicte Sedis uel Legatorum eius litteras impetrarint, etiamſi per eas ad inhibitionem, reſeruationem et decretum, uel alias quomodolibet ſit proceſſum, quas litteras et proceſſus habitos per eoſdem ad Canonicatus, prebendas, archidiaconatum, officium et redditus ſupradicta uolumus, comenda durante huiuſmodi, non extendi, ſet nullum per hoc eis, quoad affecutionem Canonicatuum, prebendarum, dignitatum, perſonatuum, officiorum, reddituum, aut beneficiorum aliorum preiudicium generari; aut ſi Venerabilibus fratribus noſtris Epiſcopis et dilectis filiis Capitulis halberſtadenſi, Merſeburgenſi et Nuemburgenſi, uel quibuſuis alijs communiter uel diuiſim a prefata ſit Sede indultum, quod ad receptionem uel prouiſionem alicuius minime teneantur, et ad id compelli non poſſint, quod de Canonicatibus et prebendis ac dignitatibus ſeu perſonatibus, et officijs ac redditibus eiuſdem eccleſie, uel alijs beneficijs eccleſiaſticis, ad eorum collationem, prouiſionem uel quamcumque aliam diſpoſitionem coniunctim uel ſeparatim ſpectantibus nulli ualeat prouideri per litteras apoſtolicas, non facientes plenam et expreſſam,

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ac de uerbo ad uerbum de indulto huiusmodi mentionem, etc. Datum Auinione, XII Kalendas Nouembris, anno duodecimo.

Nach einer Abschrift aus dem Vatikanischen Geh. Archive Ex Reg. litt. comm. Anni XII, Ep. 602, p. 213 P. I.

CC. Papst Johann XXII. bevollmächtigt den Bischof Ludwig von Brandenburg, die Ehe seines Verwandten Grafen Gebhard von Mansfeld mit der Gräfin Lukarde von Valkenstein durch päpstliche Dispensation zu legitimiren, am 21. Oct. 1327.

Joannes XXII. etc. Venerabili fratri Ludowico Epiſcopo Brandeburgenſi ſalutem. Petito pro parte dilecti filij nobilis uiri Gheuehardi nati dilecti filij nobilis uiri Borchardi Comitis de Manſuelt, conſanguinei tui, ac dilecte in criſto filie nobilis mulieris Luckarde, nate quondam ... radi Comitis de Walkenſteyn, nobis exhibita continebat, quod cum idem Gheuehardus cum ipſa Luckarda, ignorans aliquod inter eos impedimentum exiſtere, quominus poſſent matrimonialiter copulari, matrimonium inuicem per uerba de preſenti in facie eccleſie, ut eſt moris, contraxit, carnali copula inter eos poſtmodum ſubſecuta; Verum quia poſtea compertum extitit, quod ipſi quarto conſanguinitatis gradu inuicem ſe contingunt, propter quod in dicto matrimonio remanere non poſſunt, diſpenſatione ſuper hoc apoſtolica non obtenta, nobis pro parte ipſorum extitit humiliter ſupplicatum, ut cum ex huiuſmodi matrimonij ſeparatione, ſi fieret inter eos, graues guerre ac multa pericula timeantur ueriſimiliter ſuboriri, prouidere eis ſuper hoc de oportune diſpenſationis beneficio dignaremur. Nos igitur, qui ſalutem querimus ſingulorum, et libenter criſti fidelibus quietis commoda procuramus, huiuſmodi guerris et periculis obuiare, ac predictorum Gheuehardi et Luckarde animarum ſaluti paterna in hac parte ſollicitudine conſulere intendentes, gerentes quoque de circumſpectione tua fiduciam in Domino ſpecialem; fraternitati tue preſentium tenore committimus et mandamus, quatinus, ſi eſt ita, ſuper quo tuam intendimus conſcientiam onerare, cum eiſdem Gheuehardo et Lukkarda, quod impedimento conſanguinitatis huiuſmodi non obſtante, poſſint in dicto matrimonio licite remanere, auctoritate noſtra diſpenſes, Prolem ſuſceptam et ſuſcipiendam ex eodem matrimonio legittimam nuntiando. Datum Auinione, XII. Kalendas Nouembris, anno duodecimo.

Nach einer Abschrift aus dem Vaticanischen Geh. Archive Ex Reg. litt. comm. Epiſt. 600, p. 212, P. I.

CCI. Papst Johann XXII. gestattet dem Bischofe Ludwig von Brandenburg für sich und seinen Hof Hausgottesdienst zu halten, ungeachtet des Interdicts, am 22. Oct. 1327.

Joannes XXII. etc. Venerabili fratri Ludowico Epiſcopo Brandeburgenſi ſalutem. Meritis tue deuotionis inducimur, ut que pie deſideras, fauorabiliter ad exauditionis gratiam admittamus. Nos itaque tuis ſupplicationibus benignius annuentes, fraternitati tue auctoritate preſentium indulgemus, ut cum ad loca eccleſiaſtico ſuppoſita interdicto te peruenire contigerit, in illis clauſis ianuis, excommunicatis et interdictis excluſis, non pulſatis campanis ac uoce ſubmiſſa, per proprium ſacerdotem ydoneum miſſam poſſis coram te et familiaribus tuis, ſine iuris alieni preiudicio facere celebrari, dum-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

modo tu, et familiares ipſi cauſam non dederitis interdicto, nec id contingat tibi et eis ſpecialiter interdici. Nulli ergo etc. Datum auinione, XI. Kalendas Nouembris, anno Duodecimo.

Nach einer Abſchrift aus dem Vaticaniſchen Geh. Archive Anni XII. Reg. litt. comm. Epiſt. 601, p. 213, P. I.

CCII. Der Biſchof Ludwig giebt dem Domcapitel das Patronatsrecht über die Kirche im Dorfe Groß-Lubars, am 1. Jan. 1329.

In nomine domini. Amen. Cum labilis hominum memoria et varii rerum eventus, reſtat, ut ea, que aguntur, ſcripturarum teſtimonio ſolidentur. Eapropter nos Ludovicus, dei gratia epiſcopus eccleſie Brandeburgenſis, coram preſentibus lucide recognoſcimus et ad noticiam deducimus futurorum, quod eccleſiam parrochialem in majore Lubas, cujus collatio et preſentatio ad nos, cum vacaverit, de jure dinoſcitur pertinere, reverendis dominis noſtris, Hinrico prepoſito, Gevehardo priori, totique capitulo ejuſdem eccleſie Brandeburgenſis auctoritate ordinaria preſentibus incorporamus et incorporando omne jus, quod in ipſa eccleſia habere dinoſcimur, tranſtulimus et preſentibus in dei nomine transferimus jugiter poſſidendam, ita ut dictam eccleſiam uni ex ſuis canonicis aut alicui ſeculari clerico locare poterint, conferre aut ad tempus committere et in uſus ſuos conjunctim vel diviſim conuertere, quando et quotiens ipſis expedire videbitur, pro ſuo beneplacito voluntatis, ita tamen, ut jura epiſcopalia ac archidyaconi de dicta eccleſia per plebanum, qui pro tempore fuerit, ſolvi valeant, et ut idem hoſpitalitatem de bonis ſibi aſſignatis commode exercere queat, et ut eccleſia eadem in divinis officiis aliqualiter non fraudetur. Ut autem ea, que ſic pie geſta ſunt, inconvulſa et inviolabiliter perpetuis temporibus perſeverent et a noſtris ſucceſſoribus illeſa obſerventur, preſentem literam dicto capitulo noſtro ſigillo vallatam dedimus in teſtimonium premiſſorum. Acta ſunt hec Scrapſtorp, anno domini M°. CCC°. XXIX°. in die circumciſionis domini noſtri.

Nach einer Copie im ältern Copialbuche.

CCIII. Friedrich von Stechow gründet den St. Andreas-Altar in der Domkirche, am 3. Febr. 1329.

Nos Hinricus, dei gratia prepoſitus, Ghevehardus prior, totumque capitulum eccleſie Brandenburgenſis, univerſis Chriſti fidelibus preſentis etatis et poſtere volumus atteſtatione preſentium eſſe notum, quod Friderieus de Stechow ſalubriter intendens, volens opera juſtitie virtutis preclariſſime feliciter operari, unum altare in honore beati Andree ob ſpem ſalutis promerende in cathedrali eccleſia Brandeburgenſis appoſitione duorum talentorum approbatione totius conventus dotavit, que quidem talenta dictus Fridericus a nobis emit et comparavit, et nos ei vendidimus et dimiſimus ex cenſu ſtagni noſtri in Rediz, cum omni jure perpetuis temporibus, ſicut noſtra eccleſia tenuit et habuit, altari hujuſmodi apponenda, ad quod tres miſſe pro defunctis et una votivalis ſingulis ebdomadis obſerventur. In feſto quoque beati Martini officianti dictum altare pretacti redditus

miniſtrentur, proviſo tamen, quod, cum ſepedictus Fridericus exſolverit debitum carnis, id pro ejus anime ſalute in vigiliis, orationibus et miſſis fieri debet, quod pro animabus aliorum fraternitatem prenominate eccleſie habentium fieri eſt conſuetum. Profitemur inſuper, quod prelibatus Fridericus collationem ſeu jus patronatus ejuſdem altaris habebit ad tempora vite ſue et ipſum uni de conventualibus conferet, ipſius de prepoſiti conſilio et aſſenſu. Ipſo vero ab hujus vite medio ſublato, collatio ad dominum prepoſitum devolvetur. In hujus rei teſtimonium etc. Datum Brandenburg, anno domini M. CCC. XXIX. in die beati Blaſii epiſcopi et martyris glorioſi.

Nach dem Originale, was aber an einer Seite ſehr beſchädigt iſt. Das Fehlende iſt aus dem Copiario ergänzt.

CCIV. Biſchöfliche Viſitations-Taxe für die Pfarren des Brandenburger Domcapitels, am 29. Aug. 1329.

Lodevicus, dei gratia epiſcopus eccleſie Brandeburgenſis, honorabilibus viris prepoſito et capitulo noſtre eccleſie Brandeburgenſis ſalutem in domino. Ponderatis ſollerter redditibus et proventibus veſtrarum eccleſiarum in nova civitate Brandenburg, Nowen, Middenwolde, Markowe, Cottzyn, Czachow, Crutzewitz parva, Rettzow, Bornewitz, Garſelitz, Verchefer, Lubas utraque, Plottzyn, Langerwiſche utraque, Smertzeke, ac diligenti ſuper hoc deliberatione prehabita, taxamus et canonice ſtatuimus, quando nos vel noſtri ſucceſſores ſingulis annis juxta ſacrorum inſtituta dictarum eccleſiarum vicarios, vulgariter plebanos nuncupatos, viſitaverimus vel viſitaverint, officio viſitationis eis, ut premittitur, impenſo, procurationem ratione hujuſmodi viſitationis de eccleſia in nova civitate Brandeburch de duodecim fruſtis, de eccleſia in Nowen de decem fruſtis, de eccleſia in Middenwolde de octo fruſtis, de eccleſia in Markowe de ſex fruſtis, de eccleſia in Cottzyn de decem fruſtis, de eccleſia in Czachow de quatuor fruſtis, de eccleſia in Crutzewitz de tribus fruſtis, de eccleſia in Retczo de ſex fruſtis, de eccleſia in Bornewitz de octo fruſtis, de eccleſia in Garſelitz de ſex fruſtis, de eccleſia in Verchefer de tribus fruſtis, de eccleſiis utriuſque Lubas de ſex fruſtis, de eccleſiis utriuſque Langerwiſche de tribus fruſtis, de eccleſia in Plottzin de quatuor fruſtis, de eccleſia in Smertzik de duobis fruſtis nobis et ſucceſſoribus noſtris de cetero perpetuis temporibus ſore perſolvendam. Ut premiſſa in poſterum permaneant indubitanter, ad perpetue rei memoriam preſentem literam noſtri ſigilli appenſione fecimus communiri. Datum et actum Seieſer, preſentibus Jordano et Johanne, fratribus, militibus, dictis de Neyndorp, et Thiderico, prothonotario noſtro, et aliis quam pluribus fide dignis, anno domini M°. CCC°. XXIX°. die decollationis ſancti Johannis baptiſte.

Nach dem Originale.

CCV. Der Biſchof Ludwig ſchenkt der Petri-Capelle vier Hufen im Dorfe Knobloch, am 29. Aug. 1329.

In nomine domini. Amen. Ludowicus, dei et apoſtolice ſedis gratia Brandenburgenſis eccleſie epiſcopus, univerſis etc. ſalutem in domino ac opera juſtitie, virtutis preclariſſime, in

longitudinem dierum feliciter operari. Cum uita hominum brevis ſit et tempus labile, ſolent, ut expedit, actiones durature, que fiunt ab hominibus in tempore, ne propter oblivionem, que mater eſt erroris, ſimul evaneſcant cum tempore, ſcripturarum memoriis perhennari. Ad notitiam igitur omnium, quorum intereſt et intererit noſſe infuturum, cupimus devenire, quod nos pium et debitum circa capellam antiquam beati Petri, principis apoſtolorum, ſitam juxta cathedralem eccleſiam Brandenburgenſem, geſtantes officium, ad reformationem ejuſdem capelle, ut in ea laus divina congruis temporibus habeatur, ipſaque a fidelibus dignis honoribus devotius frequentetur, dictam capellam quatuor manſis, ſitis in villa Clebelock de conſenſu capituli Brandenburgenſis eccleſie dotavimus et dotamus, quos eidem capelle appoſuimus et dimiſimus cum precaria et ſervitio et cum omni jure, ſicut eos habuimus et noſtri predeceſſores habuerunt, quorum manſorum pachtam, videlicet quatuor choros ſiliginis, dominus Johannes, dictus Gruwlhutt, pretacte capelle cum conſenſu Burchardi militis, fratris ſui, et duorum filiorum ſuorum, ſcilicet Johannis et Alberti, appoſuit et dimiſit in ſue anime et ſuorum progenitorum remedium et ſalutem. Nos quoque duos choros avene, de manſis eiſdem in pachta provenientes, cum proprietate cenſus, ſervitio quolibet memorate capelle appoſuimus in recompenſam et refuſionem duorum talentorum monete Brandenburgenſis, que dominus Fridericus epiſcopus, predeceſſor noſter, bone memorie illis de Bodinge ex villa Niendorp contulit et dimiſit, cupientes per omnia cultum divinum in laudem et gloriam creatoris omnium augmentari. In cujus facti etc. Datum et actum preſentibus teſtibus domino de Oyſvelde et domino Thiderico, prothonotario noſtro, clericis, et honeſtis dominis domino Jordano, domino Johanne et domino Jordano, fratribus et militibus, dictis de Niendorp, et aliis quam pluribus fide dignis, anno domini M. CCC. XXIX. in die decollationis ſancti Johannis baptiſte.

Nach einer Copie im Copialbuche.

CCVI. Bekenntniß des Biſchofs Ludwig von Brandenburg und des Ritters Hermann von Wulkow, daß ihnen von dem Markgrafen Friedrich zu Meißen die Stadt Zehdenik bis zur nächſten Pfingſten zu getreuer Hand eingegeben worden, vom 25. Dez. 1329.

Wie lodewick, van der gnaden godes Biſcob tv Brandenburg vnd her herman van wlkow, Ridder, bekennen in diſſem openen briue, dat wi die ſtat tv zedenik hebben in ghenomen tv des Erbern vorſten hant, Margreuen friederikes van Myſne, tv haldene van ſiner wegene tv trewer hant, an alle argeliſt, wente tv vtganden pingeſten. Wer dat, dat die vorbenante margraue van Myſne oder einer, den wi ghe louet hebben tv ſiner hant, die hir na beſcreuen ſtan, mit oppenen briuen des margreuen die ſtat van vs In eyſcheden, nach deme neeſten Oſteren bit tv vtganden pingeſten, deme ſcol wi die ſtat antworden, vnd den, die mit en dar tv komen: alle korn, hauer, gerſte, weite, Rogge vnd ander ding, dat tv koſt nutte muge ſyn, dat ſcol wi half mit der ſtat weder antworden in einer ſummen, ſo dat gheſcattet wert von twen luten des vorbenanten margreuen van miſne, vnd van twen von vſer wegene. Die ſtat en ſcal man nicht binnen der vorbenumten tyt mer veſten noch ergeren; wen mit ſulker were, als wi ſi in nemen, alſo ſcol wi ſi weder antworden. Deſſe vorbeſcreuene ding hebbe wie ghe louet Greue Guntere van zwartzeburg, her heinrike deme Eldern, voghede von ghera, her fritzen von wangenheim, her otten van vanren, her pe-

ter von porzik, her kunemunt van ſtuternheim. Dat deſſe ding ſtede vnd ganz bliuen, ſo hebbe wi deſſen brif ghe geuen, mit vnſen Inſigelen beſegelt. Deſſe Brief is ghe geuen na der Bort godes M. CCC. Jar. in negen vnde twintichtem Jare, tu der ſconerlinde, in deme heiligen taghe tv winachten.

Nach dem im Königl. Sächſiſch. Geh. Archiv in Dresden befindlichen Original. Vgl. die Hauptth. II., Bd. II., S. 60. abgedruckte entſprechende Urkunde.

CCVII. Markgraf Ludwig präſentirt dem Biſchofe Ludwig von Brandenburg den Rudolph Hugo für die Propſtei zu Stolpe, am 25. Mai 1331.

Reuerendo in criſto patri ac domino, domino Ludovico, Venerabili Eccleſie brandeburgenſis Epiſcopo, Ludovicus, dei gracia Brandeburgenſis ac Luſacie Marchio, nec non comes palatinus Reni, Dux bawarie ac Sacri Romani Imperii Archicamerarius reuerenciam cum ſalute. Veſtro dominationis paternitati ad prepoſituram Stolpen veſtre dyoceſis vacantem ex renunciacione Alberti quondam prepoſiti ibidem, cuius preſentacio ad nos dinoſcitur pertinere, diſcretum virum Rudolfum Hugonis clericum, preſencium oſtenſorem etate legittima conſtitutum, litterarum ſciencia et moribus non immerito commendandum, hiis in ſcriptis canonice preſentamus, Rogantes intimo ex affectu, quatenus eundem Rudolfum de eadem Prepoſitura intuitu iuſticie atque noſtri dignemini inueſtire. Datum Nurnberch, Anno domini M°. CCC^mo. XXXI°. Sexta feria poſt feſtum Pentecoſtes

Nach dem Originale des K. Geh. Kab.-Archives 420.

CCVIII. Biſchof Ludwig von Brandenburg incorporirt der Dechanei des Bartholomäiſtifts in Zerbſt die dortige Nicolaikirche und die Kirche zu Bone, am 21. Juli 1331.

Ludewicus, dei gratia Brandenburgenſis Eccleſie Epiſcopus, dilectis ſibi in Chriſto Decano et Capitulo Eccleſie Sancti Bartholomei in Cerwiſt — Cum — illuſtres Principes Dominus Albertus et Woldemarus fratres Comites de Anhalt vobis et Eccleſie veſtre Jus Patronatus eccleſie ſancti Nicolay in Cerwiſt cum eccleſia in Bone filia eiuſdem ab ea dependente — contulerunt, — Nos eccleſiam eandem — in augmentum prebendarum veſtrarum, quas tenues eſſe cognouimus, eorundem Principum interventu, Eccleſie veſtre et ſpecialiter Decanatui — incorporamus, annectimus, vnimus —. —. — Actum et datum Magdeburch, anno Domini M. CCC°. XXXI°. In vigilia ſancte Marie Magdalene. —.

Vollſtändig in Beckmann's Anhalt. Hiſt. III, 205.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CCIX. Der Bischof Ludwig von Brandenburg und der Markgraf Ludwig von Brandenburg compromittiren wegen ihrer Streitigkeiten über die Lehne, die Letzterer von Ersterem empfangen soll, desgleichen über Teltow, auf den Ausspruch des Kaisers und anderer Schiedsmänner, am 18. Jan. 1334.

Wi Ludowig, van der gnade gods byffchop to brandenborch, bechennin in diſſim openin briue, Dat wi mit dem werdegin vorſten marggreue Ludowig to brandenborch mit gudem willin vnd mit rade vſir getrewin gededingit hebbin vmb di ſchelunge, die twiſchin vs geweſin is als hir na beſchriuin ſtet. To dem erſtin vmb alle guet, dat wi ſprekin, dat de marggreue tu lene van vs vnd van vſim gods huſe hebbin ſcole, dat hebbe wy gelatin an beydir ſit vppe den hochgeborn vorſtin vſim herrin keyſir Ludwig von Rome. Sprickt he, dat de marggreue dat guet, dat wy bewiſin mugen, ſcal van vns vnd van vſim godshuſe to lene entpfangen, dat ſcal he mit willin vnd an wedderſprake dun. Sprickt he ok, dat de marggreue fulk guet entpfangin ſcal van dem altar to brandenborch, dat ſcal he duen: vnd wat he ock dar tu vſir vnd vſirs capitels hantueſtin bedarf vnd breue iegin als weme, dar es in not es vnd bynamen iegin den byffchop von meydburg, dar ſcule wi ime getruwelike mede behulpin ſin. Vortmer vmb alle die teydin, de wy anſpreken in des marggreuen lande, is alſus geteydinget, wes de vorbenumde vſe herre de keyſir vnd we eindrechtis wurden vnd vnder vs ouer eindragin, alſo ſcole wi dat dun vnd holden: konde wi des mit den keyſir nicht ouereindragen oder nicht toſamene quemen, ſo ſcal dat ſtan vppe den trewin man bruder henrick von Zipplingen den Commendur vnd vppe den vromen reddere hern dypolde Gutzzin ſinin hofmeyſter vnd vppe den erſamen man den probſt van brandenborch: wat ſe darvmb ſpreken endrechtleken alſo ſcole we dat holden. Gyenge ok diſſer drier ienich af, So ſcal de marggreue vnd ok we einin anderen kyſin in ienis ſtat binnin ener mant darna, di ſcal deſeluin macht hebbin, dhe de iene hadde. Dheſeluin drey ſullin ock volle macht hebbin eindrechtliken allir ſake vnd ſchelunge, de noch twiſchin vs werden mak. Vorbat vmb dat ſtedekin teltowe vnd vmb de dorp, dhe we anſpreken, is et alſus geſprokin, dat wy dat an beydir ſit hebbin gelaten to hern Euerth, dem proueſt to berlin vnd toe hern hermanne van Luchowe vnd to andern vromme luden, den dar wetlik vmme is vnd de ſe darto hebbin muegin vnd na breuen der alden marggreuen: wat ſe darumb ſpreken bey irem ambacht vnd by eyden vnd vs heyten, dat ſcole wy beydir ſit alſus holden. Is ok, dat ſi vs dat to ſprekin vnd dem marggreue affprekin; ſo mach he doch datſelue teltowe vnd de dorp wedir loſin vor vier hundert marg brandenborch ſiluers van ſand walpurgis dage, dhe nve negiſt kumt, vort ouer ein Jar, vnd we ſcolin eme de loſunge vor weten laten twey mande vor dem Dage. He ſcal ok vs vſe godshus vſe capitel al vſe vnd vſes capitels ghut vnd vſe vnderſaten hegen ſchermen vnd behalden bey allem vſim rechtin vnd vriheiten, als wi geweſin ſin bey den alten marggreuen van brandenborch, den got gnedig ſi, vnd als vſe breue vnd hantueſtin hebbin. To eymer vrchund und betuginge alle diſſer vorgeſchrebin Dinge hebbin wy diſſin brief gegebin vorſigelt mit vſem Inſigel, vnd is geſchehin to Euerſwol, na gods gebort M°. CCCXXXXIIII°, des dinſdages vor Sebaſtiani.

Nach dem Original des K. Provinzial-Archivs zu Magdeburg.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CCX. Der Bischof Ludwig genehmigt die Errichtung und Dotirung eines Altars in der Domkirche, am 8. Febr. 1334.

Nos Ludewichus, dei gratia epiſcopus eccleſie Brandeburgenſis, in hiis ſcriptis lucide recognoſcimus, quod religioſus vir, dominus Thidericus Kotho, canonicus noſtre eccleſie et plebanus veteris civitatis ibidem, Thile et Ghercke Kotho, fratres, patrui ſui, ac magiſter Petrus de Tangermunde, ipſorum avunculus, glorioſos decem milia milites ſpeciali devotione venerari cupientes, ad ipſorum laudem et honorem ſuorumque progenitorum ac propriarum ſuarum animarum ſalutem, de noſtri et honorabilis viri, domini Thiderici prepoſiti, Wilhelmi prioris, et capituli eccleſie noſtre voluntate et conſenſu altare in noſtra cathedrali eccleſia dotaverunt, eidem nomine dotis apponendo unum chorum ſiliginis in opido noſtro Prytſerwe et unum chorum ordei in villa noſtra Bamme jacentes, quos dicti fratres a nobis in pheudum tenuerunt, quibusque pro ſe et ſuis heredibus perpetue renunciaverunt pro uſibus dicte dotis; nec non duo talenta Brandeburgenſis denariorum, jacentia ſuper manſos ville Tzachowe, pertinentis ad prepoſitum et capitulum predictos dictaque uſualiter precaria cenſualis, que duo talenta iidem fratres ab ipſo prepoſito in pheudum tenuerunt, quibus ſimiliter pro ſe et ſuis heredibus perpetue renunciaverunt ad uſum dotis altaris ſupra dicti. Sane dictus dominus Thidericus Kotho, patrui ſui et eorum heredes ac prefatus magiſter Petrus ſimul, quamdiu vixerint, aut unus et plures ipſorum poſt obitum aliorum, qui et quamdiu ſuperſtites fuerint, de conſenſu prepoſiti eccleſie noſtre conferent duobus canonicis dicte eccleſie noſtre altare ſupra dictum, qui ſuper eo ſingulis ſeptimanis legent tres miſſas tempore congruenti et tres alias pro defunctis. Poſt deceſſum vero predictorum collatio ipſius altaris ad prepoſitum eccleſie noſtre perpetue permanebit. Ceterum dicti prepoſitus, prior et capitulum prefatum magiſtrum Petrum in ſuum confratrem et dominam Margaretam matrem dicti Gerkini, in ſuam ſororem ſpecialem receperunt, ipſis concedentes tam in vita quam in morte participationem vigiliarum, orationum, jejuniorum, caſtigationum ceterarumque omnium bonorum, que per ipſos et ſuos ſucceſſores operari dignabitur clementia ſalvatoris. Nos igitur, omnia et ſingula ſupradicta grata et rata habentes, ea auctoritate ordinaria in dei nomine confirmamus, proprietatem nichilominus dictorum duorum chororum, que ad menſam noſtram epiſcopalem ſpectabant, dantes ad dictum altare, de conſenſu prepoſiti et capituli predictorum. Dictus etiam prepoſitus, prior et capitulum proprietatem dictorum duorum talentorum ad ſe pertinere de noſtro conſenſu ad ſupradictum altare donaverunt. In quorum omnium et ſingulorum teſtimonium noſtrum ſigillum preſentibus eſt appenſum. Et nos Thidericus, dei gratia prepoſitus, Wilhelmus prior et capitulum eccleſie Brandeburgenſis predicta in evidentiam omnium et ſingulorum predictorum duximus noſtra ſigilla hiis literis appendenda. Datum Brandenburg, anno domini M°. CCC°. XXXIIII°. in die beati Dionyſii martyris.

Nach dem Originale.

Anm. Damit ſtimmt überein die Inſchrift in der Domkirche auf der Südſeite, in der fünften Arkade, rechts: Anno domini MCCCXXXIIII. ipſo die Dionyſii epiſcopi et ſociorum ejus martyrum conſecratum eſt hoc altare in honorem decem milium militum per reverendum in Chriſto patrem et dominum dominum Ludovicum, epiſcopum hujus eccleſie, fundatum et dotatum per venerabilem dominum Theodoricum Kothen, tunc veteris civitatis plebanum et poſtea factum epiſcopum et per Tylonem et Gerardum, patruos ſuos, et magiſtrum Petrum de Tangermunde, ipſorum avunculum, nec non per dominum Bartholomeum Laurencii, hujus eccleſie canonicum.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CCXI. Kaiser Ludwig fordert den Bischof Ludwig von Brandenburg auf, den Pfarrer Heinrich von Eberswalde zu zwingen, in Betreff des ermordeten Propstes von Bernau, seines Bruders, die ihm zuerkannte Buße anzunehmen, damit Berlin und Cöln vom Interdicte befreiet werden, am 17. März 1334.

Ludovicus, Dei gracia Romanorum Imperator semper Augustus, Venerabili Ludovico Episcopo Brandenburgensi, devoto suo dilecto, gratiam suam et omne bonum. Cum jam diu cultus divinus in Civitatibus Berlin et Colne Christifidelibus ibidem propter Heinricum Rectorem ecclesie parochialis in Ewerswalde occasione cujusdam homicidii in persona cujusdam fratris sui retro perpetrati, dinoscatur subtractus ipseque de emenda nolit stare contentus debita et condigna; Id circo sinceritati tue committimus et mandamus, quatenus, nisi prefatus curatus infra certum terminum acceptet emendam, quam sapientes ibidem duxerint arbitrandam, ad privationem ipsius procedas, vna cum illustri Ludovico marchioni Brandenburgensi, Principe ac primogenito nostro charissimo, sic prompte, vt Tibi gratiam nostram exinde possis vberius vindicare et eandem ecclesiam parochialem quoad spiritualia conferas Heinrico de Tsuden nostre contemplationis intuitu et amore harum testimonio literarum. Datum Nurenberg, anno Domini milesimo trecentesimo tricesimo quarto, feria quarta proxima ante palmas, Regni nostri anno vicesimo, Imperii vero septimo.

Fidicin's Beiträge, Theil IV., 15.

CCXII. Bischof Ludwig von Brandenburg cassirt die von den Grafen von Anhalt auf sich erledigende Canonicate des Bartholomäistiftes zu Zerbst ertheilten Anwartschaften, am 18. Oct. 1334.

Ludowicus, Dei gratia Brandenburgensis Ecclesie Episcopus, — Decano et Capitulo in Cerwist. — Quoniam in Ecclesia vestra consuetudinem sacris Canonibus contrariam vidimus hactenus observatam videlicet, quod quam plures persone ad vacaturas prebendas in ecclesia vestra primum per bone memorie Dominum Albertum Comitem quondam de Anhalt ac deinde per filium eiusdem similis nominis et cognominis, nostrum Compatrem, — sunt — presentate, Nos — abusum — corrigere cupientes — presentationes huiusmodi per dictos Dominum Albertum bone memorie et ejus filium nostrum Compatrem hactenus — factas — cassamus. —. Datum Scrapstorp, Anno Domini M. CCC. XXXIIII°. in die b. Luce Evangeliste nostro sub sigillo.

Vollständig in Beckmann's Anhalt. Hist. III., 205. 206.

CCXIII. Quittung des Erzbischofs in Magdeburg für die aus der Brandenburgischen Diöcese erhaltenen Procurationsgebühren, am 18. Jan. 1335.

Nos Otto, dei gratia sancte Magdeburgensis ecclesie archiepiscopus, tenore presentium recognoscimus, quod honorabiles viri, episcopus et prepositus ecclesie Brandenburgensis, nobis satisfecerunt de quinquaginta marcis Brandenburgensis argenti et ponderis Magde-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

burgenſis, quas ratione viſitationis nomine procurationis iu feſto circumciſionis domini ſe guardiano fratrum minorum in Magdeburgenſis nec non magiſtro Thid. de Hedewiſchen in conventu dicti guardiani ſe ſoluturos indubitanter una cum ceteris prepoſitis dicte dioceſeos fuerunt ſtipulati, unde ipſos quitos dimittimus, quod ad manus noſtras dictam ſtipulationem dicti viſitatores noſtri receperunt, preſentium noſtrorum teſtimonio literarum, quibus noſtrum ſecretum eſt appenſum. Datum Magdeburg, XV kalendas Februarii anno domini M. CCC. XXXV°.

Nach dem Originale.

CCXIV. Der Biſchof Ludwig trennt die Kirche zu Schmerzke mit dem Filial Rietz von der Pfarrkirche der Neuſtadt Brandenburg, am 26. Jan. 1335.

Ludowicus, dei gratia Brandeburgenſes eccleſie epiſcopus, omnibus preſentes literas audituris ſalutem in domino cum notitia ſubſcriptorum. Licet eccleſia ville Smertzik cum filiali eccleſia Rediz unicum et per ſe omnino diſtinctum beneficium fuerit ab antiquo, ſed tamen in ſiniſtram opinionem noviter devenit per hec, quod bone memorie Kerſtianus, olim plebanus eccleſie nove civitatis Brandenburg, ipſam cum ſua eccleſia aliquibus, non tamen omnibus annis ſui plebanatus ſimul tenuit, quamvis, quo titulo illud fecerit, ignoretur. Quia tamen nunc plenius inſtructi, quod eo tempore, quo dicte eccleſie ſimul tenebantur, non ſolum in ſpiritualibus verum etiam in temporalibus utpote in agrorum ad eandem eccleſiam Smertzik pertinentium deſertione ac ipſius edificiorum deperditione negligentie multe ſint commiſſe, quas in futurum committi, ſi ſimul remanerent, veriſimiliter formidamus, ideo ad inſtantiam honorabilis viri, domini Thiderici prepoſiti et capituli eccleſie noſtre, patronorum utriuſque eccleſiarum, tam Smertzik quam nove civitatis Brandenburg, conſentiente provido viro, domino Gevehardo de Stêcho, plebano eccleſie dicte nove civitatis Brandenburg, eas ab invicem auctoritate ordinaria in dei nomine ſeparamus, decernentes eas cunctis futuris temporibus debere teneri pro duobus diſtinctis beneficiis et a ſe hinc inde penitus ſeparatis. Actum et datum Spandow ſub noſtro ſigillo anno domini M. CCC. XXXV. *) in craſtino converſionis beati Pauli apoſtoli.

Nach der Copie im ältern Copialbuche.

CCXV. Der Biſchof Ludwig geſtattet dem Propſte einen Prediger in Schmerzke zu beſtellen, am 26. Jan. 1335.

Ludowicus, dei gratia etc., honorabili viro, domino Thiderico, ejuſdem eccleſie prepoſito, benevolam in omnibus voluntatem. Ut Hinricum preſbiterum, olim tenentem in Smerzik de cura animarum ejuſdem eccleſie, vacantis per ſeparationem noſtram ab eccleſia nove civitatis Brandenburg., inveſtire poſſitis, quod etiam vobis competere dicitis virtute privilegiorum veſtrorum, vobis ad preſens duximus permittendum. Datum Spandow, anno domini M. CCC. XXXV. in craſtino b. Pauli apoſtoli converſionis.

Nach der Copie im ältern Copialbuche.

---

*) Das Copialbuch hat XXV., dies Jahr iſt aber offenbar falſch: es muß XXXV. heißen. S. die folg. Urkunde.

CCXVI. Der Bischof Stephan von Lebus benachrichtigt den Bischof von Brandenburg, daß er die beiden Städte Brandenburg vom Banne losgesprochen habe, am 1. April 1335.

Venerabili in Christo patri, domino Ludovico, episcopo Brandenburgensi, Stephanus, dei gratia episcopus Lubucensis, cum omni reverentia desiderium in singulis complacendi. Noverit vestra paternitas veneranda, discretos viros consules et universitatem civium antique et nove Brandenborg civitatum super litibus et controversiis, que inter nos et ipsos dudum vertebantur ratione quorundam dampnorum, nobis et ecclesie nostre Lubucensi per ipsos illatorum, amicabiliter nobiscum concordasse; unde ipsos a sententiis excommunicationum, quibus per nos et ad instantiam nostram ligati erant, nostra et nobis in hac parte concessa autoritate, dei nomine invocato, absolvimus in hiis scriptis eosdem et ipsorum familiam divinis officiis restituentes et ecclesiasticis sacramentis, plebanisque eorundem locorum committentes, ut omnes et singulos dictarum civitatum, qui propriis in personis dictis nostris dampnis interfuerunt, per manuum suarum impositionem, autoritate predicta, salutari ipsis penitentia injuncta, absolvere valeant, quos etiam et singulos predictos de universis et singulis premissis nostro et ecclesie nomine absolvimus tenore presentium et quitamus. In quorum testimonium omnium presentes nostri appensione sigilli jussimus communiri. Datum Berlin, Kalendas Aprilis anno domini millesimo tricentesimo tricesimo quinto.

Nach Gercken, Stifts-Historie von Brandenburg S. 550.

CCXVII. Der Bischof von Brandenburg quittirt über die von den Rathmannen zu Berlin und Cöln erhaltenen 300 Mark Silbers wegen des erschlagenen Propstes von Bernau, und bekennt nun die ganze Summe von 750 Mark vollständig erhalten zu haben, am 16. Mai 1336.

Nos Ludovicus, Dei gratia Brandenburgensis Ecclesie Episcopus, recognoscimus publice per presentes, quod per manus providi viri Theodorici, officialis nostri, recepimus trecentas marcas Brandenburgensis argenti et ponderis, nobis pagatas nomine Ecclesie nostre per sagaces viros Consules civitatum Berlin et Colln in festo beate Walpurgis nunc proxime preterito, occasione compositionis inter nos et ipsos ratione Prepositi Bernowiensis bone memorie facte, de quibus ipsos quitos presentibus dicimus et solutos. Cujus pecunie summa se ad septingentas marcas et quinquaginta extendit et integraliter est soluta. In cujus recognitionis evidens testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum et actum Berlin, Anno Domini M. CCC. XXXVI. feria quarta ante festum Pentecostes.

Fidicin's Beiträge, Theil IV., 16.

CCXVIII. Das Domcapitel verkauft der Altstadt Brandenburg den Hof Görne mit Zubehör, am 26. Nov. 1336.

Nos Thidericus, dei gratia prepositus Wilhelmus prior, et capitulum ecclesie Brandeburgensis, presentibus lucide recognoscimus, quod diligenti cum venerabili in Christo patre

et domino noſtro, domino Ludovico, epiſcopo eccleſie noſtre, et etiam inter nos tractatu prehabito de ejuſdem domini noſtri epiſcopi et omnium noſtrum conſenſu propter ſolutionem gravium debitorum, quibus eccleſia noſtra annis jam pluribus apud Chriſtianos et Judeos extitit onerata, et que hactenus de anno in annum fuerunt aucmentata, et etiam aucmentantur in futurum, cum intolerabili ipſius eccleſie noſtre detrimento, ſi in totum non fieret ſolutio eorundem, vendidimus diſcretis viris: Hencen Velkener, Martino Vere, Conrado Predemiz, Hinrico Croghere, Johanni Langerwiſch, Henningo Sellwelanch, Bernardo Rathenowe, Johanni Ruwen, Henningo de Beke, Hinriko Plote, Conrado Homborch et Johanni Iutergoz, antiquis et novis conſulibus veteris civitatis Brandeburg, nec non toti communitati civitatis ejuſdem pro centum octoginta marcis Brandeburg. argenti et ponderis, nobis per ipſos integraliter jam ſolutis et per nos expenſis in ſolutionem dictorum debitorum, curiam Gorne quoad ipſius hereditatem, utile dominium et proprietatem cum utroque ſtagno, uno dicto Tzummolt et alio ipſi curie adjacente, cum omnibus aliis et ſingulis, que ad eam in agris, pratis, paſcuis, mericis, lignis, ſilvis, rubetis, paludibus et aliis quibuſlibet, tam ſpiritualiter videlicet quoad libertatem ſolutionis decime et tricesime aut alterius quote, quam temporaliter hactenus ſpectaverunt, eorum quoad omnia et ſingula predicta eſſe volentes warandatores juxta iſtius terre morem, pro nobis et noſtris ſucceſſoribus perpetuo renunciantes ipſi curie, hereditati, utili dominio et proprietati ejuſdem curie et omnium ſuarum pertinentiarum preſcriptarum. Ad que omnia et ſingula nobis et dictis noſtris ſucceſſoribus nihil juris reſervamus. Ne igitur predicta a nobis aut noſtris ſucceſſoribus aliquando poſſint quomodolibet infirmari, preſentem literam ipſis dedimus, dicti domini noſtri epiſcopi et noſtris ſigillis communitam. Et nos Lodewicus, dei gratia epiſcopus dicte eccleſie Brandeburgenſis ad preces prefatorum dominorum, Thiderici prepoſiti, Wilhelmi prioris, et capituli eccleſie noſtre in teſtimonium noſtri conſenſus noſtrum ſigillum de certa ſcientia noſtra duximus preſentibus appendendum. Actum et datum Brandenburg, anno domini M°. CCC°. XXXVI°. in craſtino beate Catherine uirginis, preſentibus honeſtis famulis Nicolao Broſeken, Johanne de Sandowe, Johanne de Ribbeke, et diſcretis viris Arnoldo de Vriſac et Hinrico Treskowe in Rathenowe, Petro de Tuchem, Tzabello Bekerer et Hermanno Thome in nova civitate Brandeburgenſi civibus, teſtibus ad premiſſa ſpecialiter vocatis et rogatis.

Nach dem Originale im Stadtarchive.

CCXIX. Der Biſchof Ludwig von Brandenburg verzeiht den Altſtädtern zu Brandenburg die gröbliche Beleidigung, welche ſie den Domherren zugefügt haben, am 26. Nov. 1336.

Lodewicus, dei gratia Brandeburgenſis eccleſie epiſcopus, diſcretis viris hencen velkener, Bernardo et hinr. ratenowe, Martino vere, hinr. croghere, Johannijutergoz, henningo Sellwelanch, Conrado Homborch, johanni rode, Georgio, Wilhelmo naghel, Koppekino Stelve civibus necnon prefecto, conſulibus, totique civitati veteris civitatis ibidem salutem et bone voluntatis affectum. De eo, quod vos ſuper violencia et iniuria, quam nuper in merica Gorne dilectis nobis in Chriſto dominis Thiderico prepoſito, Wilhelmo priori et capitulo eccleſie noſtre indebite irrogaſtis, amicabiliter cum eiſdem componere ſtuduiſtis, veſtram prudentiam in domino commendamus. Nos ipſam compoſitionem gratam et ratam habentes vobis et veſtrum cuilibet

exceſſum, quem contra nos et eccleſiam noſtram in hac parte feciſtis, generoſe de certa noſtra ſcientia duximus remittendum. Datum Segeſer, anno domini M°. CCC°. XXXVI°., in craſtino beate catherine virginis.

Nach dem Originale im Brand. Stadtarchive.

CCXX. Markgraf Ludwig verpflichtet ſich nach dem Tode des Edlen Heinrich von Barby dem Biſchof Ludwig von Brandenburg 200 Mark zu zahlen, i. J. 1337.

Nouerint uniuerſi etc. quod nos etc. Ludouicus etc. Volumus et debebimus Venerabili in criſto patri ac domino domino Ludouico Brandenburgenſis eccleſie epiſcopo, ſi nobilem virum Henricum de Barbey ab hac luce quod abſit migrare contingeret, de ducentis marcis argenti Brandenburgenſis, in quibus antedicto domino Henrico pro nunc obligamur, ſatisfacere, contradictione qualibet quieſcente. Dantes ſibi preſentes in teſtimonium ſuper eo.

Nach einem Copialbuche des Geh. Kab.-Archives 4°. Nr. 31.

CCXXI. Biſchof Ludwig verſchreibt mit Heineke und Buſſe von Alvensleben, Johann von Neuendorf und andern altmärkiſchen Vaſallen dem Hans, Heinrich und Albrecht von Alvensleben und Rutger von Ampleben 400 Mark Silber, am 6. Dez. 1338.

Wie Her Heyneke vnd Her Buſſe van Aluenſleue Riddere, vnd wie Her Ludewig, van der ghenade godes Biſchop tu Brandenburg, Her Jan van Nendorp, Her Gumprecht vnd Fritze van Wanzleue, Hanes van Honloghe, Fritze van Wederden, Werner van der Schulenborch, Hern Thidericus Sone, Bekennen vnd betughen in diſſem Brieue, dat wi entruwen ghelouet hebben vnde louen mit ſamderhant Hanſe vnd Hinrick van Aluenſleue, Brodern, Rutgere van Ampeleue, Albrechte van Aluenſleue viere hundert mark. Stend. Syluerts, tu beredene alſo hir na befreuen ſteyt. — Nach den wynachten ouer eyn iar wane ſie vns manen, So ſcol wie Sie bereden Bynnen iar vnd daghe, Tu Magdeburg oder tu Stendal, war ſie dat eſcheden, vnd veleghen wante tu Kalue, dat Albrechtes van Aluenſcleue is, oder tu Aldenhuſen. Were ok dat vnſer ienich torue — — die dit ghelouet hebben, ſo ſcol wie eynen Andern lik ſo goden vnd vor vnſen heren Biſcop Ludewig van Brandenburg, vpe hie ſtorue, vnſer noten eynen bynnen viere weken nageſt ſynem dode, in ſyne ſtede ſetten. — Were ok dat dit vorbenante gelt nicht beret worde vp diſſe vorbeſcreuene tyt na der maninge; So ſcol wie in ryden tu Borch oder tu Haldeſſleue vnd recht ynlegher leſten vnd nicht van denne, dit vorbeſcreuen gelt ſy beret oder wie en dun dat mit erme wyllen, den dit ghelouet is. — Na godes ghebort dritteynhundert iar in deme Achtendritteſten iare, In ſente Nicolauſdaghe.

Nach Wohlbrück's Nachrichten von dem Geſchlechte von Alvensleben I. S. 258.

CCXXII. Der Propſt Dietrich legt einen Streit bei über einen Altar in der Katharinenkirche der Neuſtadt Brandenburg, am 11. Nov. 1339.

Nos Thidericus, dei gratia prepoſitus totumque capitulum eccleſie Brandeburgenſis, recognoſcimus in his ſcriptis, quod impetitio ſeu briga, quam diſcretus vir, dominus Wernerus, dictus de Lanchuſen, altariſta in Stendal, hactenus habuit et movit ſuper altari, per Nicolaum quondam dictum de Lapidea Domo, in parochiali eccleſia nove civitatis Brandenburg dotato, taliter eſt ſopita, quod ſingulis diebus dominicis memoria Jacobi de Lanchuſen fieri debet in eccleſia nominatim, ſicut de aliis Chriſti fidelibus fieri eſt conſuetum; item ſecundis et ſextis feriis ſingularum ſeptimanarum, per annorum circulum concurrentium, in ſalutem anime dicti Jacobi et progenitorum ſuorum ſervari debet miſſa pro defunctis ad altare ſupra dictum; item cum dies anniverſarius dicti Jacobi plebano fuerit intimatus, hic ſervabitur in miſſa et vigiliis, prout circa alios Chriſti fideles fieri eſt conſuetum. Adjicimus etiam, quod, ſi eccleſia, ſpectans ad noſtram collationem, vacaverit, que per ſecularem clericum regi conſuevit, et ad quam voluntas alicujus domini ſeu canonici cathedralis eccleſie non fuerit inclinata, illam predictam domino Wernero, ſi ſuper hoc requiſiti fuerimus, pietatis intuitu conferemus. In evidentiam premiſſorum noſtra ſigilla, ſcilicet prepoſiti et capituli, preſentibus ſunt appenſa. Hujus rei teſtes ſunt Segerus piſtor, Sanderus Droſe, Marcmann et Granach, qui dicte compoſitioni, dum fieret, affuerunt. Actum anno domini M. CCC. XXXIX. in die beati Martini, confeſſoris et epiſcopi.

Nach einer Copie im ältern Copiario.

CCXXIII. Erneuerung des Vertrages zwiſchen dem Domcapitel und dem Magiſtrate der Neuſtadt Brandenburg über den Zehnten in Planow, vom 22. April 1340.

Nos Thidericus, dei gratia prepoſitus et capitulum eccleſie Brandeburgenſis, favorabiliter annuere volentes precibus, quas diſcreti viri, conſules nove civitatis Brandenburg, ſuo et totius univerſitatis dicte civitatis nomine nobis obtulerunt, copiam quarundam literarum ſuarum, ipſis ſub anno domini milleſimo trecenteſimo quadrageſimo, decimo Kal. Maji conſcribere curavimus noſtris ſub ſigillis. Eorum vero tenor dignoſcitur eſſe talis: In nomine ſancte et indiv. Trinitatis. Amen. Ne ea, que etc. Es folgt nun wörtlich die Urkunde, welche ſchon beim Jahre 1307 gegeben iſt.

Nach der Copie im alten Copiaro der Neuſtadt Brandenburg.

CCXXIV. Der Biſchof Ludwig tritt dem Domcapitel einen See und ein Stück der Havel bei Pritzerbe ab, 1340.

Nos Ludewicus, dei gratia epiſcopus eccleſie Brandeburgenſis, recognoſcimus in his ſcriptis, quod ob reverentiam omnipotentis dei, matris ejus glorioſe, ac beatorum Petri et Pauli, apoſtolorum, eccleſie noſtre patronorum, nec non anime noſtre ac predeceſſorum et ſucceſſorum noſtrorum remedium ſalutare, dedimus, appropriavimus nec non preſentibus damus et appropriamus honora-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

bilibus viris, dominis prepoſito ſuiſque ſucceſſoribus ac capitulo dicte noſtre eccleſie Brandeburgenſi dominium, omnimodam proprietatem et hereditatem ſtagni retro Pritzerwe et aquarum ad dictum ſtagnum ſpectantium*) ac ipſum ſtagnum et aquas nec non aquarum et Obule Pritzerwe ac ipſas aquas et Obulam a Briſterhavele**) deſcendentem uſque ad gurguſtum, quod dicitur Stechow, et ultra, ac in dictis aquis et Obula duarum lacunarum dictarum dy nederſten Lanken, cum magnis et parvis piſcariis, cum piſcatura dicta Alrep et cum omni et qualibet alia piſcatura, quibus nominibus nuncupentur, cum tractibus quibuſcunque, quocunque tempore ipſis ſeu aliis eorum nomine placet, cum ſuperiori et inferiori judiciis, advocatia, cenſibus, redditibus, meatibus, tranſitibus, inſulis, paludibus, graminibus, uſufructibus, utilitatibus, limitationibus et generaliter cum omni jure, libertate et pertinentiis ſuis ſingulis et univerſis, perpetuis temporibus utendum, poſſidendum et habendum libere et quiete, itaque quod nullus alius aliquo genere piſcationis poſſit nec debeat in dicto ſtagno, aquis et Obula piſcare, niſi de conſenſu et voluntate expreſſa dictorum prepoſiti et capituli dicte noſtre eccleſie Brandeburgenſis, et ſicut ad nos et predeceſſores noſtros hucuſque pertinebant, renunciantes pro nobis et ſucceſſoribus noſtris dictis dominio, proprietati, hereditati, ſtagno, aquis, Obule nec non omnibus et ſingulis premiſſis ac omni juri, actioni et impetitioni, quod et que nobis et ſucceſſoribus noſtris in premiſſis et quolibet premiſſorum competebat, competit et competere poterit aliqualiter in futurum. In teſtimonium omnium et ſingulorum preſentem litteram noſtri ſigilli munimine fecimus roborari. Actum et datum Sejeſer, anno domini milleſimo tricenteſimo quadrageſimo, preſentibus in Chriſto dilectis Johanne pincerna de Neyndorp, fratre noſtro, ac Gumberto de Wantefleve, domino in Aldenhuſen, ac aliis pluribus fide dignis.

Nach einem Tranſſumt aus der Urk. von 1374 und vergl. mit der Copie im ältern Copiario.

CCXXV. Die Mönche im Kloſter Karthaus nehmen die Domherren in Brandenburg in ihre Brüderſchaft auf, i. J. 1341.

Reverendis ac religioſis viris et dominis, domino prepoſito ac ceteris perſonis eccleſie Brandenburgenſis prior Carthuſie ceterique diffinitores capituli generalis ſalutem et orationum ſuffragium ſalutare. Exigente pie devotionis affectu, quem ad ordinem noſtrum vos habere cognovimus, et caritatis operibus kariſſimo fratri noſtro Ludolfo, monacho majoris domus Carthuſie, per vos impenſis, ad preces et requiſitionem ejuſdem fratris noſtri uobis concedimus in vita pariter et in morte plenam participationem omnium bonorum ſpiritualium, videlicet omnium miſſarum, orationum, vigiliarum, jejuniorum, abſtinentiarum, elemoſinarum ac univerſaliter omnium bonorum, que in perpetuum per nos ac poſteros noſtros deus in ordine noſtro toto dignabitur operari, adjicientes ex gratia ſpeciali, quod, quando obitus alicujus veſtrum noſtro generali capitulo fuerit intimatus, pro vobis miſſas et alia ſalubria animarum ſuffragia per omnes domos noſtri ordinis injungemus. In quorum teſtimonium ſigillum domus Cartuſie, quo capitulum uti conſuevit, preſentibus eſt appenſum. Datum Cartuſie, anno domini M.° CCC°.XLI°. ſedente noſtro capitulo generali.

Nach dem Originale.

---

*) Im Copialbuche: pertinentium. — **) Im Tranſſumt: Bryterhavele.

CCXXVI. Wiederholung des Vergleiches zwischen dem Magistrate der Neustadt Brandenburg und dem Prediger im Dorfe Planow über den Zehnten daselbst, vom 22. Juni 1342.

Nos Nicolaus Garnkoper, Gocekе Benstorp, Petrus Tuchum, Henningus et Wilhelmus Rofchow, Hermannus et Thomas Thome, Petrus Sluter, Nicolaus Schutzel, Nicolaus Storm, Jan Stenhus, Johannes Boldewini, Johannes Luckewalde, Gherardus Golwitz, Arnoldus Weseram, Johannes Pozstamp, Stephanus de Smergow et Johannes Klevefadel, confules novi et veteres nove civitatis Brandenburg. favorabiliter annuere volentes precibus, quas honorabiles viri, domini prepofitus, prior et capitulum ecclefie Brandeburgenfis nobis optulerunt tranfactionem fubfcriptam, cujus fiquidem tranfactionis antiquas literas, quas fub figillo noftre civitatis habuerunt, ad noftram inftanciam dilacerarunt, ipfis fub anno domini MCCCXLII°. decimo kal. Julii tranfcribere curavimus fub figillo prefate noftre civitatis. Hujus vero tenor dinofcitur effe talis. In nomine fancte et individ. Trinitatis. Amen. Ne ea, que geruntur etc. (s. die Urkunde vom Jahre 1307, No. CXLIX.)

Nach dem Originale.

CCXXVII. Ludwig Bischof zu Brandenburg verkauft an Herzog Rudolph zu Sachsen die Häuser Elbenau und Gottau und die Lehen über Rannies um 1000 Mark Brandenb. Silber auf Wiederkauf innerhalb der nächsten 3 Jahre, am 20. Jan. 1343.

Wy Dyderik Dalcho, van Goddes Gnaden Probst tu Brandenborch, bekennen in dessen open Bryve vor allen, dy en syn odder horen lesen, dat wy heben gelegen und lyen in dessen Bryve deme wysem Manne Ebele Pritzerwen, Borger in der olden Stat tu Brandenborch, tume rechten Leynne achtehalff Punt Brandeborcher Pennynghe in des Cappittels tu Brandeborch Havelen und Tirbower See, up tu boren alle Jar dy Helfft up sunte Mertens Dach des hiligen Bychtegers, und dy ander Helfft up unser Vruwen Daghe Lichtmisse, und hebben dy vorschreven achte halff Punt Pennynghe gelegen und lyen in dessen Bryve der erliken Vruwen Tzacharien, syner eliken Husvruwen, tu eime rechten Lyffgedinge, unde gheven en der Ebel Schulten, Borgher in der vorbenumeden olden Stat tu Brandenborch, tu eyme Inwyser. Hyr sint by ghewesen tu Tughe desse vorsichtigen Manne: Cune Homborch, Henningh Homborch, Jan Lantyn, Hans Slantyn und Heine Appelman, Borghere in der vorschreven olden Stat tu Brandenborch. Tu Orkunde und tu Tughe hebbe wy Prost Dyderik vorbenumet, unse Ingesegele laten hanghen an dessen Bryff, dy ghegheven is upper Borch tu Brandenborch, in den Jaren Goddes dusent Jar dryhundert Jar darna in dem eyn und vestigesten Jar, an sunte Wolborghen Daghe.

Nach dem Originale.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CCXLV. Ebels Pritzerbe Lehnsrevers für das Domcapitel in Brandenburg wegen mehrerer Hebungen, vom 1. Mai 1351.

Ik Ebel Pritzerwe, Borgher in der olden Stat tu Brandenborch, bekenne in deſſen open Bryve vor allen, dy en ſyn odder horen leſen, dat dy erbar Herr, Her Dyderik Dalcho, Proſt tu Brandenborch, hefft my gelegen und lyet in deſſen Bryue tu me rechten Leyne achte halff Punt Brandeborcher Pennynghe in des Cappittels tu Brandeborch Havelen und Trebower Se, up tu boren alle Jar dy Helfft up Sunte Mertens Dage, des hiligen Bichtigers, dy ander Helfft up unſer Vruwen Dage Lichtmiſſe: unde hefft dy vorſchreven achtehalff Punt Pennynghe gelegen unde lyet in deſſen Bryve Tzacharyen myner eliken Huſvruwen tu eime rechten Lyffgedinghe unde hefft des ghegheven Ebel Schulten, Borgher in der vorbenumeden olden Stat tu Brandenborch tu eyme Inwyſer. Hyr ſint by gheweſen tu Tughe deſſe vorſichtigen Manne Cune Homborch, Hennygh Homborch, Jan Lantyn, Hans Slantyn und Heyne Appelman, Borghere in der vorſchreven olden Stat tu Brandenborch. Tu Orkunde und tu Tughe hebbe ik Ebel Pritzerwe vorbenumet myn Ingeſegele laten henghen an deſſen Bryff, dy ghegheven is upper Borch tu Brandenborch in den Jaren Goddis duſent Jar dryhundirt Jar darna in deme eyn und veſtigeſtin Jare an ſunte Wolborghen Daghe.

Nach dem Originale.

CCXLVI. Der Propſt und das Domcapitel zu Brandenburg verkaufen die größere Fiſcherei im Rietzer See ꝛc. an einen gewiſſen Peter von Peſſin, am 14. Juni 1351.

Nos Thidericus, dei gratia prepoſitus, Wilhelmus prior et capitulum eccleſie Brandeburgenſis preſentibus lucide recognoſcimus, quod pluries inter nos prehabito tractatu diligenti propter certas neceſſitates nobis incumbentes, prudenti viro Petro de Poſyn, civi nove civitatis Brandeburgenſis pro decem et ſeptem marcis argenti Brandeburgenſis et ponderis nobis per ipſum ſolutis et per nos in dictas neceſſitates expenſis, vendidimus in pheudum majorem piſcaturam ſive jus majoris piſcature medietatis ſtagni Redytz, ville Redytz adjacentis, ad nos jure proprietatis pertinentis, cum ea libertate, qua eam vel ipſam hactenus dinoſcimur habuiſſe, et de quinque ſolidis cenſus aque, Demeſter dicte, quatuor ſolidos Brandeburgenſium denariorum, uno ſolido ex hiis quinque nobis in ſignum proprietatis reſervato, quem ſolidum idem Petrus et ſui pheudales heredes nobis in feſto beati Johannis baptiſte dare debent annuatim. Eadem bona, videlicet jus majoris piſcature et jam dictos quatuor ſolidos ac reditus quindecim ſolidorum dictorum denariorum de parva piſcatura prefati ſtagni Redytz, quos quindecim ſolidos per noſtros patentes literas pro quinque marcis argenti olim a nobis emiſſe in pheudum ſe probavit eidem Petro in pheudum conferendo. Que bona omnia et ſingula Nicolao et Johanni et Nicolao, filiis ſuis, quos habet in preſenti, poſt obitum ejuſdem Petri nos Thidericus prepoſitus vel noſter ſucceſſor, qui pro tempore fuerit, manu conjuncta gratis in pheudum conferemus. In omnium et ſingulorum teſtimonium preſentibus ſigilla noſtra ſunt appenſa. Actum et datum Brandeburg, anno domini M°. CCC°. quinquageſimo primo, in vigilia beati Viti martyris.

Nach dem Originale.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CCXLVII. Bischof Dietrich zu Brandenburg resignirt seinen Hof in Magdeburg, innerhalb dessen die Capelle St. Georg gelegen, dem Capitel daselbst und bestimmt die Bedingungen, unter welchen er den Hof in Sudenburg erkauft habe, am 29. Juni 1351.

Nos Thidericus, dei gratia Epiſcopus Eccleſie Brandeburgenſis, Prehabito tractatu et deliberatione diligenti cum domino Thiderico prepoſito ac Capitulo eccleſie noſtre de ipſorum voluntate jus, quod habuimus ad curiam iacentem in Magdeburg apud nouum forum, in qua Capella beati georgii martiris eſſe dinoſcitur, honorabili viro domino Alberto de hademerſleue canonico feniori in Capitulo et Capitulo Sancte Magdeburgenſis eccleſie preſentibus reſignamus. Item recognoſcimus, quod curiam ſitam in Sudenburch prope aquam, infra curiam Magiſtri Arnoldi, quam pro quadraginta marcis argenti brand. ab honorabili viro Magiſtro berthramo, Cuſtode dicte Magdeburg. eccleſie emimus, ea emimus lege, quod nos vel noſter ſucceſſor, quicunque pro tempore fuerit, poterimus viginti marcas argenti vel minus edificando expendere in Curiam memoratam, quam curiam ſi in futurum aliquis Canonicorum dicte Magdeburg. eccleſie a nobis vel noſtro ſucceſſore emere voluerit, ille nobis vel eidem ſucceſſori dare tenebitur ſexaginta marcas argenti. Sed viginti marce fuerint expenſe in edificando Curiam antedictam vel in tanto minus, quantum minus in edificando expenſum inuenitur. Si vero aliquid in ea non edificauerimus, tunc idem Canonicus dabit quadraginta marcas argenti, pro quibus eam nunc emimus a Magiſtro Bertheramo ſupradicto. Soluto igitur nobis vel noſtro ſucceſſori precio ſecundum diſtinctionem preſcriptam nos vel is, qui noſtro vel Succeſſoris noſtri nomine eandem curiam poſſederit, ipſam voluntarie exibebit, eius poſſeſſionem dicto Canonico libere dimittendo. In teſtimonium omnium premiſſorum noſtrum ſigillum vna cum ſigillo Capituli eccleſie noſtre preſentibus eſt appenſum. Et nos Thidericus, dei gratia prepoſitus, et Capitulum eccleſie Brandeburgenſis ad requiſitionem dicti domini noſtri domini Thiderici, Epiſcopi Eccleſie noſtre, in premiſſorum euidentiam preſentem litteram ſigillo capituli noſtri duximus ſigillandam. Datum Brandeburg, anno Domini M°. CCC°. LI°. In die beatorum petri et pauli apoſtolorum.

Nach dem Original des K. Provinzial-Archivs zu Magdeburg.

CCXLVIII. Der Bischof Dietrich bestimmt die Einkünfte des Domcapitels aus der Kirche in Markow, am 1. Nov. 1351.

Nos Thidericus, dei gratia epiſcopus eccleſie Brandenburgenſis, recognoſcimus, quod Thidericus prepoſitus et capitulum ejuſdem eccleſie noſtre, qui pro eo, quod vigore privilegiorum ſuorum fructus eccleſie Markowe in uſus ſuos convertere poſſint, ſibi pro eiſdem uſibus reſervarunt de fructibus triceſime annonarum cujuslibet triceſimalis manſi villarum Markowe et Markede viginti Brandenburgenſis denarios, eis in Brand. pro media parte in feſto beati Martini epiſcopi et pro alia media parte in feſto purificationis beate Marie virginis annuatim per rectorem ejuſdem eccleſie Markowe, qui pro tempore fuerit, ſine contradictione perſolvendos, totum reſiduum de dictis manſis valens provenire cum fructibus et utilitatibus duorum dotalium manſorum ejuſdem eccleſie, tertia decime animalium, obventionibus offertoriorum, teſtamentorum et legatorum ac quorumcunque aliorum ad dictam eccleſiam Markowe pertinentium et inde valentium provenire, domino Arnoldo

Warmſtorp ſuo canonico, quem in rectorem ejuſdem eccleſie Markowe inſtituerunt, pro congrua ſuſtentatione, jurium epiſcopalium, cathedratici, denariorum ſinodalium et procurationum ſolutione ſeu preſtatione ac omnium aliorum et ſingulorum incumbentium onerum ſupportatione aſſignando. Sane dictam aſſignationem, quam prehabita taxatione cum noſtris ſufficientem ad premiſſa ſupportandum reputavimus, autoritate ordinaria admittimus, ratificamus et etiam approbamus, volentes, ut idem dominus Arnoldus hujuſmodi aſſignatione pro ſupportatione omnium et ſingulorum premiſſorum debeat contentari ac prefatis prepoſito et capitulo de et pro quolibet manſo tricesimali prelibato dare in Brandenburg. XX. Brand. denarios annuatim in terminis antedictis, ea tamen habita conſideratione, ut propter ſterilitatem dictorum manſorum, et ſine eiuſdem domini Arnoldi culpa dictos manſos magno incommodo afficientem ſeu caſu fortuito contingentem, ſibi fiat remiſſio pro rata penſionis, ita duntaxat, ſi cum ubertate anni immediate antecedentis vel ſequentis non valeat ſterilitas compenſari. Ut igitur etc. Datum Brandenburg, anno domini M. CCC. LI. prima die menſis Novembris.

Nach der Copie im Copialbuche.

CCXLIX. Henning von Zieſar, Thile Grothe und Gerke Kothe bekunden, daß der Biſchof von Brandenburg ſich mit den Grafen von Anhalt verglichen habe, am 5. April 1352.

Wy Henning von Seyezer, Thyle Grothe vnd Ghereke Kothe bekennen, dat dy eraftighe herre in godde vſe herre Biſchop Dyderik tu Brandeborch het ghededinghet mit dem hochgeboren vorſten Greuen Albrechte van Anhalt, vmme allen vpſtot, krich vnd werre, dy ghewefen is twiſchen on vnd eren mannen an beyden ſyeden, alſo, dat vſe vorbenomede herre van Brandeburg von ſyner vnd ſyner manne weghene, vmme alle ſchelinge is ghegan vp hern Gheren von Byghere, ſynem ſcheydemanne, dat dy ſcole vſen herren von Brandeburg nach ſynen ſculden vnd nach antwerde vſes vorbenomeden herren von Anhalt mit hern Cunen von Ruſtorp riddere, dy ſcheydemann is des vorbenomeden von Anhalt, nach ſynen ſculden, vnt nach antwerde vſes vorbenomeden herren von Brandenburch entrichten mit mynne eder mit rechte, endrechtichliken twiſchen hir vnde ſinte Wolburghes dagh, dy negeſt tu komende is. Were dat diſſe vorbenomeden ſcheydelude ſcheleden, dat ſy vſem herren von Anhalt mit vſeme herren von Brandeburch nicht entrichten kunden, bynnen der tit, ſo ſcolde dy erwerdighe herre Biſcop Otto von Meydeborch eyn ouerman ſyn. Vnt wat hy vor eyn recht ſpricket, twiſchen hir vnd vtgande Pingeſten, dy negeſt tukomende ſin, dat ſcolde vſe herre von Brandeborch dun bynnen virteynachten dar na. Dede hy des nicht, ſo ſcolde wy vorbenomede Borghen inriden in de Stad tu Meyddeborch, vnd ſcolden dar inne ligghen, alſe inleghers recht is, alſo langhe, wente dat wurde vultoghen. Dit loue wy vorbenomeden borghen Henningh von Seyezer, Thyle Grothe vnd Gherke Kothe den erbarn mannen Godeken Tzorren, ridder, Hentzen Molenweden, vnd Thylen von Schuderen, tu vſes herren hant von Anhalt ſtede vnd gantz tu haldene, ſunder arghelift. Tu orkunde diſſer dingh hebbe wy diſſen brif ghegeuen na goddes bort Dretteynhundert jar in deme twe vnd veftigeſten jare, in deme negeſten Donerdaghe vor dem Palme daghe beſeghelt mit des erhaftigen vorſten heymelik Inſeghel Biſchops Dyderik von Brandeborch, vnſes herren, wente wy tu diſſer tit ſeluen neyne Inſegele en hebben.

Nach Klöden, Waldemar IV, 394.

CCL. Bischof Dietrich von Brandenburg quittirt die Grafen von Anhalt wegen ihm entrichteter 100 Mark, am 28. Mai 1352.

Wy dyderik van genade goddes Biſchop tu Brandenburch bekennen in diſſer ſcrift, dat dy hochgheborn Vurſten vſe herren van Anhalt greue Albrecht vnd greue Woldemar vs betalet hebben hundert mark ſulueres van vſer herren weghene van Barboy greuen Albrechtes vnd greuen Ghuntheres. Diſſer vorbenomeder hundert mark ſagke wy den ghenomeden herren von Barboy ledich vnd los. Ghegheuven tu Cerwiſt na goddesbort Dritteyn hundert yar in deme twe vnd veſtegheſten yare des mandaghes vor den pingkeſten.

Nach Klöden, Waldemar IV, 397.

CCLI. Gerhard von Wederden, Herr zu Zahna, dotirt eine Capelle auf ſeinem Hauſe Zahna mit Genehmigung des Biſchofes Dietrich von Brandenburg, am 8. Juli 1354 und 13. Mai 1355.

Wie Gherhart von Wederden, Herre tu der Czane, bekennen in diſme openen breue, dat wie dor god, dor vnſer vnd aller vnſer elderen ſiele willen hebben ghebuwet laten eyne capellen vp vnſem huſe tu der Czane in die ern Johannis vnd andree der heylighen apoſtelen, die wie be wedemet hebben mit achte Stucken gheldes, der ſint viere gheleet vnd ver ent tu der Capellen mit vulbort des erbarn vaders hern Theod., Biſchoppes des goddeſhuſes tu Brandeborch, vt der gulde die tu der parre hort in der Stad tu der Czane, alſo als ſie vor by aldere gheleet weren tu der capellen die vorbrante vp dem huſe tur Czane, die vier ſtucke ſchal me nemen alle iarlekes vt ſteden die hir na beſcreuen ſtan, vt dem Schepel korne, dat man von den wendeſchen houen ghift, twene wyſchepele vnd teyn Schepel rocgen, vp der marke tu ortenſtorp, teyn Schepel rocgen von teyn houen In dem dorpe tu Cernizſtorp, drie Schepel rocgen In dem dorpe tu Nedern Wolterſtorp, vier ſchepel rocgen von vier houen In dem dorpe tu hoghen Wolterſtorp, drie ſchepel rocgen von dren höuen In dem dorpe tu Nyendorp, twintich Schepel rocgen von twintich höuen, die liegen vp der marke tu breeſen, die anderen vier ſtucke hebbe wie gheleet tu der capellen vt vnſer werleken gulde in den dorpen tu Mortzone vnd tu Ekberſtorp alle iarlikes vp tu nemende vp Sente Michahelis dach, tu dem erſten male tu Mortzane eynen haluen wiſchepel rocgen, dat hunde korn heet, echt vp twelf dorphouen twelf ſchepel rocgen vnd twelf ſchepel gherſten, echt vp twelf kerwitſchen houen twelf ſchepel rocgen vnd eyn half ſchock croſſen vt dem Schote, In dem dorpe tu Ekberſtorp von twelf houen twelf Schepel rocgen vnd twelf Schepel gherſten vnd eyn half Schok croſſen vt dem Schote. Wie mit diſſer capellen beleent wert, die Schol alle daghe in der capellen ſingen eder leſen mettene, miſſen, veſpere, nachtſang na der herren willen. Diſſe vorghenanten gulde ſcholle wie her gherhart, herman, gherhart, vnſe ſone, vnd vnſe eruen by der capellen behalden vnd ſie verſchutten vnd verdedingen des beſten, des wie moghen. Dat wie diſſe ding ſtede vnd ghanz halden willen, ſo hebbe wie ghegheuen diſſen openen bref, den wie hebben beſeghelt laten mit vnſem vnd hermans, vnſes ſones, anghehangeden Ingeſeghelen, na goddes ghebort dritteynhundert iar in deme vier vnd veſtigſten iare, des neeſten dinſedaghes vor ſente Margreten daghe der heylighen iuncvrowen.

Et nos Thidericus, dei gratia Brandeburgenſis Eccleſie Epiſcopus, has literas

laudamus, approbamus et auctoritate noſtra ordinaria in dei nomine preſentibus confirmamus: Prouiſo tamen, quod diuina officia, prout in dicta litera continentur, in ipſa Cappella Tzanys.. Rector ejuſdem Cappelle, qui pro tempore fuerit, quantum iura canonica et ius commune et ſtatuta prouincialia id fieri permittunt, et eciam in quantum commode poteſt, celebrare teneatur. In cuius rei teſtimonium ſigillum noſtrum preſentibus eſt appenſum. Actum et datum Seyezere, Anno domini M. CCC. L. quinto, In vigilia aſcenſionis dominj.

Nach dem Originale im Königl. Sächſiſchen Staats-Archive in Dresden.

CCLII. Verſicherung des Hauptmannes zu Brandenburg an das Domcapitel, ihm jeden zugefügten Schaden zu vergüten, vom 23. Febr. 1355.

Ick Heiſo van Steinvorde, Houptman zu Brandenburg, bekenne offentlich mit diſem Brive, das ich der Schelinge unde der Verſumeniſſe, die geſchehen iſt von mir an Herrn Thiderich von Dalchow den Proveſt und Hern Albrecht von Tumen den Prior, unde vortmehr an dem gantzen Capittel zu Brandenburg, die wile ich gelegen habe uf dem Cloſter, aller Sache gegangen bin zu mynem Hern, den Biſchop von Brandenburg. Was mir myn Herre heyzen, das ich dorumme thun ſoll, das will ich ſtede unde vaſte halden. Weret, das ich der nicht inhilde, das der an mir brock worde, ſo ſchal ich mynen Herren von Brandenburg funfzig Marck Silvers geven unde den Herren van der Burch ſo vele. In cujus compromiſſionis certitudinem ſigillum patris mei propter carentiam proprii preſentibus duxi apponendum. Datum et actum in dote nove civitatis Brandenburg, anno domini M. CCC. LV. in vigilia Mathie apoſtoli.

Nach einer Copie im ältern Copialbuche.

CCLIII. Herzog Rudolph von Sachſen beſtätigt der Capelle auf dem Schloſſe Zahna gewiſſe Einkünfte mit Genehmigung des Biſchofs Dietrich von Brandenburg, vom 1. Febr. 1356 und 3. März 1357.

In Nomine domini amen. Rudolphus, dei gracia Dux Saxonie, Angarie, Weſtfalie, Comes in Bren, Borggrauius in Magdeburg, nec non ſacri Romani Imperii archimarſchalkus, omnibus inperpetuum. Rei noticia in poſteros lucidius propagatur, cum ſuperiorum auctoritas et robur firmius pateat literarum. Hinc eſt, quod inter alias ſollicitudines noſtris humeris incumbentes, ad illa precipue aciem mentis noſtre ſicuti tenemur iure conuertimus ac precipuum deſtinamus affectum, que cultum diuinum reſpiciunt ac eiuſdem pariunt incrementa. Sane cum nobilis gherardus de wederde, dominus in tzanis, compater ac fidelis noſter dilectus, Cappellam in loco habitationis ſue Caſtri Tzanis ad honorem omnipotentis dei glorioſeque genetricis marie et omnium ſanctorum, Nec non ſpeciali deuotionis affectu Sancti Johannis apoſtoli et ewangeliſte ac andree apoſtoli edificari et conſtitui fecerit, eandem quibuſdam certis redditibus ac largitionum beneficiis in ſue anime progenitorum et ſucceſſorum remedium et ſalutem dotauerit, ſolempniter ditauit, vt literis ſui ſigilli robore confectis ple-

nius declaratur et hic inferius subsequenter connumerantur, Primo super vi mansis in villa Melinstorp, qui quondam fuerunt Johannis Lubaz, XL modios siliginis, II choros auene, XVI solidos vsualium denariorum; Item in molendino uille Buggendorp vnum chorum siliginis; Item curiam sitam ante castrum Tzanis, que quondam fuerat.. Kaldenbornes; Item duas sexagenas prescisorum grossorum, que de tribus curiis in antiqua ciuitate tzanis tolli debeant indilate et in nostri memoriam ac ejusdem gherardi suorumque progenitorum et successorum anniuersarium singulis annis peragendo in delictorum remissionem sacerdotibus et clericis diuinum officium peragentibus debeant inpertiri, Literarum dicti gherardi suorum filiorumque iuxta tenorem; Item lignetum situm apud Kokenholt, quod Cunr. Dragendorp aduocatus actu possidet et post eius obitum ad dicte cappelle usum diuoluetur cum omne vtilitate et usufructu; Nobis intimi cordis desiderio supplicans, quam attente, vt libertatis assensum predictis prestare dignaremur; Nos igitur ad laudem dei omnipotentis ac sue gloriose genitricis marie et omnium sanctorum et ob animarum nostre progenitorum ac successorum medelam et ut nostri et successorum nostrorum Jugis peragatur memoria, bona predicta que idem a nobis hactenus tenuit tytulo feodali, quorum jus proprietatis ad nos pertinere dinoscitur, memorate cappelle appropriauimus et presentibus appropriamus ecclesiastice libertati, Renuntiantes omni Juri, quod nobis in predictis hactenus conpetebat seu conpetere valeat in futurum. Vt autem hec nostra appropriatio permaneat inconcussa presentes nostras literas ad hoc confici mandamus sigilli nostri munimine firmiter roboratas. Datum et actum Wittenberg, anno domini M°. CCC°. quinquagesimo sexto, In vigilia Purificationis marie virginis gloriose.

Cum Diplomate Theoderici Episcopi Brandeburgensis, quo prefatam confirmat appropriationem, reditus autem intus descriptos in villas Mortzane et Etbenstorp dein appropriatos, revocat et cassat. Datum Seyezere M.CCC.LVII. fer. VI. ante Reminiscere.

Nach dem im Königl. Sächsisch. Geh. Archiv in Dresden befindlichen Original.

CCLIV. Satzung des Bischofes Dietrich von Brandenburg für die Stadt Wittenberg über das Geldleihen, vom 22. Juli 1357.

Wyr Diderik, von Ghenade Goddes Bischop to Brandeborgh, don witlichen alle den, dy dessen Brif sien vnde horen lesen, dat na Rade vnser Heren, Heren Otten Erzbischop to Meydenborgh vnde Herczoghen Rudolphen von Sassen is geordnet, als hie na geschreven steyt. Wy eyne Mark Gheldes kopen wil uth Erue in der stat to Wittenbergh, dy schal sy kopen vmme twintig Brandeborgische Mark vnde nicht mer: vnde dy, de sy vorkost, an den schal dat stan, wen he sy wedderkopen mach mit Gottes Hulpe vnde nicht an deme, dy de kost, wenhe schal sy em mit Willen laten wedder vmme dat vorgenante Ghelt, vnde schal den tinss nicht lengher stan laten, wen eyn Jar, so schalen dy Ratman yren Knegt darto lyen, dat em Pandes helpe vt dem Erwe sunder klaghe. Wer it ouer, dat me em Pandes nicht helpen muchte vnde gheuer vluchtich von syme erwe wurde, so schal dy den tinss het, claghen vp dat Erve vor Gerichte also it recht is, unde schal de Erve verkopen, so it eyn recht is, vor sin Ghelt unde vor sinen tinss, Ok schal me neyn Scot darup slan, sunder ydermann schal sin Gut selber vorschoten. Were auer, dat eyn Mann, dy den tinss hat, sines Gheldes dorfte, dy mach wol eynen andern Manne den tinss vorkopen, vmme sodan Gheldt, alss he en kost

het, vnde dat dy, dy den tinſs vorkoft het, ſcal bliven by deme ſelven Rechte, alz it vorghenant is. Diſſe vorbenante ſtucke wulborde wy vorbenante Diderik Biſchop to Brandenborgh, unde ſetten dat darvor, dat ſy mit Eren vnde rechte wol ſyn moghen. To eyme Orkunde ſo hebbe wy to diſſen Brive vnſe Ingeſeghel anghehanghen. Dar ſin ouer ghewefen dy Erbar Lude, dy Leſemeſter von den Beruuten Brudern to Wittenbergh, Meyſter Hinrik, Perrer to der czane, Meyſter Hinrik des vorbenante Herczoghen to Saſſen Scryber, Her Otto vnſe Official unde ander gute Lude, diſſe Brif is ghegeven to Wittenbergh, na Goddes Bort dritczenhundert Jar, in dem Sevende voffcichiſten Jare, in Sente Marien Magdalenen Daghe.

Heinrich Gottlieb Francke, Diplomataria et Scriptores Hiſtoriae Germanicae Tom. III, 424.

CCLV. Der Biſchof Dietrich giebt der Domkirche einen Ablaßbrief wegen des darin aufgerichteten Bildes des heiligen Kreuzes, am 13. Dez. 1357.

Univerſis Chriſti fidelibus, ad quos preſentes pervenerint, Thidericus, dei gratia epiſcopus eccleſie Brandenburgenſis, ſinceram in domino charitatem. Cupientes, ut imago ſancte crucis in choro eccleſie Brandenburgenſis, verſus meridiem collocata et ibidem ſollemniter dedicata, congruis honoribus veneretur et a Chriſti fidelibus jugiter frequentetur, omnibus vere penitentibus, confeſſis et contritis, qui orationes ſuas ante dictam crucem flexis genibus devota mente dixerint vel qui de bonis ſibi a deo collatis ibidem aliquid obtulerint, aut qui ad luminaria et alia ornamenta quecunque in ipſa eccleſia neceſſaria manus porrexerint adjutrices, quandocunque et quotienscunque premiſſa aut eorum aliquod fecerint ſeu fieri procuraverint, nos de omnipotentis dei miſericordia et beatorum Petri et Pauli, apoſtolorum ejus, meritis glorioſis confiſi, de injunctis penitentiis quadraginta dies indulgentie miſericorditer in domino relaxamus. Datum anno domini M. CCC. LVII., ipſo die ſancte Lucie virginis.

Nach dem Originale.

CCLVI. Der Biſchof Dietrich beſtätigt die für die Pfarren des Domcapitels zu Brandenburg erlaſſene Procurationstaxe ſeines Vorgängers, am 6. Jan. 1358.

Thidericus, dei gratia epiſcopus Brandeburgenſis, in Chriſto nobis dilectis prepoſito et capitulo noſtre eccleſie Brandeburgenſis ſalutem in domino. Quia quedam littere domini Lodewici quondam epiſcopi Brandeburgenſis, anteceſſoris noſtri felicis memorie, quandam taxationem et ſtatutum de procuratione viſitationis vicariorum, plebanorum volgariter nuncupatorum, quarundam eccleſiarum ueſtrarum continentes, nobis pro parte veſtra ſunt oblate, et humiliter ſupplicatum, ut eas auctoritate noſtra ordinaria confirmare earumque tenorem in noſtris confirmationum litteris ad majorem cautelam et perpetuam ipſarum firmitatem et auctoritatem inſerere dignaremur, nos igitur hujuſmodi ſupplicationi favorabiliter inclinati inſpectis per nos eiſdem litteris taxatione et ſtatuto ac omnibus et ſingulis in eis contentis et plenius examinatis cognitiſque diligenter, ipſas litteras, taxationem et ſtatutum ac omnia et ſingula in eis contenta in omnibus et ſingulis ſuis clauſulis et articulis gratas

et ratas, grata et rata habemus et tenemus ac tenore presentium nostra auctoritate ordinaria approbamus et in dei nomine confirmamus. Et ad majorem cautelam dictorum prepositi et capituli ac evidentiam, fidem, auctoritatem et perpetuam firmitatem totum ipsarum litterarum tenorem de verbo ad verbum ex certa scientia presentibus duximus inferendum, qui talis est: Lodewicus etc. (vgl. No. CCIV. vom Jahre 1329). In evidens testimonium omnium et singulorum premissorum presens scriptum nostri sigilli appensione fecimus roborari. Actum et datum Seyeser, anno domini millesimo CCC°. LVIII°. die Epyphanie domini, presentibus honorabilibus et discretis viris Henrico Haselberge in Teltow et Johanne in Buco ac Cristiano in Cloftervelde, nostre dyocesis plebanis ac Ebelino Bardeleven ac Gerekino Kothen, famulis, aliisque fide dignis.

Nach dem Originale.

CCLVII. Peter Bode versichert eine jährliche Rentenzahlung an das Domcapitel für den Besitz der Pfarre zu Lubas, am 9. Febr. 1358.

Ego Petrus Bodonis ex provisione et institutione honorabilium virorum, dominorum meorum, Thiderici prepositi et capituli ecclesie Brandeburgensis plebanus in Lubas ad ipsos pertinentes eisque ad annuos redditus sex marcarum argenti incorporata, presentibus recognosco, quod dicti domini mei, mihi gratiose facere volentes, eandem ecclesiam mihi annis singulis, quamdiu vixero, ad reditus trium marcarum argenti dimiserunt, quorum medietatem eis in Brandeburg annis singulis in festo beati Martini episcopi et aliam medietatem in festo beate Walpurgis uirginis sponte promitto solvere atque dare, non obstante, quod dominum Johannem, predecessorem meum, quamdiu vixerit, meis tenebo in expensis, cui dicta ecclesia Lubas pro certis redditibus, quos apud eosdem dominos habuit, olim fuit assignata. In hujus mee promissionis testimonium etc. Datum Lubas, anno domini M. CCC. LVIII. IX die Februarii.

Nach einer Copie im ältern Copiario.

CCLVIII. Markgraf Ludwig der Römer bestätigt die Privilegien des Domcapitels, am 21. März 1358.

Noverint universi, ad quos pervenerit presens scriptum, quod nos, Ludowicus Romanus, dei gratia Brandeburgensis et Lusacie marchio etc. ob pie devotionis affectum, quem ecclesie Brandenborg. gerimus, honorabilem virum prepositum et ejus confratres devotos nobis dilectos, nec non eorum bona in nostram defensionem recepimus specialem, volentes, ecclesiam, eos et eorum bona per nos et nostros officiatos quoscunque tueri fideliter et defendi tanquam propria bona nostra. Quare vobis, universis et singulis officiatis nostris, precipimus nostre gratie sub optentu, ut dictam ecclesiam pretextu nostre gratie, ut premittitur, fideliter nostri nomine defendatis contra quoslibet et ei taliter presitis, quod eam per vos nullatenus in aliquo tallietis nec ab ea nostri nomine quippiam repetatis vel aliqualiter exigatis, et ab aliis malum ipsius machinantibus ipsam ecclesiam in bonis et suis liberta-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tibus fideliter defenſetis. Datum Berlyn, anno domini milleſimo ducenteſimo quinquageſimo octavo, feria quarta proxima poſt dominicam: Judica me, deus.

Nach dem Originale.

CCLIX. Der Biſchof Johann von Meißen ſchreibt an den Biſchof von Brandenburg wegen der Wiederbeſetzung des Bisthumes Naumburg, am 16. Mai 1358.

Reverendo in Chriſto patri ac domino, domino Brandemburgenſi epiſcopo, ſuo in infra ſcripto negotio college, Johannes, dei gratia epiſcopus Miſſnenſis ſalutem et ſinceram in domino karitatem ac mandatis apoſtolicis firmiter obedire. Noveritis, nos litteras reverendi patris, domini Gwydonis Portuenſis et ſancte Rufine epiſcopi, ſacro ſancte Romane eccleſie cardinalis clauſas et ipſius ſigillo ſigillatas recepiſſe ac ipſas, de ſpeciali commiſſione reverendi patris domini Ludouici electi Halberſtadenſis aperuiſſe, in quibus intercluſi erant articuli, quorum copiam vobis etiam una cum preſentibus tranſmittimus, quarum litterarum tenor per omnia erat talis: Gwydo, miſeratione divina Portuenſis et ſancte Rufine epiſcopus, ſacro ſancte Romane eccleſie cardinalis, venerabilibus patribus, dominis Miſſnenſi et Brandeburgenſi epiſcopis ac electo Halberſtadenſi ſalutem in domino et mandatis noſtris, ymo verius apoſtolicis firmiter obedire. Dudum vacante eccleſia Nuemburgenſi per tranſlacionem venerabilis patris domini Johannis, nunc electi ejuſdem eccleſie ad eccleſiam Luthemuſlenſem, expoſitum fuit ſanctiſſimo in Chriſto patri ac domino noſtro, domino Innocentio, divina providentia pape VI^to^, quod religioſus vir ſcilicet Burchardus de comitibus de Manffeld ordinis fratrum minorum eſſ(et habi)lis et ydoneus ad predictam eccleſiam in ſpiritualibus et temporalibus gubernandam circumſpectione, ſcientia et potentia amicorum, ipſeque ad eandem eccleſiam nominatus fuit per nonnullos magne auctoritatis viros ac ſignificatus et aſſumptus, quod erat in ſpiritualibus providus et in temporalibus circumſpectus, vite laudabilis et converſationis honeſte ac talis, quod, ſi eidem prouideretur, ſperabatur, veriſimiliter quod ipſi eccleſie preeſſet ſalubriter et prodeſſet. Ante proviſionem vero factam dicto venerabili patri de dicta eccleſia, et poſt tranſlationem ejuſdem ad eccleſiam Luthemuſlenſem eidem domino noſtro pape fuit pluries et frequenter pro parte Rudolphi in eadem eccleſia Nuemburgenſi intruſi ſupplicatum humiliter, quod, cum tempore electionis de ipſo ad dictam eccleſiam Nuemburg. facte munerumque confirmationis et conſecrationis aſſecutorum perenni, tam ipſe, quam eligentes, confirmans et conſecrans, fuerint cujuſcunque reſervationis ipſam eccleſiam concernentis ſancte ſedis apoſtolice ignari, et eandem factam de dicta eccleſia ignoraverint omnino, ipſeque Rudolphus, ut aſſerebatur, paratus eſſet, ſancté ſedi apoſtolice obedire ac in ipſius obedientia vellet vivere et mori et ſponte ſuſcipere penitenciam pro commiſſis delictis, dominus noſter dignaretur eidem de prelibata eccleſia miſericorditer providere, maxime cum per munus conſecrationis per eundem adeptum reputata fuerint vacare beneficia, que antea obtinebat aliiſque collata et per ipſos poſſeſſores aſſecuta et ſic cum ad eadem regreſſum habere non poſſet omni beneficio eccleſiaſtico nunc in antiquitate ſua nudus miſerabiliter remaneret. Inſuper pro parte decani et capituli eccleſie Nuemburgenſis ſupplicatum extitit, petitum et requiſitum, quod in caſu, in quo prefatus dominus noſter papa de hujuſmodi eccleſia prefato intruſo providere non vellet, placeret ſanctitati ſue dare licentiam et auctoritatem et eiſdem pro perſona aliqua ſufficienti et ydonea aſſumenda ad eandem eccleſiam ſupplicandi; tandem prefatus dominus noſter, hujuſmodi ſupplicationibus auditis, ſuc-

ceſſive et diverſis vicibus nobis commiſit oraculo vive vocis, ut ſuper ydoneitate ſufficienti et potencia dicti fratris Burchardi, nominati ſuperius, propoſitiſque pro parte dicti intruſi ac ſtatu, moribus et conditionibus ejuſdem nos informare curaremus ac recepta et adinventa fue ſanctitati referre. Poſt hoc certis articulis nobis traditis et exhibitis tam pro parte dicti fratris Burchardi quam pro parte decani et capituli ſepedictorum aliquas informationes recepimus ſuper contentis in eiſdem articulis et inſtrumenta ſeu litteras — et demum ſtatum negotii dicto domino noſtro duximus referendum. Qua relatione audita ſepedictus dominus noſter volens in hujuſmodi negotio cum tanta diſcretione et maturitate procedere, quod per inquiſitionem ſolertem fraudibus, ſubrefugiis, verſutiis et contraventionibus quorumcunque malignantium obuietur de talique perſona eidem eccleſie jam in ſpiritualibus et temporalibus aliqualiter collapſe valeat provideri, per cujus conſiderationis optime ſuffragia alienata repeti, jura..... illibata ſervari, ſubditorum extirpari vicia, virtutes inſeri, exceſſus corrigi moreſque valeant laudabiliter reformari, nobis iterato commiſit, ut ſuper omnibus ſupraſcriptis aliiſque univerſis et ſingulis negotium hujuſmodi tangentibus in partibus, cum ibi poſſit ſuper ſtatu eccleſie, conditionibus et ſufficientia perſonarum obtineri et haberi verior certitudo, veritatem inquiri per noſtras litteras mandaremus ac ſibi referremus, quidquid foret nobis exinde relatum, reſcriptum. Hinc eſt, quod, cum de veſtre fidelitatis circumſpectione et induſtria geramus in domino fiduciam pleniorem, vos requirimus ex parte dicti domini noſtri ſummi pontificis nichilominus injungentes et diſtricte precipiendo mandantes ſub obteſtatione divini judicii obtentuque maledictionis eterne ac veſtras et veſtrum quemlibet conſcientias onerando, quatenus ſuper premiſſis omnibus et ſingulis juxta et ſecundum ſeriem et tenorem articulorum per predictos datorum, quos vobis ſigillo noſtro tranſmittimus intercluſos, et alias, ſi et prout veſtris circumſpectionibus videbitur faciendum omnibusque aliis proviſionem ſalubrem ipſius eccleſie concernentibus, quoquomodo . . . . . vos vel duo aut unum veſtrum cum teſtibus fide dignis honeſtis et ydoneis negotiique plenam notitiam habentibus informetis ad plenum et inſuper cum decano et capitulo ſupra dictis, quam perſonam omnibus conſideratis ac ſtatu ipſius eccleſie plenius recenſito in judicio ac ſub periculo animarum eorundem utiliorem ſeu ſaltim utilem, ſufficientem et ydoneam reputarent ad eandem eccleſiam in ſpiritualibus et temporalibus gubernandam ſalubriter et regendam, nec non de cauſis rationibus et motivis teſtium producendorum ſpecifice et diſtincte decanique et canonicorum ejuſdem eccleſie predictorum et ſic ſecrete et ſigillatim, quod . . . . . ut plenius ſubordinationis periculum valeat euitari, noticiam non habeant aliqualiter . . . . informationes vero inde per vos faciendas nobis remittentes quantocius poſſitis ſub ſignis publicis atque veſtris munitas ſigillis fideliter intercluſas. In quorum omnium teſtimonium etc. Datum Avinione in domo habitacionis noſtre die decima menſis Martii anno a nativitate domini M°. CCC^mo. LVIII°. indictione X. etc. . . . . Innocentii diuina providentia pape VI. anno VI. Nos igitur eiſdem litteris ea, qua decuit, reverentia receptis volentes mandatis apoſtolicis ac ſupradicti reverendi patris, ut tenemur, obedire reverenter, tenore preſentium vos . . . . . auctoritate ſupradicta hortamur et monemus ac nichilominus diſtincte precipiendo mandamus, quatenus infra unius menſis ſpacium a notificatione preſentium continue computandum per inſtrumenta publica ſeu veſtras patentes litteras nos certificare curetis, an in predicto informationis ſeu inquiſitionis negotio nobiſcum volueritis et poteritis convenire et concordare ſtudeatis, alioquin in eodem negotio ſolus procedemus ſecundum traditam nobis formam. Datum in caſtro noſtro epiſcopali Mugelen Miſſn. dyoceſis anno domini Milleſimo threcenteſimo quinquageſimo octavo, ſexta decima die menſis Maji, noſtro majori ſub ſigillo.

Nach dem zum Theil unleſerlichen Originale.

CCLX. Der Bischof Johann von Kamin spricht auf päpstliches Geheiß den Markgrafen Ludwig und seine beiden Bischöfe in Brandenburg und Havelberg vom Banne los, am 12. Nov. 1358.

Johannes, dei gratia episcopus ecclesie Camynensis, universis et singulis venerandis patribus episcopis, ac honorandis abbatibus, prioribus, prepositis, gardianis, decanis, archidiaconis et aliis ecclesiarum ac monasteriorum prelatis seu rectoribus et clericis ac personis ecclesiasticis, item ducibus, comitibus, baronibus, militibus, nec non civitatum, opidorum, castrorum et villarum consulibus, capitaneis, prefectis, schabinis et communitatibus in marchionatu Brandeburgensi constitutis, cujuscunque dignitatis, status aut conditionis fuerint, salutem in domino et mandatis nostris, immo verius apostolicis firmiter obedire. Noveritis, quod ea, qua decuit, reverentia litteras sanctissimi in Christo patris et domini, domini Innocentii pape sexti, omni prorsus suspicione carentes, in presentia venerabilium patrum, dominorum Hinrici, Lubucensis, Thyderici, Brandeburgensis, et Borchardi, Havelbergensis ecclesiarum episcoporum, et coram magna tam nobilium quam aliorum, clericorum et laicorum multitudine, recepimus in hec verba: Innocentius etc. Datum Avinione, X. Kal. April. pontificatus nostri anno sexto. Nos igitur per dominos Ludewicum Romanum, marchionem Brandeburgensem, Hinricum Lubucensis, Thydericum Brandenburgensis, et Borchardum, Havelbergensis ecclesiarum episcopos predictos, humiliter petiti et requisiti, volentes dictis mandatis obedire, ipsum dominum Ludowicum Romanum, prius, ac deinde ipsos episcopos predictos et in eorum personas procuratorio nomine, de quo nobis fidem fecerunt sufficientem et cautionem, omnem clerum ipsis subjectum pluresque alios clericos et laicos juxta formam ecclesie et secundum tenorem dictarum litterarum apostolicarum absolvimus ab excommunicationis, suspensionis et interdicti sententiis et aliis penis et cum eisdem super irregularitate, quam immiscendo se divinis contraxerunt, dispensavimus et nichilominus eos restituimus ad famam, dignitates, honores, statum, bona et jura et quecunque alia predicta, injuncta eisdem penitentia salutari. Propter quod vobis, aliis clericis seu personis ecclesiasticis ac laicis, consulibus, capitaneis, prefectis, scabinis ac universitatibus civitatum, opidorum, castrorum et villarum, peccatorum nondum absolutos, predictum interdictum insinuamus et ad vestram notitiam deducimus observandum per presentes, quousque absolutionem et relaxationem et alia in dictis litteris contenta mereamini optinere aut aliud a nobis receperitis in mandatis. Exhibemus enim nos predictos, quandocunque cum humilitate debita nos requisieritis, et signa contritionis in vobis apparuerint, ita ut veniam debito mereamini, a dictis excommunicationum sententiis et penis aliis vos absolvere et dispensare et interdictum prefatum tollere et relaxare, volentes et mandantes, ut vos clerici cujuscunque status, qui requisiti fueritis, hanc gratiam et hoc nostrum, immo verius apostolicum mandatum vestris populis et vicinis in ecclesiis vestris et alibi, ubi hoc videbitur expedire, publice intimetis, reddentes presentes litteras vos, qui requisiti fueritis, vestris sub sigillis in signum, quod hec nostra insinuatio ad vos pervenit, et in signum executionis nostrorum mandatorum aliis deferendorum. Datum Havelberch, anno domini M°. CCC° LVIII. XII°. die mensis Novembris, hoc est in crastino sancti Martini, nostro majori sub sigillo presentibus appenso et sub subscriptione publici notarii infra scripti, in evidens testimonium omnium premissorum.

Et ego Cristianus de Nuwenborch, clericus ejusdem dyocesis, publicus imperiali auctoritate notarius, huic absolutioni omnibus modis, ut premittitur, interfui ac litteras apostolicas prescriptas sub vero bulla vidi, legi et auscultavi omni prorsus suspicione carentes, presentibus dictis dominis episcopis et copiosa multitudine clericorum et laicorum, et ad requisitionem reverendi patris ac domini

domini Johannis epiſcopi Camynenſis ſubſcripſi et eam ſigno meo ſolito ſignavi in majus teſtimonium premiſſorum.

Nach dem Originale.

CCLXI. Der Biſchof Dietrich vereinigt die Einkünfte eines Altars in der St. Katharinenkirche der Neuſtadt Brandenburg mit der Pfarrſtelle an derſelben, am 29. Oct. 1358.

Ad perpetuam infra ſcriptorum memoriam. Nos Thydericus, dei gratia Brandeburgenſis eccleſie epiſcopus univerſis et ſingulis preſentibus et futuris volumus eſſe notum, quod cum beneficiorum eccleſiaſticorum unio ac eorundem alterius alteri ſubjectio nobis ex jure in noſtra competat dyoceſi, penſatis cauſis pluribus, precipue autem, quod prime ipſius, uidelicet quondam Nicolai de Lapidea Domo, civis nove civitatis Brandenburgenſis bone memorie, fundationis et dotationis hec fuit intentio, mens devota et expreſſa voluntas, et quod redditus eccleſie nove civitatis Brandeburgenſis jam dicte, in quibus ipſa non modicum eſt minuta, plebano ſuo ad congruam ſuſtentationem non ſufficiant, ad humilem et juſtam diſcreti viri, domini Alberti Thume, predicte eccleſie nunc plebani, petitionem nec non ad inſtantem honorabilium virorum, dominorum Thiderici prepoſiti et Henrici, prioris totiuſque capituli eccleſie nove Brandeburgenſis requiſitionem plenumque conſenſum altare ſancti Nycolai confeſſoris, in dicta eccleſia ſitum, jure patronatus et proviſione ipſius altaris ad ipſius eccleſie plebanum utique pertinenti, vacans nunc per obitum Magiſtri Pauli de Storcow, bone memorie, a predicto Nicolao de Lapidea Domo olim ſub nomine unius perpetue miſſe ſeptem talentis cum quatuor ſolidis Brandeburgenſis denariorum cum duobus et dimidio choris ſalis annuorum reddituum, in theolonio dicte nove civitatis Brandeburg. ſitorum et annue tollendorum per magnificos et illuſtres principes dominos, primo dominum Rudolphum, ducem Saxonie, tunc marchie Brandeburg. tutorem, tandemque dominum Lodewicum, ejuſdem marchie Brandeburg. marchionem, ſolempniter eidem altari appropriatorum et datorum dotatum et fundatum nec non olym per venerabilem patrem, dominum Johannem, bone memorie, predeceſſorem noſtrum autorizatum, approbatum et confirmatum, ſicut in litteris dominorum epiſcopi et principum predictorum evidenter patet, vſi ſuper hoc peritorum conſilio, ex cauſis ſupra penſatis ipſi eccleſie parrochiali nove civitatis Brandeburg. predicte cum redditibus ſupra dictis incorporavimus, conjunximus et univimus ac auctoritate ordinaria, qua fungimur, per hec ſcripta incorporamus, conjungimus et unimus, ita quod hujus eccleſie et altaris ammodo et in perpetuum ſit unus et idem rector et plebanus, et quod plebanus, quicunque pro tempore eſt et erit, redditibus altaris predicti poterit et debeat uti et gaudere, ſicut rector, ſalvis divinis officiis dicto altari annexis, per plebanum predictum vel ejus capellanum ſine aliqua fraudatione vel ſubtractione faciendum et agendum. In quorum omnium teſtimonium noſtrum et predicti capituli ſigilla preſentibus ſunt appenſa. Actum et datum Seyeſer, anno domini MCCCLVIII., in craſtino beatorum apoſtolorum Simonis et Jude.

Nach dem Originale.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CCLXII. Päpstlicher Erlaß an den Bischof und die Pröpste von Brandenburg und Leitzkau über die Einsammlung einer Kirchensteuer, vom 23. März 1359.

Philippus, miseratione divina Cavallicensis episcopus, apostolice sedis nuncius, commissarius ad infra scripta per sedem eandem specialiter et in solidum deputatus, reverendo in Christo patri, domino dei gratia episcopo et venerabilibus viris, dominis majoris civitatis et in Lizik, dioc. Brandenburg., ecclesiarum prepositis, commissariis nostris in civitate et dioc. Brandeburg. ad infra scripta per nos auctoritate apostolica deputato salutem et sinceram in domino caritatem. Ne in colligendis pecuniis camere apostolica debitis vel debendis ratione impositionis subsidii Biennalis procurationum duarum per nos auctoritate apostolica impositarum in predictis civitate et dioces Brandeburg. super quantitate et pecuniarum valore hesitari valeat quoquomodo per quemquam, cum fines mandati apostolici sint diligenter servandi, et sanctissimus in Christo pater et dominus noster, dominus Innocentius, divina providentia papa VI., in exigendo dicto subsidio ad formam constitutionis felicis recordationis domini Benedicti pape XII, que incipit: Vas electionis se referens quantitatem mandet recipi et monetam, in ipsa constitutione expressas vidimus verba dicte constitutionis, quantum contigerint partes Alamannie et adjacentes eisdem sub sigillo nostro presentibus nostris inseri litteris, quas volumus a reverenda paternitate vestra ac alio, quem duxeritis deputandum una cum duobus seu uno ex vobis aliis comissariis nostris super premissis per omnia observari in prefato subsidio colligendo. Verba igitur constitutionis predicte sunt ista: In Alamannie quoque, Anglie, Ungarie, Bohemie, Polonie, Norhegie, Dacie, Scocie ac Suecie regnis ac terris, provinciis et partibus eis adjacentibus archiepiscopi et episcopi aliique prelati, ut premittitur, personaliter visitantes iidem archiepiscopi eciam si primates existant, a suis vel suffraganeorum suorum ecclesiis cathedralibus et personis earum, pro procuratione unius diei sive in victualibus sive a volentibus in pecunia ultra trecentorum et viginti, a monasteriis vero et aliis ecclesiis et prioratibus secularibus vel regularibus, habentibus collegium duodecim vel plurium personarum, ultra ducentorum et sexaginta, ab aliis vero monasteriis, ecclesiis seu prioratibus et locis ultra ducentorum et viginti, archidyaconi uero ultra quadraginta Turonensis argenti valorem recipere non presumant, et subditur in constitutione predicta porro, Turonensis argenti tales fore intellexi-mus, quorum duodecim valeant unum florenum boni et puri auri et legalis ponderis et conei Florentini. In quorum omnium testimonium etc. Datum Maguntie die vicesima tertia mensis Martii, anno nativitatis domini millesimo trecentesimo quinquagesimo nono, pontificii sanctissimi in Christo patris et domini nostri, domini Innocentii divina providentia pape VI. anno septimo.

Nach dem Original.

CCLXIII. Gerichtliches Instrument über die Präsentation des Markgrafen Ludwig zu einer Altaristenstelle in der St. Katharinenkirche der Neustadt Brandenburg, vom 30. Nov. 1359.

In nomine domini. Amen. Anno nativitatis MCCCLIX. prima die mensis Decembris, hora nona vel quasi indictione, XII., pontificatus sanctissimi in Christo patris ac domini, domini Innocentii pape VI. anno septimo in castro ecclesie Brandeburgensis, honorabilibus viris, dominis Thiderico preposito pluribusque canonicis aliis ejusdem ecclesie Brandeburgensis ac testibus subscriptis presentibus, reverendus pater Thidericus, predicte ecclesie Brandeburgensis epi-

ſcopus literas in papyro conſcriptas ſigillo rubro rotundo Ludovici Romani, marchionis Brandeburgenſis tergo tenus affixo ſigillatas, domino Alberto de Thumen, plebano nove civitatis Brandeburgenſis viſas et lectas, exhibuit nullas alias, quam preſentionis literas ipſo die beati Andree apoſtoli proximo preterito, ſe afferens interrogatus recepiſſe pro parte dicti plebani nove civitatis Brandeburgenſis ſuper verbo ſcilicet Preſentamus in dictis literis contento et ſuper dato eorundem mentio facta fuerat de jure ipſius plebani proteſtando. Quarum literarum per me, notarium ſubſcriptum, in formam publicam redigendarum tenor talis eſt: Precedente ſalutatione amicabili et ſincera, jam dudum vacante quodam altari per mortem magiſtri Pauli bone memorie, ſito in eccleſia parochiali civitatis nove Brandenburg et in honorem beate Catherine et Nicolai conſecrato, cujus patronatus ad nos ſpectare dignoſcitur, diſcretum virum, Conradum Mildenhower, capellanum noſtrum dilectum, reverentie veſtre preſentamus affectuoſe rogantes, quatenus eidem ejuſdem altaris acceſſum conferatis, adminiſtrationem jurium ſpiritualium et temporalium altaris ſupradicti committendo, in quo nobis benevolentiam et amicitiam exhibeatis ſpecialem, voluntatem veſtram de premiſſis nobis reſcribentes. Datum in antiqua Berlin, anno domini MCCCLIX. die beati Andree. Acta ſunt hec anno, die menſe, hora, indictione, pontificatu et loco quibus ſupra, preſentibus diſcretis viris, dominis: Hinrico, officiali curie Brandeburgenſis, Thiderico, plebano in Woſtermarke, et Petro dicto Garnekoper, altariſta in nova Brandenburg., teſtibus ad premiſſa ſpecialiter requiſitis.

Et ego Chriſtianus de Nienborch, clericus ejuſdem eccleſie, publicus imperiali auctoritate notarius, datarum literarum exhibitioni, proteſtationi aliiſque omnibus predictis una cum prenominatis teſtibus interfui, dictas literas et ſigillum affixum legi, vidi et perſpexi, eas tranſſcribendas in hanc formam publicam redigendo rogatus.

Nach einer Copie im ältern Copiario.

CCLXIV. Heinrich päpſtlicher Legat ſchreibt an den Biſchof von Brandenburg und die Pröpſte zu Brandenburg und Leitzkau wegen eines Geldbeitrages zur päpſtlichen Cammer, am 4. Dez. 1359.

Hinricus, dei gratia epiſcopus Roſſenenſis, per reverendum in Chriſto patrem ac dominum, dominum Philippum miſeratione divina Cavallicenſem epiſcopum, apoſtolice ſedis nuncium auctoritate domini noſtri pape ad provinciam Magdeburg. deſtinatus, reverendo in Chriſto patri ac domino, domino Brandeburgenſi epiſcopo nec non honorabilibus viris dominis in Brandeburg et Lizke prepoſitis ad exigendum et colligendum procurationes biennales impoſitas per dictum dominum Philippum epiſcopum deputatis ſalutem in domino. Ut ſingulis et omnibus, qui ſolverunt primam procurationem biennalem per ſedem apoſtolicam impoſitam ſub termino per vos aſſignato vel ante inſtans feſtum purificationis beate Marie virginis adhuc perſolvent terminum ſecunde procurationis perſolvende, ne clerus gravetur continuare et prorogare uſque ad feſtum aſſumptionis beate Marie virginis excluſive proxime affuturum, poſſitis autoritate apoſtolica nobis in hac parte commiſſa, de qua nuper apud vos in caſtro Seyeſer conſtituti fidem vobis fecimus ſufficientem, conſedimus per preſentes. Et ſi per aliquas literas veſtras alias videamur auctoritate apoſtolica in hac parte nobis commiſſa, detrahere, videlicet quod nos inſtans feſtum purificationis beate Marie virginis predictum ſingulos non ſolventes pro abſolutione, diſpenſatione remittere et deſtinare mandavimus et mandamus,

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

hoc tamen, quia ad terrorem fecimus et facimus, non obſtante, ſalva vobis ſit eadem et omnis alia poteſtas et authoritas apoſtolica vobis per dictum dominum Cavallicen. in hac parte commiſſa et conceſſa. Unde et agatis cum diligentia et fidelitate ob negotium apoſtolicum, ut domino noſtro pape per dominum Cavallicen. poſſitis aliquando commendari et ejus indignationem evitare. Datum Magdeburg, anno domini M. CCC. LIX. quarta die menſis Decembris, noſtro ſub ſecreto huic litere tergotenus appreſſo.

Nach einer Copie im ältern Copiario.

CCLXV. Der Biſchof Dietrich vereinigt die Kirchen in den Dörfern Knobloch und Etzin, am 19. Febr. 1360.

Nos Thidericus, dei gratia Brandeburgenſis eccleſie epiſcopus. Quoniam parochiales eccleſie villarum Cnobelock et Ettzin hactenus diviſe populo, redditibus et agricultura adeo ſunt deſtitute et deferte, quod quelibet per ſe commode ad ſuſtentationem ſuo ſingulari non ſufficit plebano ſeu rectori, propter quod Cnobelock jam diu rectore caruit, et ultimus in Ettzin plebanus reſignavit, ut ergo unite earum fructus uni ſufficiant, que diviſe duobus ſufficere non valebant, ad inſtantiam honorabilis viri domini Thiderici, prepoſiti et ſui capituli in Brandenburg, ad quos proviſio ſpectat earundem, auctoritate ordinaria eas conjungimus et unimus per preſentes, Cnobelok matrem et Ettzin filiam decernendo, ſic quod ambarum tanquam unius cure plebis et eccleſie unus amodo ſit rector et plebanus jure noſtro et jam dictorum prepoſiti et capituli hinc inde in omnibus integro atque ſalvo. Datum Seyeſer, anno domini M°. CCC°. ſexageſimo, ipſo die cynerum, noſtro ſub ſecreto preſentibus appenſo in teſtimonium premiſſorum.

Nach einer Copie im ältern Copiario.

CCLXVI. Das Domcapitel verkauft ſein Haus in Magdeburg, am 2. Febr. 1361.

Ego Magiſter Bartoldus de Helmſtede, plebanus in magna Rodenſleve, preſentibus recognoſco, me emiſſe curiam dominorum prepoſiti et capituli eccleſie Brandeburgenſis, quam habent in Magdeburg juxta continentiam literarum ſuarum, quarum tenor ſub meo ſigillo ſequitur in hec verba: Nos Thidericus, dei gratia prepoſitus et capitulum eccleſie Brandeburgenſis, attendentes, quod curia noſtra in Magdeburg ſita prope eam curiam, in qua capelle beati Georgii martyris dinoſcitur conſtituta, propter noſtram minus continuam inhabitationem in libertatis et juris ſui defenſione ac edificiorum nunc in ea exiſtentium collapſione nullaque novorum edificiorum ſuperedificatione poſſet graviter deperire, habita ſuper hec deliberatione diligenti, eandem curiam provido viro magiſtro Bartoldo de Helmſtede, nunc in magna Radenſleve plebano, de cujus legalitate plenam in domino gerimus confidentiam, quod eam in ſingulis preſcriptis debeat utiliter et laudabiliter gubernare, ſicut de his nobis prepoſito et quibuſdam aliis de noſtris ſe aſſeruit et exhibuit benevole effecturum, pro quindecim marcis Brandeburgenſi argenti, nobis per ipſum ſolutis et

per nos datis Kopkino Winter, famulo, pro reemptione reddituum trium chororum filiginis, venditorum sibi nuper propter certam causam nobis tunc incumbentem, vendidimus ad uitam duntaxat suam possidendam et habendam, ita tamen, quod, quando nos vel alter pro tempore ecclesie nostre prepositus seu alii nostri capituli persone cum suis servitoribus Magdeburg venerimus, in ipsa curia commodo camenato supra cellarium et aliis commodis, prout necesse fuerit, sine ejusdem magistri Bertoldi damno et molestia honeste et decenter perfruamur. Post ejus vero, altissimo disponente, obitum eadem curia ad nos et ecclesiam nostram cum omni sua melioratione sine consanguineorum vel affinium suorum, aut quorumlibet aliorum, impetitione et contradictione libere revertetur. In omnium premissorum testimonium etc. Datum Brandenburg, anno domini M. CCC. LXI. in festo purificationis Marie virginis gloriose.

Nach einer Copie im ältern Copiario.

CCLXVII. Markgraf Ludwig der Römer bestätigt die Immunität der Besitzungen des Bischofes und des Domcapitels zu Brandenburg, am 30. Dez. 1361.

Wir Ludewig, von Gottes Genaden Marggrafe zu Brandenburg und zu Lusitz, bekennen offentlich in desme Briewe, das wir nach Folge unser Vorvarn, Marggrafen zu Brandenburg seliger Dechtnisse, unde von sunderlich Begeringe, die wir haben zu der Kirchen zu Brandenburg, haben gegeben und geben Friheitt desselben Kirchen, das noch unser noch unser Nakomelinge Houptmanne, Voyte, Landryter, Amptmanne, noch imand von uns noch von unser Nachkomelinge noch von den vorschreven Amptluten wegen in der obgenanten Kirchen und des erwirdigen Bischofs, Probistis, Capittels, Dorfere, Lute, Undersassen, Gutere, Renten derselben Kirchen, herbergen, penden, beschedigen unde noch mit einegerley Schosse, Plege, Zinsse, Dienste, Bete nicht werren sullen in ennigerley Wis. Gegeben zu Berlin, nach Gottes Gebort dryzehn hundert Jar darna in dem ein unde sechzigesten. Jahre, am Donnerstage binnen den achte Dagen Christi Gebort.

Nach einer Copie im Copialbuche.

CCLXVIII. Das Domcapitel löset das verpfändete Dorf Barnewitz aus, am 12. März 1362.

Nos Thidericus, dei gratia prepositus, Hinricus, prior, et capitulum ecclesie Brandenburgensis, recognoscimus per presentes, quod cum reverendo in Christo patre et domino nostro, domino Thiderico, ecclesie nostro episcopo prehabito diligenti tractatu et consilio super reemptione ville Bornewiz a Copkino, Henningo et Copkino dictis Juterbuck, ipso episcopo approbante et suum ad hoc consensum prebente, quod domino Wilhekino dicto Kregenfut, plebano in Markowe, pro decem et octo marcis Brandenburgensis argenti et ponderis nobis per ipsum solutis et per nos in reemptionem dicte ville Bornewitz expositis et conversis vendidimus dimittendo et dimittimus vendendo redditus quatuor talentorum Brandenburgensis denariorum pertinentium ad nos et ecclesiam nostram vigore dicte incorporationis dicte ecclesie Markowe de tertia

parte triceſime frugum omnium manſorum ville Markowe et Markede adjacentium et per ipſum dominum Wilhelmum annis ſingulis, quamdiu vixerit, retinendos et habendos ac in uſus ſuos libere convertendos ſic quod idem dominus Wilhelmus Kregenvut eccleſiam Markowe pro vita duntaxat ſua habeat et habere debeat, liberam ab omni penſa et ſolutam. Cui pro nobis renunciamus pro vita ſua ſepedicta ſalvo nobis unius talenti redditu pro certis annuis memoriis in eccleſia noſtra peragendis, quod talentum annis ſingulis eccleſie noſtre in debitis terminis reſervamus, annuendo adjicientes, quod, ſi contigeret eum aliquando locare aut permutare vel reſignare aut alias qualitercunque relinquere ſeu dimittere eccleſiam ante dictam, Ad quodlibet eciam eorum, in quantum ad nos pertinet, ſibi preſtabimus benevolam promotionem et favorem, ita tamen, quod ad vitam ſuam dicta quatuor talenta ſibi ſalva manere debeant et ea percipere a quolibet rectore, qui pro tempore fuerit, ſingulis annis in quolibet feſto beati Martini epiſcopi, ſicut nos ea dinoſcimur hactenus habuiſſe. Et nos Thidericus, dei gratia Brandenburgenſis eccleſie epiſcopus, ea, que preſcripta ſunt, auctoritate ordinaria noſtri appenſione ſigilli in dei nomine confirmamus. Et nos Thidericus prepoſitus, Hinricus prior et capitulum eccleſie Brandenburgenſis, noſtra ſigilla duximus appendenda. Actum et datum Brandenburg, anno domini M. CCC. LXII. in die beati Gregorii pape.

Nach einer Copie im ältern Copiario.

CCLXIX. Der Biſchof Dietrich beſtätigt den Dietrich von Schulenburg als Dompropſt, am 6. Sept. 1363.

Nos Thidericus, permiſſione divina Brandeburgenſis eccleſie epiſcopus, ad perpetuam rei memoriam, recognoſcimus et his ſcriptis lucide proteſtamur, quod, domino Thiderico, noſtre eccleſie Brandeburgenſis predicte quondam prepoſito, ut deo placuit, vita defuncto, felicis memorie, veniens coram nobis honorabilis vir dominus Thidericus de Schulenburch, noſtre eccleſie jam dicte canonicus, nobis electionis decretum exhibens de ſe facte reverenter; ex quo, verum etiam ex quorundam canonicorum relatione majoris ac evidentioris teſtimonii, ad nos cum eo eodemque facto de noſtro capitulo dicte eccleſie miſſi, aſſertione palam clareque apparuit, ipſum in prepoſitum noſtre eccleſie Brandeburgenſis prelibate ab his, ad quos hujuſmodi electio pertinet et pertinere dinoſcitur, aſſumptum fore et concorditer electum, nobiſque humillime cum debita reverentia ſupplicavit, quatenus electionem talem, de ſe rite et rationabiliter factam et celebratam confirmare, quemadmodum noſtro congruit officio, dignaremur. Nos vero, ſue humili ac juſte petitioni annuentes electores ſuos alioſque, quorum intererat, per ſolemne proclamationis edictum ad noſtram preſentiam fecimus vocari, merita electionis et electi rite et canonice, prout debuimus, examinantes. Ceterum cum eandem electionem de prepoſitura memorata omniquaque inveniſſemus canonice celebratam ipſumque electum ad regimen prepoſiture antedicte noſtre eccleſie Brandeburgenſis idoneum et aptum, vite laudabilis et converſationis honeſte, ſervatis omnibus his, que in confirmationibus, jure docente, ſervari conſueverunt, per manum noſtrarum impoſitionem ipſum dominum Thidericum memoratum in nomine domini in prepoſitum dicte eccleſie noſtre Brandeburgenſis confirmavimus et preſentibus confirmamus, preſentibus honorabilibus viris et diſcretis dominis: Gozwino de Weſenborch, plebano in Nowen, Ottone Noyl, rectore eccleſie beate virginis in monte, et Arnoldo, plebano in Zachow, noſtre

eccleſie Brandeburgenſis canonicis nec non ſtrennuis ac famoſis viris, dominis Henningo de Luderitz, milite, Johanne Vogelſak et Gerardo Koten, famulis, ad premiſſa vocatis. Datum et actum anno domini M°. CCC°. LXIII°. ſexta die menſis Septembris, noſtro ſub ſigillo preſentibus appenſo in ſignum evidens premiſſorum.

Nach der Copie im ältern Copiario.

CCLXX. Des Biſchofs Dietrich Verordnung hinſichtlich der Erhebung der Zehnten in ſeiner Diöceſe, vom 30. Mai 1363.

Thidericus, dei gratia Brandeburgenſis eccleſie epiſcopus univerſis et ſingulis eccleſiarum rectoribus noſtre dioceſis ſinceram in domino charitatem. Noveritis, quod hodie jus divinum et equitatem naturalem imitantes cum concordi conſilio et conſenſu prelatorum et preſbyterorum in Synodo nobiſcum preſentium ſtatuimus, quod, ubicunque infra parrochiam aliquam noſtre dioceſis plebanus habet triceſimam carnium et alius cujuſcunque ſtatus laicus habet aliam partem decime carnium, de cetero plebanus et laicus ille ſimul debeat colligere totam decimam, et de illa collecta plebanus debeat recipere tertiam partem pro XXX^ma^. ſua. Etiam ubicunque inveniuntur ſex tantum capita decimandarum carnium ſeu animalium, plebanus et alius decimam habens poſſit inde caput unum recipere et ſupplere precium equum ſecundum conſuetudinem illorum vel vicinorum locorum illis, a quibus decime carnium ſeu animalium ſunt recepte. Item quod, ubicunque infra parrochiam aliquam noſtre dioceſis plebanus habet decimam vel triceſimam predialem, videlicet frumentorum et ſimilium fructuum, domini vel coloni prediorum ſeu manſorum aliquos manipulos frumentorum et ſimilium collectos non ſeparent nec deportent prius, quam plebanus habeat decimam ſeu triceſimam manipulorum hujus ſibi debitam deſignatam. Item quod parrochiani oblationes in feſtis principalibus videlicet nativitatis Chriſti, paſce, penthecoſtis, et aſſumptionis beate Marie virginis glorioſe, nec non dedicationis eccleſie ſue et ſancti patroni ſui ad altare deo offerant vel aliter inde plebano ſuo ſatisfacient, quemadmodum voluerint animarum ſuarum pericula devitare. Quocirca diſcretioni veſtre mandamus, quatenus hec in eccleſiis veſtris vobis commiſſis diligenter intimetis et faciatis etiam per fratres ordinum mendicantium in ſermonibus eorum et confeſſionibus publicari. Datum Seyeſer, anno domini M. CCC. LXIII. die penultima menſis Maji noſtro ſub ſecreto.

Nach einer Copie im ältern Copiaro.

CCLXXI. Der Papſt Urban V. giebt dem Domcapitel auf, einen Verſtoßenen wieder aufzunehmen, am 30. April 1364.

Urbanus epiſcopus, ſervus ſervorum dei, filiis prepoſito et capitulo eccleſie Brandeburgenſis ordinis ſancti Auguſtini, ſalutem et apoſtolicam benedictionem. Cum dilectus filius Simon, lator preſentium, canonicus veſter, quem a veſtra eccleſia, ſicut aſſerit, rationabili ejeciſtis abſque cauſa ad eandem deſideret eccleſiam cum humilitate redire, univerſitatem veſtram rogamus et hor-

tamur attente, per apostolica vobis scripta mandantes, quatenus ipsum ad vos humiliter redeuntem ob reverentiam apostolice sedis et nostram recipiatis, salva ordinis disciplina, et fraterna in domino caritate tractetis. Datum apud urbem veterem, II. Kal. Maji, pontificatus nostri anno secundo.

Nach einer Copie im Copialbuche.

CCLXXII. Bischof Dietrich von Brandenburg verpflichtet sich dem Erzbischofe von Magdeburg die Provinzialstatuten zu halten, so wie von den Städten Berlin und Cöln wegen der Hinrichtung des Priesters Conrad Schütz keine Buße ohne erzbischöfliche Genehmigung anzunehmen, am 15. Aug. 1364.

Noverint universi et singuli tenorem presentium inspecturi, Qvod nos Theodericus, Dei gratia Brandenburgensis Ecclesie Episcopus, ad defendendum, tenendum et conservandum statuta provincialia edita et promulgata in sacris conciliis Provincie Magdeburgensis cooperari volumus auxilio, consilio, et favore venerabili in Christo Patri et Domino nostro Theoderico, Sancte Magdeburgensis Ecclesie Archiepiscopo et Successoribus ipsius ac Ecclesie sue, qve in sua forma et vigore irrefragabilia maneant et illesa, promittentes ex certa scientia eidem Patri et Domino nostro Archiepiscopo Magdeburgensi, qvod per nos vel alium nullam emendam et compositionem recipere volumus nec debemus a Consulibus, Universitate et opidanis in antiqva Berlin Brandemb. dioceseos, in et super causa interfectionis Conradi dicti Schüttzen, clerici et Vicarii Ecclesie Magdeburg. supra dicte, quem ausu nefario et Diabolo instigante nuper ultimo supplicio tradiderunt, ipsum in ipsorum scandalum et jacturam non modicam decollando, nisi assit ejusdem Patris et Domini nostri voluntas libera et consensus. In testimonium premissorum sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum Magdeburgi, anno Domini M. CCCLXIV. In die assumptionis St. Marie virginis.

Nach Olearii Magdeburgischem Copialbuche mspt. S. 284.

CCLXXIII. Markgraf Otto bestätigt die Privilegien des Domcapitels, am 28. Juni 1365.

Noverint universi paginam presentium inspecturi, quod nos, Otto, dei gratia Brandeburgensis et Lusatie marchio etc. ex certa scientia omnes donationes, libertates, litteras et privilegia omnia et singula, honorabilibus et religiosis viris preposito, priori et capitulo ecclesie Brandeburgensis indultas et indulta ab illustribus principibus, marchionibus Brandeburg. predecessoribus nostris et precipue a fratribus nostris karissimis, domino Ludwico seniore et domino Ludwico Romano divine recordationis ratificamus, approbamus et tenore presentis littere confirmamus, volentes eas et ea sui roboris firmitate jugiter permanere, recipientesque predictos prepositum, priorem et capitulum presentibus ad nostram gratiam et protectionem. Nulli ergo hominum etc. In cujus rei testimonium etc. presentibus nobili viro Heinrico comite in Schwartzburg, Martino de Kunzzendorf, curie nostre magistro, Petro de Bredow, militibus, et Heinrico de Schulemburg

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

cum ceteris fide dignis. Datum Rathenow, anno domini milleſimo tricenteſimo ſexageſimo quinto, feria ſexta ante diem beatorum Petri et Pauli apoſtolorum.

Nach dem Originale.

CCLXXIV. Erzbiſchof Dietrich zu Magdeburg verpfändet dem Meinicke von Schierſtedt und Werner Strozen ſeinem Schwager den Hof am Neuen Markt bei der Dechanei St. Nicolai, welcher dem Biſchof zu Brandenburg früher zugehört hat, am 3. Febr. 1367.

Wir dyterich, von gots gnade vnde des Stoles zcu Rome Ertzebiſſchof des heyligen gotzhuſes zcu Magdeburg, Bekenne offenbar mit diſſem iegenwortigen breue, das wir dem Strengen Rittere vnſerm lieben getruwen hoptmanne hern Meynichen von Schirſtede von rechter Schult wegen, de her vns recht vnd redelichen berechend had, Schuldigh ſint Sechzik mark brand. Siluers Magd. gewichtes, darvur wir ym vnd wernhere Stroyen, Sime Swagere vnd eren rechten erven vnd ouch darzcu der Erbron frouwe Mechtilde, des ergnanten hern Meynichens elichen huſfrouwen, Settzen vnd geſattzt haben myd guten willen vnd vulborte vnſirs Capittels den hof allir neyſt des dechens houe von Sante Nycolaus vf dem Nyen markede zcu Meydeburg, der Etzwenne des Biſſcofs von Brandenburg vnd darnach meyſter Bertrames vnſers dumkuſters zcu Meydeburg gehortt hatte, Alſo tane wis, das wir oder vnſe Nachkomlinge denſelben hof von yn vnd iren Eruen vor daſſelbe gelt vnd was ſie daran vorbouwet hatten, als tzwen vnſer gotzhus manne vnd tzwen iren frunden redelich duchte worden . . . . . wenne wir wollen, were ouch datz derſelbe hof yemande anders werden ſulde her were vnſir domherre zcu Meydeburg oder nich, der ſulde yn de vorbenanten Sechtzik mark mit dem das ſe daran vorbouwet hatten als vorbenant is vnvortzüklichen wydergeben vnd betzalen. Fortmer So ſal de betzalunge diſſes geldes geſchen in der Stad zcu Meydeburg. Auch mügen ſie denſelben Hof vor das vorbenante gelt vnd das daran vorbouwet were wider verſetzen, ob ſie des geldes bedrufften, wem ſie wollen, vnd dem ſullen wir vnd vnſer Capitel das verbriben diſſen breuen glich an orme lute: vnd haben des zcu orkunde vnſer vnd vnſers Capitels ingeſegele gehengt lozin an diſſen brief. Vnd wir herman von verberghe Domproueſt frederich von plotzk dechen vnd des Capitels gemeynhe des ergnanten gotzhus zcu Meydeburg bekennen, das alle diſſe ergenomeden ſtucke mit vnſſern willen vnd vulborte geſchen ſint, des So haben wir vnſirs Capitels ingeſigel by vnſirs vorbenomeden heren Ertzebiſſcofs dyterich ingeſigel gehengt lazen an diſſen bref, Geben zu Magdeburg nach gots gebort dritzenhundert Jar in dem Seben vnd Sechzigſten Jare, An ſente blaſiitage. Vnd ik her Meynicke von ſchirſtede vnd werner ſtrozen bokennen offenbar vnd bezugen vor vns vnd vor alle vnſe rechte Eruen vnd ouch vor de erbron vrowen Mechtilde hern Meynichen huſſrowen, de alle vnſer twyer ingeſigel bruken, dat we diſſen brif von worde zu worden als hirvoren geſcreuen is, de mit vnſers vorbenomeden hern Ertzebiſſcofs dyterich von Magdeburg vnd Sines Capitels ingeſigelen beſigelt is, der we darouer hebben, ſtede vnd gans halden willen, vnd hebben des zu eyneme orkunde vnſe Ingeſigele an diſſe bref gehengt lazen, de gegeuen is Nach gots gebort dritzenhundert Jar In dem Seben vnd ſechzigſten Jare, An ſente blaſii tage.

Nach dem Original des K. Provinzial-Archivs zu Magdeburg. — Dieſe Urkunde iſt durch Feuchtigkeit ſtark verwiſcht: eine Stelle iſt ganz unleſerlich. Die doppelte Schreibart Stroyen und ſtrozen erkennt man deutlich.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CCLXXV. Markgraf Otto bestätigt dem Domcapitel den Besitz des Dorfes Langerwische, am 1. Sept. 1367.

Wir Otte, von Gotes Gnaden Marggrave zu Brandemburgk und zu Lusitz, bekennen offentlich mit desem Briwe, das der Erwirdige in Gote Vater und Herre, Her Ditherich, Bischoff zu Brandemburg, vor uns und unsem Rate is gewesen und uns bewieset, das dy hochgebornen, unse Vorvaren, Otte und Otte der junge, etzwenne Marggraven zu Brandemburg, seligen, voreygent habin das Dorf Langewez by Belitz deme Probeste und deme Capitel zu Brandemburg. Darumb gebiten wir allin unsern Vogtin und Amptluten und allin andern, dy durch unsern Willen tun und lasin wollin, das si dy egenanten, den Probest und das Capitel an dem egenanten Dorfe Langerwez und an allin sinen Zugehorinden nicht hindern noch sich dorin mit Dinste odir mit Bete nicht werren sollen in keinen Wicz vesticlich, by unsen Hulden. Gegebin zu Spandow noch Gotes Geburte drytzehenhundert Jar, darnach in dem sebin und sechtzigstem Jare an der Mittewochen nach sente Johannis Baptiste Tage, als er ward enthouptet.

Nach dem Originale.

CCLXXVI. Markgraf Otto schenkt der Kirche in Markow eine Hufe Landes, am 21. Dez. 1368.

Noverint universi tenorem presentium inspecturi, quod nos, Otto, dei gratia Brandeburgensis marchio etc. ob honorem et reverentiam omnipotentis dei, gloriose matris sue, virginis Marie, et omnium sanctorum, etiam ob perhennem magnificorum principum, quondam marchionum Brandeburgensium predecessorum nostrorum, nostri, heredum ac successorum nostrorum animarum memoriam et specialiter ad instantem requisitionem honorabilis viri, domini Heinrici de Hafelberg, plebani in Markow, appropriavimus, dedimus, donavimus et presentibus damus, appropriamus et donamus unum mansum, situm in campo sive in districtu ejusdem ville Markowe, quem idem dominus Heinricus a Nycolao Valkenhagen, vasallo nostro ibidem, ob remedium anime sue sua propria pecunia comparavit et quem ibidem coram nobis ad eundem actum seu usum resignavit ad ecclesiam parrochialem predicte ville Markowe cum omnibus juribus, gratiis, commodis, honoribus, usibus, fructibus et ab omni servitio reali et personali liberum, veluti alii duo mansi ejusdem ecclesie liberi sunt seu esse dinoscuntur perpetuis temporibus justo proprietatis titulo quiete et pacifice pertinendum, renunciantes pro nobis, heredebus ac successoribus omni juri, actioni et impetitioni, quod vel que nobis in predicto manso competit aut competere poterit aliqualiter in futurum. In cujus rei testimonium etc. presentibus reverendo in Christo patre, domino Thiderico, Brandeburgensis ecclesie episcopo, nobili Alberto, comite in Lindowe, strenuis quoque viris Johanne de Rochowe, Hermanno de Wulkowe, militibus, Nycolao de Bismarke, curie nostre magistro, et Gevehardo de Alvensleve cum ceteris pluribus fide dignis. Datum Berlin, anno domini millesimo trecentesimo sexagesimo octavo, die beati Thome apostoli.

Nach dem Originale.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CCLXXVII. Markgraf Otto belehnt die von Prützke mit dem Dorfe Prützke, am 13. Jan. 1369.

Wir Otte, von Gotes Gnadin Marggrave zu Brandemburg etc. bekennen offintlichen, das wir den veſtin Luten, Clauzen, Borſen, Brandin, Albrechtin und Fritzhen, Brudere geheizzen von Pruzzek, unſſen liebin Getrewen, und iren rechtin Erbin mit eyner geſammdin Hant gelegin habin und lien mit deſem Brive das ganze Dorf Pruzzek und das halbe Dorf Oftdorp mit den obirſten und niderſten Gerichten, mit Holtzen, Wegin, Weydin, Waſſern, Ackern, gewunnen und ungewunnen, in dem Dorfe Roſkow nun Stuck jerlicher Rente, in dem Tzolle zu Brandemburg ſiben Stuck Geldis jerlicher Rente und in unſſer Muntze daſelbis zu Brandemburg drietzehen Stucke Geldis jerliches Tzinſes mit allin Rechtin, Erin, Nutzen, Fruchten, Frieheiten, Gnadin und Tzugehorungen, als ez vormals der egenante Vater Clauws von Pruzzek und Heineke von Pruzzek, ir vettir, und irer beider Eldern von unſſen Vorvaren und unſſen liebin Brudern ſeligen, etzwenne Marggraven zu Brandemburg, und ouch von uns gehabit und beſeſſin habin und ez ouch Elizabeth, Margaretha und Anna, des vorgnanten Heinekin van Pruzzek Töchtere, mit wolbedachten Mute und vorlichen mit gutem Willen vor uns zu irer Hant vorlazzin habin, vorbas von uns und unſſin Erbin tzu eynem rechtin Lehne zu habin, zu geniezzin und ane allirley Hinderniſſe zu beſitzen. Ouch tun wir den egenanten Brudern von Pruzzek durch Dinſtes wille, den ſie uns getan habin und noch tun ſullen davon ſunderlichen Gnade; were, ez, das ſie ſich geteilt und geſundertin Rouch odir Brot hethin, das ſol den vorgenanten Brudern nicht hindern an irer geſammendin Hant an dem vorgeſchreven Gute nach an anderin irem Gute, das ſie vore in ſammen gehabit habin. Des tzu Orkunde habin wir unſſer Ingeſigel an deſen Brief lezzin hengin. Darobir ſint geweſin der erwirdige in Gote Vater Her Dietherich Biſchof zu Brandemburg, der Edle, Albrecht Grave zu Lindow, die veſten Lude Hanns von Rochow, Hermann von Wulkow, Rittere, Guntzel von Berthinſleven, Clauws von Biſmark, unſſer Houfmeiſter, und Otte Morner, unſſer Houfrichter und ander erbare Lute genuk. Gegeben zu Berlin nach Criſti Geburt tuſent Jar, driehundert Jar, darnach in dem nun und ſechzigſten Jare an dem achtin Tage Epiphanie domini.

Nach dem Originale.

CCLXXVIII. Der Papſt Urban V. läßt durch den Biſchof Dietrich von Brandenburg den ſechzigſten Theil aller Einkünfte der Benedictiner-Mönche aus ſeiner Diöceſe einfordern, am 6. Febr. 1369.

Thidericus dei et apoſtol. ſedis gr. epiſcopus Brandeburgenſis, commiſſarius ad infra ſcripta ab eadem ſede deputatus, univerſis etc. litteras apoſtolicas — nos recepiſſe noveritis, quarum tenor ſequitur in hec verba: Urbanus epiſcopus etc., epiſcopo Brandeburgenſi ſalutem etc. Monaſterium Caſſinenſe, quam olim fuerit famſoum et celebre, quantaque veneratione ſit dignum, beati Benedicti, qui ejus extitit inſtitutor et cultor, geſta mirifica manifeſtant. — — Ipſaque eccleſia et totum idem monaſterium jam viginti annis deceſſis ex terre motus concuſſione caſu mirabili conruerunt. Ad quam inſtaurandam decenter non ſolum jam dicti monaſterii in proventibus non parum collapſi ſed etiam . . . . . non ſufficent facultates. Nos igitur, qui dictam regulam fuimus a noſtra iuventute profeſſi

et ad eandem ſanctam devotionem gerimus ſpecialem, merito reputantes indignum, quod tam celebre monaſterium, quod aliorum fuit initium et forma, ſic dirutum et deſolatum non abſque quadam monachorum profeſſorum regule dicti ſancti verecundie nota remaneat — —: ſexageſimam omniùm fructuum, reddituum et proventuum quorumlibet monaſteriorum ac prioratuum, dignitatum, officiorum, adminiſtrationum et aliorum beneficiorum, quocunque nomine cenſeantur, dictorum monachorum nigrorum et alborum, qui ordinis ejuſdem ſancti abſque nomine proprio appellantur, ab eorum abbatibus, prioribus, prepoſitis, decanis aliiſque prelatis et monachis, hujuſmodi monaſteriorum prioratus, dignitates et officia, adminiſtrationes et beneficia optinentibus, quocunque nomine nuncupentur, ac capitulis eccleſiarum cathedralium dictorum monachorum nigrorum et conventibus eorundem monaſteriorum et prioratuum, exemptorum et non exemptorum, ejuſdem ordinis, ubicunque conſtitutorum, vìrorum duntaxat, quibus et eorum alicui nulla privilegia vel indulgentie ſub quacunque verborum forma vel expreſſione conceſſa in hac parte volumus ſuffragari, preterquam venerabilibus fratribus noſtris ſancte Romane eccleſie cardinalibus, monaſteriorum prioratus, dignitates, perſonatus, officia et adminiſtrationes, quecunque et qualiacunque officia monachalia optinentibus ac in poſterum optenturis, qui nobiſcum aſſidue indefeſſis laboribus onera univerſalis eccleſie ſorciuntur, quos ab hujuſmodi preſtatione ſexageſime exemptos et liberos fore decernimus et immunes, exigendam et colligendam per illos, quos ad hoc duxerimus deputandos, ſecundum modum et conſuetudinem in exactione et collatione decime in eorum partibus hactenus obſervatos, pro edificatione ſeu reparatione eccleſie et monaſterii Caſſinenſis uſque ad biennium a data preſentium computandum impoſuimus, in feſto omnium ſanctorum quolibet anno dicti biennii perſolvendam. Quocirca etc. Datum Rome apud ſanctum Petrum XV. Kal. Martii, pontificatus noſtri anno ſeptimo.

Nos igitur mandatum apoſtolicum hujuſmodi volentes debita reverentia et diligentia exequi ut tenemur, vobis et cuilibet veſtrum in dictis literis comprehenſis et comprehenſos mandamus et monemus, quatenus juxta tenorem et formam dictarum litterarum apoſtolicarum in predicto termino quolibet anno dicti biennii ſexageſimam perſolvatis ſupradictam, nobis aut honorabilibus viris dominis prepoſito in Reppin, Havelbergenſis dioceſis, et officiali curie Havelberg. aut eorum alteri vel deputato ſeu deputatis per eos communiter vel diviſim, quos etiam noſtros commiſſarios facimus et inſtituimus in hujuſmodi collationis et exactionis negotio per preſentes, vel interim coram nobis Seiezer, noſtre Brandeburgenſis dioceſis, ſi nos ibidem eſſe contigerit, vel coram honorabili viro, domino Henzzone de Geriſtorp vicario noſtro, cui etiam ſuper hoc uſque ad noſtram revocationem preſentibus committimus vices noſtras, cauſam rationabilem oſtendatis, quare ad premiſſa ſitis minime obligati. Alioquin etc. Actum et datum in caſtro noſtro Sejezer ſepedicte noſtre dioceſis MCCCLXXII. ſexta die Februarii preſentibus diſcretis viris Conrado Palmedagh, clerico Brandeburg., Meynardo dicto de Ghore, famulo Lubucenſis dioceſis aliiſque pluribus fide dignis teſtibus ad premiſſa vocatis et rogatis.

Et ego Nicolaus clericus et publicus notarius etc.

Nach dem Originale.

CCLXXIX. Der Markgraf Otto ſchenkt dem Domcapitel einen Hof und zwei Hufen im Dorfe Niebede zur Pfarre daſelbſt, am 14. April 1369.

Noverint univerſi tenorem preſentium inſpecturi, quod nos, Otto, dei gratia Brandeburgenſis marchio, ſacri Romani imperii archicamerarius, comes palatinus Reni, Bavarie dux, ob honorem et laudem omnipotentis dei et glorioſiſſime genitricis virginis Marie ac beati Andree apoſtoli, et ob hoc precipue, ne cultus divinus, quem modis omnibus affectamus augeri, in villa Nybede, Brandeburg. dioceſis, propter paupertatem et exilitatem reddituum ipſius eccleſie, quibus rector ejuſdem ſuſtentari debebit, detrimentum aliquod in divinis officiis patiatur, appropriavimus et per preſentes ſollempniter appropriamus curiam et duos manſos in villa Nibede predicta, quos quidam manſos et curiam a Petro Katherine, qui predictos curiam et manſos hereditarie hucuſque inhabitavit et coluit et a ſtrenuo viro Henningo de Griben, qui eoſdem a nobis in pheodum hactenus tenuit et poſſedit, diſcretus vir dominus Johannes de Havelberge, rector eccleſie parochialis ville predicte ad emendationem ejuſdem eccleſie pro anime ſue ſalutari remedio et perhenni ſui memoria pro ſua pecunia comparavit cum omnibus, juribus, commodis, honoribus, fructibus, redditibus, proventibus, obventionibus et pertinentiis quibuſcunque, quibus predicti Petrus hereditarie et Henningus pheodaliter tenuerunt et hactenus poſſederunt; exnunc inantea juſto proprietatis titulo et vero dotis nomine ad ſupradictam eccleſiam parrochialem in Nybede pacifice et quiete perpetuis temporibus pertinendos. Volumus etiam predictos manſos et curiam exnunc inantea perpetuo ab exactionibus, impoſitionibus, ſervitiis debitis ſeu conſuetis ac oneribus ſecularibus quibuſcunque liberos et exemptos exiſtere, plena et eccleſiaſtica immunitate gaudere, renuntiantes pro nobis, heredibus et ſucceſſoribus noſtris omni juri, actioni ac impetitioni, quod aut que nobis in predictis bonis competit vel competere poterit quomodolibet in futurum. In cujus rei teſtimonium ſigillum noſtrum duximus preſentibus appendendum preſentibus reverendo in Chriſto patre domino Theoderico, Brandenburgenſis eccleſie epiſcopo, ſtrenuis viris Johanne de Rochow, Hermanno de Wulkow, Haſſone de Wedel, militibus, Nicolao de Biſmark, curie noſtre magiſtro, Gunzlino de Berthinſleven, Gebhardo de Alvenſleven, Ottone Morner, curie noſtre judice, Jano de Buk ac honorabili Rudolfo, prepoſito Stendalienſi, prothonotario noſtro, cum ceteris pluribus fide dignis. Datum Berlin, anno domini milleſimo trecenteſimo ſexageſimo nono, feria ſexta ante dominicam, qua cantatur: Miſericordia domini.

Nach dem Originale.

CCLXXX. Der Markgraf Otto bezeugt, daß ihn der Biſchof in ſeinen Nöthen mit Geld unterſtützt hat, am 25. Juni 1370.

Nos Otto etc. marchio, recognoſcimus tenore preſentium et fatemur, quod reverendus in Chriſto pater, dominus Theodericus, dei et apoſtolice ſedis gratia epiſcopus Brandenburgenſis, non ex neceſſitate alicujus obligationis ſeu debiti ſed de mera liberalitate propter evidentiam et notoriam neceſſitatem de preſenti nos urgentem, ne videlicet caſtra et munitiones marchie noſtre Brandenburgenſis ad alienas manus obligare conpelleremur, propter obtinendas certas pecunias nobis neceſſarias hoſtilitatibus et inimicitiis diverſorum nobis inimicantium ad reſiſtendum et munitiones noſtras

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

retinendas una cum omnibus dominis conſiliariis, nobilibus, vaſallis et civitatibus noſtris pecuniis ſuis nos amicabiliter juvit duntaxat iſta vice: Jure libertatis eccleſie Brandeburg et privilegiis ipſius pro futuris temporibus in omnibus et per omnia ſalvis et illeſis. In cujus rei teſtimonium etc. Preſentibus ſtrenuis viris Johanne de Rochow, Gerhardo de Wederden, Hermanno de Wulkow militibus, Gevehardo de Alvenfleven, Johanne de Schivelben, Nicolao de Biſmarke, curie noſtre magiſtro, Ottone Morner et Johanne de Schepeliz, noſtro prothonotario canonico Stendalgenſi et ceteris pluribus fide dignis. Datum Berlin, anno domini M°. CCC°. ſeptuageſimo in craſtino nativitatis Johannis babtiſte.

Nach dem Originale.

CCLXXXI. Der Markgraf Otto beſtätigt den Beſitz des Dorfes Zachow an das Domcapitel, am 28. Juni 1370.

Nos Otto, etc. lucide recognoſcimus, quod honorabiles viri Otto prepoſitus, Heinricus Prior totumque capitulum eccleſie Brandenburgenſis noſtri devoti dilecti et ipſa eccleſia Brandenburgenſis villam Tzachow cum omnibus pertinentiis ſuis ex venditione ſolempni illuſtrium principum Ottonis et Alberti fratrum quondam Marchionum Brandenburg. felicis recordationis predeceſſorum noſtrorum a quibus prepoſitus, prior et capitulum ejuſdem eccleſie Brandenburg. ſuis pecuniis pro ſe et ſuis ſequacibus ac pro ipſa eccleſia rite et rationabiliter emerant et comparaverant, habuerunt et tenuerunt ac longis temporibus retro actis, quorum initium in memoria hominum non exiſtit poſſederunt, deinde ſuper precaria et ſervitio ejuſdem ville inter predictos prepoſitum et capitulum ex una et ſtrenuos viros Mathiam et Wilkinum fratres dictos de Bredow, reſidentes in Bredow parte ex altera, exorta materia queſtionis illis de Bredow dicentibus, quod illuſtris princeps Lodewicus Romanus quondam marchio Brandenburg. pie memorie frater noſter kariſſimus et nos Otto marchio predictus Mathiam de Bredow, eorum patrem, et ſuos veros et legitimos heredes de precaria et ſervicio ville Czachow infeudaſſemus; nam pro eo idem pater eorum quidquid habebat in villis Wuſtermarce et Valkenrede libere reſingnaſſe et dimiſiſſe et de hac infeudatione confiſi eadem precariam et ſervitium Heiſoni dicto de Wellen civi in Brandenburg ulterius in feudum et Elizabeth uxori legitime ejuſdem Heiſonis in dotalicium contulerunt: ex adverſo vero pro parte prepoſiti et capituli eccleſie Brandenburg. fuit allegatum, quod precaria et ſervitium ſupradicta una cum univerſitate ejuſdem ville Tzachow ex emptione predicta ad ſe pertinerent eandem prefati prepoſitus, prior et capitulum ſuam vexationem redimentes pretactis Heiſoni de Wellen et Elizabet uxori ejus pro precaria et ſervitio predictis quadraginta quinque marcas argenti cum dimidia in pecunia numerata dederunt et perſolverunt ac cum predictis Mathia et Wilkino de Bredow fratribus de noſtro ſcitu et voluntate et expreſſo conſenſu amice compoſuerunt ita, quod dicti Heiſo de Wellen et Elizabet ejus uxor eadem precariam et ſervitium coram dicto Mathia de Bredow fratre ipſis prepoſito et capitulo ſponte dimiſerunt, idem quoque Mathias frater pro ſe et Wilkino fratre ſuo ac coram veris et legitimis heredibus ipſam precariam et ſervitium, quia a nobis in feudum habere dicebant, coram nobis in manus noſtras ad utilitatem eorundem prepoſiti prioris et capituli ſponte reſingnavit. Quas compoſitionem, dimiſſionem et reſingnationem nos gratam et ratam habemus et tenore preſentium approbamus et confirmamus preterea in caſu, quo ven-

ditio, de qua supra fit mentio, aut littere eorundem predecessorum nostrorum in aliqua parte essent defectuose quod absit, nos ob honorem et reverentiam omnipotentis dei, glorioſe virginis Marie sue genitricis omniumque sanctorum nec non ob jugem et perhennem magnificorum principum marchionum Brandenburgensium, predecessorum nostrorum, nostri, heredum ac successorum nostrorum animarum memoriam super addendo et supplendo appropriavimus, dedimus, donavimus, appropriamus, damus et per presentes solempni donatione donamus sepedictis preposito et priori totique capitulo et ecclesie Brandenburgensi prenominatam villam Tzachow in toto cum omnibus suis juribus, terminis distinctionibus, pacto et censu, redditibus, aquis, aquorum decursibus, piscationibus, pratis, pascuis, lignis, mericis, terris cultis et incultis, advocatiis, et generaliter cum omnibus servitiis, libertatibus, commodis, honoribus, fructibus, usu fructibus, consuetudinibus ac pertinentiis suis singulis et vniversis. Ceterum nos bonorum operum et orationum prenominatorum prepositi, prioris totius capituli ecclesie Brandenburgensis desiderantes esse et fieri participes presentibus renuntiamus pro nobis, heredibus ac successoribus nostris omni juri, actioni et impetitioni, precariis atque servitiis, quod vel que nobis in prefata villa Tzachow conpetit, conpetebat et conpetere poterunt aliqualiter in futurum. In quorum omnium etc. presentibus reverendis in Christo patribus domino Tiderico ecclesie Brandenburgensis et domino Tiderico ecclesie Havelbergensis episcopis nec non strenuis viris Johanne de Rochow, Gerhardo de Wederden, Hermanno de Wulko militibus, Johanne de Schivelben, Heinrico de Schulenborg, Nicolao de Bismarke curie nostre magistro et Ottone Morner cum ceteris pluribus fide dingnis. Datum Berlin MCCCLXX. in vigilia beatorum Petri et Pauli apostolorum.

Nach dem Originale.

CCLXXXII. Einführung des Domcapitels in den Beſitz der Bede und der Dienſte des Dorfes Zachow, vom 26. Oct. 1370.

Witlick sy allen, dy dessen open Briff syn oder horen lesen, dat ik Tyle Selchow, woneftig tu Markede, van Gheheyte und Bevelinghe des dorchluchtigen Forsten, myns Herren, Hern Otto, Marggreven tu Brandenburg, dy my in Yeghenwordicheit desser erbarn Herren, Hern Dydericus, Bischops tu Brandenburg, Hern Hans van Rochow, Hern Jan van Wulkow, Hern Berndis van der Schulenborch, Otto Morner, Domezis, Borgeris tu Brandenburg, und vele mer guder Lude tu eyme Inwyser heft ghegheven unde bevolen intuwysen den Proist und den Prior und dat Capitel tu Brandenburg van orer wegen und van der Kerken weghen tu Brandenburg in dy Bede unde in allen Dinst in deme Dorpe tu Tzachow unde in dat, wes dar tu ghehoret unde das tu ghehoren moghe unde sunderlik intuwisen in dy Bede unde in allen Dinst, houch und leghe unde in allent des, dat Mathis van Bredow tu Bredow unde sine Brudere unde ore Erven ghehat hebben in den vorschreven Dorpe tu Tzachow, wen Mathis van Bredow van syner van syner Bruder unde van orer Erven weghen vorghenant dy Bede und allen Dinst unde wes sy in deme selven Dorpe tu Tzachow hebben ghehat, gentzlik vorlatin heft, vor myne eghenanten Herren, den Marggreven, hebbe ingewiset recht unde redlik den Proist unde den Prior unde dat Capitel tu Brandenburg van orer weghen unde van der Kerken weghen in Brandenburgh vorgenant in dy Bede unde in allen Dinst unde in allent, datter thu ghehort unde tu ghehoren moghe in deme selven Dorpe tu

Tzachow. Deſſe Inwiſinge is geſchin unde deſſe Briff, dar ik tu eyner Orkunde deſſer Dink myn Ingeſegel hebbe an laten hengen, is gegeven tu Tzachow na Godis Bort dritteynhundert Jar darna in dem ſoventichſtin Jare an dem neichſtin Sunavende vor Simonis et Jude der heiligen Apoſtole. Jeghenwordich deſſer erbarn Knapen Otte Bart unde Albrecht Stoffeis unde mer guder Lude, tu Tughe hirtu geboden und gheladen.

Nach dem Originale.

CCLXXXIII. Der Propſt Otto ſtiftet eine Seelmeſſe in der Domkirche, im Jahre 1370.

Anno domini M.CCC.LXX. dominus Otto, prepoſitus eccleſie Brandeburgenſis deputavit ejuſdem eccleſie canonicis, qui pro tempore fuerint, duo talenta denariorum Brandeburgenſi. in villa Gopel, ad dictam eccleſiam jure proprietatis ſpectante jacentia, que Gereke Kothe a prepoſito et eccleſia Brandeburgenſi in pheodum tunc habuit et tenebat, pro quibus talentis unam antiphonam de beata virgine in laudem ejus poſt completorium aſſidue iidem canonici pro ſe et ſuis ſucceſſoribus, ob ſpem divine conſolationis impetrande aſſumpſerunt inperpetuum benevole velle decantare.

Nach einer Copie im ältern Copiario.

CCLXXXIV. Der Papſt Gregor XI. empfiehlt dem Biſchofe einen gewiſſen Crogemann zu einer Präbende, am 29. Jan. 1371.

Gregorius epiſcopus, ſervus ſervorum dei, venerabili frátri epiſcopo Brandeburgenſi ſalutem et apoſtolicam benedictionem. Dilecti filii Theoderici Crogheman pauperis clerici tue dioceſis apud ſedem apoſtolicam conſtituti ſupplicationibus inclinati, fraternitati tue per apoſtolica ſcripta mandamus, quatinus de vita et converſatione ipſius clerici, qui, ut aſſerit, beneficium aliquod eccleſiaſticum non obtinet, et quem per certos examinatores ſuper hoc deputatos a nobis, de litteratura examinari fecimus diligenter, quique in illa repertus eſt ydoneus ad eccleſiaſticum beneficium obtinendum, ſolerter inquirens, ſi eum vite laudabilis et honeſte converſationis eſſe reppereris et aliud beneficium eccleſiaſticum non obtineat, aliudque canonicum non obſiſtat, ei de aliquo beneficio eccleſiaſtico cum cura vel ſine cura, conſueto ab olim clericis ſecularibus aſſignari, dummodo in eccleſia cathedrali non exiſtat, cujus fructus, redditus et proventus, ſi cum cura viginti, ſi vero ſine cura fuerit, quindecim marcharum argenti ſecundum taxationem decime, ſi taxatum fuerit, vel ſi taxatum non fuerit, ſecundum quod de ipſo pro decima communiter perſolvi conſuevit, ualorem annuum non excedant, ad collationem uel preſentationem dilectorum filiorum, prepoſiti et capituli eccleſie Brandeburgenſis communiter pertinente, ſi quod in civitate vel dioc. Brandeburg. vacat ad preſens vel cum vacaverit, quod idem clericus infra unius menſis ſpatium, poſtquam ſibi de ipſius beneficii uacatione conſtiterit, duxerit acceptandum, auctoritate noſtra providere procures inducens per te vel alium ſeu alios eundem clericum in corporalem poſſeſſionem hujuſmodi beneficii et defendens inductum ac faciens ipſum ad illud etiam, ſi canonicatus et prebenda fuerit, ut eſt moris, admitti ſibique de ipſius beneficii fructi-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

bus, redditibus, proventibus, juribus et obventionibus universis integre responderi, contradictores per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo, non obstantibus, si aliqui super provisionibus sibi faciendis de hujusmodi vel aliis beneficiis ecclesiasticis in illis partibus speciales vel generales dicte sedis vel legatorum ejus sub quacunque verborum forma litteras impetrarunt, etiam si per eas ad inhibitionem, reservationem et decretum vel alias quomodolibet sit processum, quibus omnibus preterquam auctoritate nostra hujusmodi beneficia expectantibus in ejusdem beneficii assecutione dictum clericum volumus anteferri sed nullum per hoc eis quoad assecutionem beneficiorum aliorum prejudicium generari seu si ejusdem prepositi et capitulo vel quibusvis aliis communiter ab eadem sede sit indultum, quod ad receptionem vel provisionem alicujus minime teneantur et ad id compelli aut quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint, quodque de beneficiis ecclesiasticis ad eorum collationem vel presentationem conjunctim vel separatim spectantibus nulli valeat provideri per litteras apostolicas, non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem et qualibet alia dicte sedis indulgentia generali vel speciali cujuscunque tenoris existat, per quam presentibus non expressam vel totaliter non insertam effectus earum impediri valeat quomodolibet vel differri et de qua cujusque toto tenore habenda sit in nostris litteris mentio specialis. Volumus autem quod si tu presentes litteras non potueris seu volueris exequi, dilecti filii, decanus et cantor ecclesie Magdeburgensis litteras ipsas ac omnia et singula in eis contenta secundum ipsarum litterarum tenorem exequi possint et debeant, super quo eis tenore presentium mandatum damus et etiam potestatem et insuper prefatis prepositi et capitulo, ne de hujusmodi beneficio interim etiam ante insinuationem presentium eis factam et processuum per eos habitorum, nisi postquam eis constiterit, quod idem clericus beneficium hujusmodi acceptare voluerit disponere quoquomodo presumat districtius inhibemus decernentes irritum et inane, si secus super premissis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari. Datum Avinione, IIII. kal. Februarii, pontificatus nostri anno primo.

Nach dem Originale.

CCLXXXV. Dem Domcapitel wird ein Geistlicher vom Kloster Broda empfohlen, am 29. Aug. 1371.

Honorabilibus viris et religiosis dominis Ottoni prepositi ac universis canonicis ecclesie Brandeburgensis, Hinricus Orans, prepositus, ac singuli canonici monasterii in Brodis cum orationibus in domino sinceris Nos pronos ac indefessos ad quelibet genera vestrorum mandatorum. Vestris paternitatibus venerandis pro nostre paupertatis intuitu non sufficimus regratiari eo, quod discretum virum dominum Nicolaum Arneborch presentium datorem, ad communionem vestri canonicatus, prout ab eo didicimus, benigne acceptastis, qui vita laudabili et honesta conversatione bonaque fama apud nos se gessit, ita ut ipsum regratiantes apud universos et singulos, ad quos quomodolibet pervenerit, petimus large promoveri, dimittentes etiam eundem dominum Nicolaum presentibus ab obedientia, nobis canonice et regulariter facta, quitum penitus et solutum. In quorum testimonium etc. Datum Brodis, anno domini M. CCC. LXXI. feria quarta post diem beati Bartholomei apostoli glorioši.

Nach einer Copie im ältern Copialbuche.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CCLXXXVI. Quittung für den Brandenburger Clerus, über die Erfüllung gewiſſer, dem apoſtoliſchen Stuhle ſchuldiger Abgaben-Leiſtungen, vom 28. Dez. 1371.

Herbordus, prepoſitus ecclefie ſancti ſeveri Erfordenſis, Moguntine dyoceſis, collector fructuum et pecuniarum, ad cameram apoſtolicam pertinentium, a reverendo in Chriſto patre ac domino, domino Johanne epiſcopo Wormatienſi, apoſtolice ſedis nuncio deputatus, Tenore preſentium recognoſcimus, quod ab honorabilibus viris, dominis Hentzone Greſtorp, canonico Brandenburgenſi, Johanne, decano in Cozwik, Brandenb. dyoceſis nomine procuratorio reverendi in Chriſto patris ac domini, domini epiſcopi Brandeb., ac cleri exempti et non exempti ſuarum civitatum et dyoceſis, ratione tertie partis communis ſervitii et ſexte fructuum, redituum et proventuum ac byennalis procurationis, per dominum Urbanum papam V. indictorum, ſolventibus ſeptingentos et octoginta florenos de bono auro et pondere nomine dicte camere in parato recepimus, prout dominus et magiſter Apetzko, prepoſitus Berlinenſis, ipſius dyoceſis Brandenb., procuratorio nomine ipſius domini epiſcopi et cleri predicti cum reverendo in Chriſto patre ac domino, domino Nicolao Mayerienſi epiſcopo, abſolvendo eosdem compoſuerat, concordaverat et convenerat. De quibus quidem ſeptingentis octoginta florenis nobis perſolutis ſupradictos dominos, epiſcopum et clerum, ac ipſos Hentzonem Greſtorp, Johannem decanum preſentibus nomine predicte camere quitamus et quitos dicimus et ſolutos. In quorum teſtimonium ſigillum noſtrum duximus appendendum. Actum Erfordie, Moguntine dyoceſis predicte, anno domini M°. CCC°. LXX°. primo ipſo die ſanctorum innocentum.

Nach dem Originale.

CCLXXXVII. Der Patriarch Johann von Alexandrien fordert auf Befehl des Papſtes Gregor eine Procuration von 200 fl., am 26. Januar 1372.

Johannes — patriarcha Alexandrinus, apoſtolice ſedis nuncius, reverendo patri in Chriſto ac fratri — — epiſcopo Brandeburgenſi ejuſque vicario officiali, theſaurario, receptori, ſigillifero et eorum loca tenenti ac venerabilibus viris capitulo et ſingulis canonicis ipſius eccleſie Brandeburgenſis etc. Noveritis, quod ſanctiſſimus — — Gregorius — papa undecimus, nos ad partes Alamanie, Boemie, Ungarie et nonnullas alias pro magnis et arduis eccleſie Romane negotiis deſtinans per ſuas litteras apoſtolicas conceſſit et ordinavit, quod nobis pro ſingulis diebus per eccleſiaſticas perſonas, per quarum loca nos contigerit declinare, pro expenſis nobis neceſſariis quindecim florenos auri nobis aſſignavit pro qualibet die, prout in dictis litteris apoſtolicis nobis conceſſis plenius continetur, quarum tenor ſequitur in hunc modum: Gregorius etc. venerabilibus fratribus Patriarchis etc. etc. in Germanie, Ungarie et Boemie et aliis partibus ultra regnum conſtitutis, ad quos etc. salutem et apoſt. bened. Cum venerabilem fratrem noſtrum, Johannem Patriarchum Alexandrinum, apoſtolice ſedis nuntium, exhibitorem preſentium, ad Bohemie, Ungarie et certas alias partes, pro quibusdam negotiis, per nos ejus circumſpectioni commiſſis, principaliter deſtinamus, univerſitatem veſtrum rogamus et hortamur attente per apoſtolica ſcripta vobis mandantes, quatenus eundem nuntium, cum per partes veſtras tranſitum fecerit, ob reverentiam dicte ſedis et noſtram benique recipientes et honeſte tractantes ipſi nuntio, profecutioni negotiorum hujusmodi inſiſtenti, diebus ſingulis, quam

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

protenus Germaniam intraverit, videlicet partes ultra Renum quindecim florenos auri pro expensis suis necessariis et de securo conductu nec non de evectionibus oportunis, si sue forsan in via decesserint vel defecerint aut alias fuerint impedite, cum super premissis per eundem nuntium vel pro ejus parte fueritis requisiti, vobis tamen, quam primum commode fieri poterit, evectionibus restituendis eisdem, in eundo, morando et redeundo, donec Galliam intraverit, scilicet citra Renum liberaliter providere curetis et si forsan eundem nuntium in aliquibus terris sive locis vestris ex aliqua justa causa moram trahere forte contigerit, volumus, quod non solum vos prelati et persone ecclesiastice terrarum et locorum ipsorum sed etiam vos patriarche, archiepiscopi, episcopi, clerici, abbates, priores, decani prepositi, archidiaconi, archipresbiteri, plebani, rectores et alii ecclesiarum prelati seu nostri vices gerentes ac persone ecclesiastice quecunque religiose et seculares ac ecclesiarum et monasteriorum capitula et conventus exempti et non exempti Cistercienses, Cluniacenses, Cartusienses, Premonstratenses, sanctorum Benedicti et Augustini et aliorum ordinum quorumcunque nec non sancti Johannis Jerosolimitani et beate Marie Teutonicorum et humiliatorum magistri, priores et preceptores vicinarum et aliarum civitatum et diocesium circumpositarum nostrarum, — in provisionibus et subventionibus hujusmodi contribuatis; sic itaque mandatum nostrum hujusmodi efficaciter adimplere curetis, quod devotionem nostram commendare merito valeamus. Alioquin etc. Datum Avinione IV. Kal. Octobris pontificatus nostri anno primo. Cum autem postmodum pro nunciata nobis legatione necessaria hujusmodi stare et morari in dioceſi Misnensi tam pro expediendo negotia per dominum nostrum papam commissa et nonulla cum sereniſſimo principe et domino imperatore et magnificis principibus dominis marchionibus Misnensibus quam etiam ex certis aliis justis causis per tantum tempus, quantum a reverendo in Christo patre domino episcopo Misnen. et ejus clero pro stipendiis cum vadiis nobis, ut premittitur, per dominum nostrum papam assignatos florenos recepimus; nos vero attendentes, quod in hujusmodi tanta summa per ipsos solvenda idem dominus episcopus et ejus clerus plus debito gravaretur et attendentes, quod onus in diversis partibus divisum lenius supportetur, idcirco vobis aut vestrum cuilibet auctoritate apostolica, qua fungimur in hac parte, tenore presentium discrete precipientes et sub penis infra scriptis mandamus, quatenus infra decem dies a presentatione seu notificatione presentium vobis aut vestrum alicui factum, quos vobis et vestrum cuilibet primo, secundo, tertio et peremptorie tertio et monitione canonica assignamus, eidem domino episcopo et ejus clero in ducentis florenis aureis boni et legitimi ponderis contribuatis et eosdem ducentos florenos in civitate Misnensi venerabilibus viris dominis Nicolao decano Misnensis, conrado Pusin, Budissinensis et Johanni de Dronitz, Haynensis ecclesiarum prepositis ac canonicis Misnensibus, quibus et eorum cuilibet in solidum plenam et liberam potestatem predictas pecunias recipiendi et quittandi dedimus concedimus et tenore presentium damus et concedimus, nec non duos florenos pro notario nostro apostolico pro ejus scriptura infra dictum terminum vobis assignatum solvatis, vestris camere sumptibus periculo et expensa, nec non pro nuncio ipsarum latori presentium singulis diebus, quibus in eundo ad vos, morando et demum redeundo pro expensis suis in uno floreno auri providere curetis. Alioquin etc. Datum in Budissina, Misnensis diocesis, XXVI. mensis Januarii, anno domini MCCCLXXII, pontificatus dicti domini nostri pape anno secundo etc. —

Nach dem Original (im Auszug).

Anm. Vom Jahre 1370 ist auch eine Urkunde vorhanden, worin der Erzbischof von Magdeburg und die Bischöfe von Meißen, Merseburg, Naumburg, Brandenburg und Havelburg protestiren gegen eine ihnen aufgelegte Contribution des apostolischen Stuhles.

CCLXXXVIII. Der Bischof Dietrich bestätigt die Schenkung des Markgrafen Otto an das Domcapitel über Niebede vom Jahre 1369, am 8. Febr. 1372.

Nos Thydericus, dei gratia epiſcopus Brandeburgenſis lucide recognoſcimus per hec ſcripta, quod litteras donationis et appropriationis illuſtris principis, domini Ottonis, marchionis Brandeburg. omni prorſus vitio et ſuſpicione carentes vidimus et audivimus, quarum tenor ſequitur in hec verba: Noverint univerſi etc. (ſ. die Urk. vom Jahre 1369, No. CCLXXIX.) Quas quidem donationem et appropriationem ac litteras laudamus, approbamus et in dei nomine auctoritate noſtra ordinaria confirmamus per preſentes, volentes eas in omnibus ſuis clauſulis ratas habere et perpetuo valore, juribus tamen noſtris ac archidiaconorum ſeu prepoſitorum noſtrorum manentibus ſalvis et illeſis. In quorum evidentiam preſentes litteras majoris noſtri ſigilli munimine fecimus communiri. Actum et datum Zegeſer, anno domini milleſimo trecenteſimo ſeptuageſimo ſecundo, die beati Dyoniſii et ſociorum ejus, preſentibus honorabili viro, domino Hentzone de Geriſtorp, canonico noſtre eccleſie Brandeburg., Jordano de Nyndorp, noſtro advocato in Zeieſer, Henningo et Thiderico fratribus dictis Groten, famulis, aliiſque pluribus teſtibus fide dignis.

Nach dem Originale.

CCLXXXIX. Das Domcapitel verſpricht für eine jährliche Rente aus dem Wublitzer See Seelmeſſen zu halten, am 26. Febr. 1372.

Wy Otte von der Gnaden Gades Proiſt, Hinrick Prior unde dat Capittel gemeyne der Kerken tu Brandenburg bekennen openbar in deſſen Brive, dat die wiſe Man Henning Blankenfelde, Borger in der Nienſtad tu Brandenburgk, unde Jutke ſine ehelike Hauſſrawe hebben mit vorbedachtem Mude unde mit guden Willen vor orer Oldern und ore Silen lutterliken dorch Gott gegeven, gelaten und upgelaten ewigliken tu beſittende twey Punt Penninge ierliker Gulde, die fallen unde die men nimpt von deme Watere, dat hett Wubelitz, dat dar hort tu der Fiſcherien des Dorpes tu Schorin, die ſy lange Tydt beſeten unde upgenamen hebben; des hebbe wy gelovett unde loven by unſen guden Truwen in deſſeme ſelven Brieve dem vorbenumeden Henninge Blankenfelde unde Jutten ſiner eheliken Hauſſrawen twey Punt Penninge alle Jar, die wile ſie beide oder ohrer ein leven, in deſſen dren Tyden, die hirna geſchreven ſtahn: up ſunte Mertens Dag drittein Schillinge unde vier Penninge, up unſer Fruwen Dag Lichtmiſſe drittein Schillinge unde vier Penninge, up ſunte Wolborgen Dag drittein Schillinge unde vier Penninge ane allerlei Argeliſt vulle unde alle tu gevene unde tu betalen. Wan aver Gott aver en gebiedet, dat ſie von deſſer Werlede ſcheiden, ſo ſchſolen die twey Punt uns unde unſere Kerken vrie weder loſs werden. Hirumme ſchale wy unde willen alle Jahr in deſſen viere Tyden im Jar: des andern Dags na Sunte Georgius Dage, des andern Dages na Sunte Johannis und Pavels, des andern Dages na ſunte Briccius Dage unde des andern Dages na der Octavien Epiphanie, Gedechtniſs orer Oldern unde orer Silen began mit Vigilien unde mit Silemiſſen na Gewonheit unſer Kerken. Dat wy diſſe vorgeſchreven Stucke ganz unde ſtede holden willen, geve wy to Orkunde deſſen Brief, beſegeltt mit unſen Proiſtes, Prioris unde Capittels Ingeſegele

hiran gehenget. Gegeven na Gades Burtt MCCCLXXII, des andern Dages na sunte Mathis Dage, des hilgen Apostels.

Nach einer Copie im ältern Copiario.

CCXC. Das Domcapitel verkauft an Arnd von dem Berge den Wedemhof zu Posin und eine Hufe daselbst, am 26. Febr. 1372.

Wy Otto, von der Genaden Godis Proist, Hinricus Prior unde dat ganze Capittel der Kerken tu Brandenburg bekennen in dessen open Brieve, dat wy mit einliker Volbortt unde Willen hebben gegunt unde erloven in dessem selven Brieve unserme liven getruwen Met-Canonike, Hern Boldewine Perrere tu Retzow, dat he vorkope unde verkoft hett Arndt von den Berge unde sinen rechten Erven den Wedem-Hof tu Posin und eine Huve up dem Felde, dy dar tu hortt, vor vif Marck Brand. Sulvers, des en dy Perrer ledig unde los lett in sodaner Wise, dat he unde sine Erven oder wy den Hof besitten, schall deme Perrer, die dar is tu Retzow, geven jerlicke Plege alle Jar also vele unde up wodane Dage alss hir benumet is, up sunte Mertens Dag vif unde twintig Schepell Roggen, drittein Schepel Gersten, twe Schepel Havern, ses Schillinge Penninge, aver up sunte Wolburgen Dag ses Schillinge Penninge Brandenburgischer Munte, dartu alle Jar den Drittichsten von der Huve, alse men von andern Husen pleget tu gevene. Werett dat die vorbenumede Arndt unde sine Erven oder wy den Hof besittett, die vorbenumede Plege up die genanten twen Tiden nicht en geven, so schal unde mach die Perrer, die tu den Tiden is, dar vmme panden unde met dem Pande dun, alse Pandes-Recht is Vorttmehr oft die dicke genumede Arndt oder sine Erven dat vorschreven Gutt vorkopen wolden, des scholen sie Macht hebben, des siet vorkopen einem Manne, die dem Perrere unde sinem Gadeshuse evene kompt, unde datt Gutt vor dem Perrere up tu gevene unde up tulatene. Des tu einem Orkunde geben wy dessen Brif besegelt mit unsern Proists, Prior unde Capittel Ingesegel hiran gehangett. Gegeven na Gades Burtt MCCCLXXII. des andern Dages na sunte Mathiess Dage, des hilgen Apostels.

Nach einer Copie im ältern Copialbuche.

CCXCI. Bischof Dietrich verfügt, daß bei den in der Neustadt Brandenburg stattfindenden feierlichen Prozessionen eine von ihm geweihte Hostie an bestimmten Tagen im Jahre vorgezeigt werden soll. am 29. März 1372.

Thidericus, dei et apostolice sedis gratia episcopus Brandenburgensis, honorabili viro, domino plebano in Nova civitate Brandenburg, salutem et sinceram in domino caritatem. Vobis et vestris successoribus gratiam apostolice sedis et nostram habentibus ad instantes preces prudentum virorum Arnoldi Monik et Gotzkini Bentstorp, proviforum ecclesie parrochialis predicte Nove civitatis, gracioso concedimus, quatenus vos aut uester capellanus, cui hoc specialiter duxeritis committendum, eucaristiam, hoc est hostiam consecratam, sex diebus festivis infra scriptis, ad monstranciam cristallinam a nobis benedictam ante horam solempnis processionis ponere et cum reverencia

locare poſſitis ipſamque monſtranciam cum hoſtia conſecrata impoſita, in proceſſionibus inferius deſignatis, ob reverenciam precioſiſſimi ſacramenti, videlicet corporis domini noſtri Jheſu Chriſti, ſolempniter et devote valeatis portare et poſt proceſſionem quamlibet in altari, in quo tunc ſummam miſſam contigit celebrare, collocare et ſtatim, finita eadem miſſa, eandem hoſtiam de ipſo criſtallo excipere ac eam in loco, ubi alias corpus dominicum pro infirmis ſervari conſuevit, abſque predicta monſtrancia cum magna veneratione reponendo, jure tamen parrochiali veſtro plebani predicti ſemper ſalvo. Dies hujuſmodi proceſſionum tales ſunt: videlicet dominice reſurrectionis, Pentecoſtes, nativitatis Chriſti, feſtivitatis omnium ſanctorum, dedicationis eccleſie parrochialis predicte, in proceſſionibus in cimiterio fieri conſuetis, nec non dies ejuſdem ſacri corporis in proceſſione, que cum clero et populo in civitate ſolempniter fieri conſuevit, ita tamen, ut Judei medio tempore in domibus ſuis ſint recluſi et hoſtia domus ipſorum Judeorum clauſa, ne in populo fideli ſcandalum aliquod ex illuſione inimicorum domini noſtri crucifixi generetur. Datum Brandenburg, anno domini milleſimo CCC°. ſeptuageſimo ſecundo, feria ſecunda in paſcha, noſtro ſub ſecreto, preſentibus honorabilibus viris dominis Ottone, in Brandenburg, Apetzkone, in Berlin prepoſitis, Bertramo de Stegelitz, Hentzone de Geryſtorp, canonicis noſtre eccleſie Brandenburgenſis.

Nach dem Originale.

CCXCII. Der Biſchof Dietrich von Brandenburg entſcheidet einige Streitigkeiten des Pfarrers zu Lubars mit ſeinen Eingepfarrten über den Gottesdienſt in der Capelle zu Oſtlubars, die Zehnthebung von Schweinen und Bienen und dergleichen, am 11. Mai 1372.

Nos Thidericus, dei gratia epiſcopus Brandeburgenſis, recognoſcimus per hec ſcripta, quod inter diſcretum virum, dominum Hermannum, plebanum in Lubas, et ſuos parrochianos ſuper diuinis celebrandis et eccleſiaſticis ſacramentis miniſtrandis in capella ville Oſtlubas et ſuper quibuſdam decimis, videlicet carnium et apum, dandis ſeu ſolvendis, orta fuit materia queſtionis, coram nobis tandem predictos tam dominum Hermannum quam ſuos parrochianos ſuper premiſſis concordavimus ſeu concordes fecimus in noſtri preſentia conſtitutos, pronunciando ita, quod dictus dominus Hermannus ſeu qui pro tempore fuerit eorum plebanus, ſaltem in ſeptimana qualibet unam miſſam aut plures, ſi cauſa devotionis voluerit, in dicta capella ville Oſtlubas celebrabit, ſepulturas, quas glorioſe ibidem fieri conceſſimus et concedimus, peragere, confeſſiones audire, in paſca euchariſtiam ſeu corpus dominicum ſanis miniſtrare, in extremis debiles viatico communicare, ſacram unctionem quoque porrigere ipſis in eadem Oſtlubas degentibus debebit. Reliqua vero ſacramenta plebano ibidem, qui pro tempore fuerit, villani ſeu parrochiani in predicta Oſtlubas ſive multi ſive pauci morantes, ſeu manſos ſeu agros ibidem colentes, alterum dimidium fertonem ſeu denarios in tantum valentes in feſto nativitatis Chriſti et alterum dimidium fertonem aut in tantum in denariis in feſto ſancti Johanni baptiſte ſic, quod tres fertones in argento premiſſis terminis finaliter et congregatim ſolvant ineffectum. Ceterum de porcis et apibus ſicut de aliis animalibus decimam ſolvant parrochiani ſuo plebano predicto. In quorum omnium teſtimonium etc. Actum et datum in caſtro Seyeſer, anno domini M. CCC. LXXII. XI. die menſis Maji, preſentibus diſcretis viris: domino Henzone de Geriſtorp, canonico noſtre eccleſie Brandeburgenſis, Thyderico de Geben noſtro capellano

ac famosis viris Jordano de Nendorp, nostro advocato, Johanne de Luckenberge et Henzone de Golzow aliisque pluribus fide dignis, ad premissa vocatis et rogatis.

Nach einem Copialbuche des Brandenburger Domcapitels.

CCXCIII. Markgraf Otto bestätigt einem Altar in der St. Katharinenkirche in der Neustadt Brandenburg einige Einkünfte, am 29. Oct. 1372.

Nos Otto, dei gratia Brandeburgensis marchio, universis et singulis, presentibus et futuris, ad perpetuam rei memoriam. Volumus esse notum, ordinationem, donationem et approbationem annuorum redituum, uidelicet septem talentorum et quatuordecim solidorum denariorum Brandeburg. ac tertii dimidii chori salis, sitorum et singulis annis percipiendorum in theolonio nove civitatis Brandeburg ad altare, fundatum, locatum et sub honore beati Nicolai, episcopi et confessoris, in ecclesia parrochiali sancte Katherine civitatis nostre predicte dedicatum et etiam ejusdem altaris juris presentandi translationem per magnificos principes predecessores nostros, maxime per illustrissimum dominum Ludovicum pie recordationis, fratrem nostrum carissimum, quondam marchionem Brandeburg. ob reverentiam omnipotentis dei, gloriose genitricis sue et omnium sanctorum, nec non ob jugem et perhennem suarum nostrarum etiam heredum ac successorum nostrorum animarum memoriam concessas et indultas, pro quibus quidem donatione et appropriatione plebanus ecclesie parrochialis predicte dedit domino Ludovico fratri nostro prenarrato quadraginta talenta denariorum Brandeburgensium nec non autorizationem, confirmationem, incorporationem et unionem dicti altaris cum redditibus predictis per venerabiles in Christo patres et dominos Johannem et Thidericum episcopos Brandeburgenses factas ex nostra certa scientia approbavimus, laudavimus, confirmavimus et tenore presentium approbamus, laudamus et in nomine domini confirmamus ac gratas et ratas habemus per presentes. Ceterum ut venerabilis in Christo pater et dominus, dominus Thidericus, nunc episcopus ecclesie Brandeburgensis, sepedictum altare cum suis redditibus altaris predicti, quos dictus plebanus longevis temporibus sustulit et hactenus sublevavit, ipsi ecclesie predicte, cujus fructus et redditus ad sustentationem ejusdem plebani sunt exiles et modici, incorporare, conjungere et unire possit ita quod hujusmodi ecclesie et altaris amodo sit unus et idem plebanus et rector et quod plebanus ejusdem ecclesie, quicunque pro tempore est et erit, redditibus altaris predicti, quia ejusdem altaris est rector, debeat et possit gaudere, salvis divinis officiis dicto altari annexis, per predictum plebanum vel ejus capellanum sine aliqua fraudatione et subtractione faciendis et agendis, nostrum liberum adhibuimus et presentibus adhibemus consensum, hoc etiam adjecto, quatenus dicti thelonei thelonarius vel ejus vices gerens aut thelonium ibidem respiciens, presens vel futurus, dictos redditus, videlicet dimidietatem dictorum denariorum in die beati Martini et aliam dimidietatem in die purificationis beate Marie singulis annis ac suis temporibus, etiam decenter in parata pecunia sine aliqua rerum commutatione integraliter et complete, sal vero quolibet tempore, quo ipse plebanus eo indiguerit eidem plebano finaliter persolvere debebit et parare omnia et singula premissa in suis clausulis et articulis perpetuis temporibus firma et rata valitura. In cujus rei testimonium sigillum nostrum duximus presentibus appendendum, presentibus reverendo in Christo patre ac domino, domino Thiderico episcopo Brandeburgensis ecclesie ac strenuis viris Johanne de Rochow, Johanne de Wolkow,

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

militibus Nicolao de Bismarke, curie nostre magistro, Ottone Morner, et Johanne de Scepelitz, nostro protonotario cum ceteris pluribus fide dignis. Datum Berlin, anno domini MCCCLXXII. sequenti die post Simonis et Jude, apostolorum beatorum.

Nach einer Copie im ältern Copiario.

CCXCIV. Der Markgraf Otto schenkt dem Bischof von Brandenburg eine jährliche Rente aus dem Dorfe Radewege, am 25. Jan. 1373.

Noverint universi tenorem presentium inspecturi, quod nos Otto, dei gratia marchio Brandemburgensis, sacri Romani imperii archicamerarius, comes palatinus Reni et Bavarie dux, reverendo in Christo patri ac domino, domino Thiderico, Brandemburgensis ecclesie episcopo, suisque successoribus dedimus atque donavimus, damus et per presentes sollempni donatione donamus proprietatem sex frustorum in villa Radewede, videlicet unam curiam, quam Henningus Goritz pro nunc colit et inhabitat cum quadraginta duobus modiis siliginis et totidem ordei annuorum reddituum liberam et cum omni jure, insuper de curia dicte ville Radwede, quam dictus Perleberg pro nunc colit et inhabitat, dimidium chorum siliginis et totidem ordei cum quatuor solidis denariorum Brandemburgensium singulis annis super festo beati Martini episcopi derivandis cum decima carnium et uno pullo fumali, sex denariis de resignatione manforum; insuper de duobus mansis, quos nunc Gyso de Steinhus, civis antique civitatis nostre Brandemburgensis colit, dimidium chorum siliginis et totidem ordei cum quatuor solidis denariorum Brand. pro censu annuorum reddituum super quolibet festo beati Martini predicti derivandis cum decima carnium, uno pullo fumali, sex denariis de resignatione et sex de acceptatione manforum cum omnibus juribus, gratiis, commodis, honoribus, fructibus, utilitatibus, libertatibus ac pertinentiis universis, prout Gyso de Steinhus prefatus hactenus a nobis in pheudum habuit et possedit, ita tamen, quod dominus episcopus Brandeburgensis prefatus ac successores ipsius predicta sex frusta in usus pios, videlicet altarium, ecclesiasticarum personarum aut sacrorum locorum convertere poterunt et debebunt, ubicunque eis videbitur expedire absque nostri, heredum sive successorum nostrorum recusatione, renunciantes pro nobis, heredibus ac successoribus nostris omni juri, actioni, impetitioni, quod vel que nobis in prefatis redditibus hactenus competebat, competit seu competere poterit aliqualiter in futurum. In cujus rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum, testibus nobili Achim Gans domino in Puthlist, strenuis Johanne de Rochow, Frederico de Pechwinkel, Ottone Griffe, camere nostre magistro, militibus, Heinrico de Schulenburg, Ottone Morner, camere nostre judice, et Thoma de Brandemburg advocato nostro, cum ceteris pluribus fide dignis. Datum Berlin, anno domini millesimo tricentesimo septuagesimo, die beati Pauli conversionis.

Nach dem Original.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CCXCV. Vereinigung der Suffragan-Bischöfe des Erzstiftes Magdeburg gegen eine päpstliche Steuererhebung vom 21. April 1373.

In nomine domini amen. Anno a nativitatis ejusdem milleſimo trecenteſime ſeptuageſimo tertio, Indictione undecima, viceſima prima die menſis Aprilis, hora veſperarum vel quaſi ante cameram poſteriorem caſtri Gypkenſtein prope oppidum Hallis ſituati, pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto patris ac domini noſtri domini Gregorii digna Dei providentia Pape undecimi anno tertio, in mei Notarii publici et teſtium ſubſcriptorum preſentia, conſtituti reuerendi in Chriſto patres ac domini, domini Petrus Archiepiſcopus Magdeburgenſis, Conradus Miſnenſis, Fridericus Merſburgenſis perſonaliter, Withigo Nuemburgenſis, Theodoricus Brandenburgenſis et Theodoricus Hauelbergenſis per eorum legitimos procuratores, eccleſiarum Epiſcopi, ipſius Archiepiſcopi Magdeburgenſis ſuffraganei, michi quandam unionis cedulam, quam tunc reuerendus in Chriſto pater ac dominus Dominus Conradus Epiſcopus eccleſie Miſnenſis predictus in manibus tenebat, exhibentes me cum diligentia ut ſuper eandem unum vel plura conficerem publica inſtrumenta requirendo: Cujus quidem litere Vnionis tenor ſequitur et eſt talis:

Cum magiſtra rerum experientia legalibus hortationibus inſtruat aduerſus ea, que veriſimiliter accidunt, cautius prouidere, ne poſtea lamentabiliter deplorari valeant, que antea negligenter ſunt obmiſſa. Idcirco nouerint univerſi preſentem literam inſpecturi, quod nos Petrus Archiepiſcopus Magdeburgenſis, Conradus Miſnenſis, Fridericus Merſeburgenſis, Withigo Nuemburgenſis, Theodericus Brandeburgenſis et Theodericus Hauelbergenſis eccleſiarum Epiſcopi, dicte Magdeburgenſis eccleſie ſuffraganei, ac totus clerus prouincie Magdeburgenſis — — volentes quantum nobis eſt poſſibile circa emergentia nobis et ipſi clero ſalubrius prouidere, ac eorum malitiam qui nobis ſua adverſantur aſtutia ſimul et unanimiter extra noſtros terminos procul effugare juxta documenta canonica, que diviſionem improbant, eo quod triplex funiculus difficiliter rumpitur, et virtus unita validior quam ipſa diſperſa dignoſcatur, ne inſidiatores callidi de preuenta malitia ſuperbe valeant gloriari, cum nos plangere forte contingeret negligenter obmiſſa. De expreſſa omnium noſtrum conſenſu et unanimi voluntate, ex certa ſcientia et non per errorem, deliberationibus ſuper hoc ſepius habitis et tractatibus, ſimul et ad invicem nos obligavimus obſtrinximus et preſenti pagina firmiter obligamus et obſtringimus contra venerabilem virum dominum Heliam de Vrodamo, eccleſie Zanctenſis cantorem, nuncium ſedis apoſtolice et camere apoſtolice collectorem, leuatorem et exactorem decime papalis nobis et provincie noſtre nuper impoſite et contra quemlibet ipſorum ſi et in quantum in ipſa decima colligenda et extorquenda nos grauarent, ſeu grauare niterentur, quod tamen de intentione ſanctiſſimi in Chriſto patris ac domini noſtri domini Gregorii digna dei providentia pape undecimi prodecere non videtur, in cujus et ſedis apoſtolice obedientia perſiſtere et manere volumus, ſibique parati eſſe in his et omnibus poſſibilibus ac ſue voluntatis beneplacito parcere ſemper cum effectu, ita quod nullus noſtrum alio dimiſſo ſeu excluſo ſe ſuper aliqua quota cum ipſis collectoribus ſeu eorum in hac parte vices gerentibus componat aut etiam aliquo modo concordet, niſi de clericorum omnium noſtrorum procedat bona voluntate communibusque totius provincie promittimus expenſis defenſare et releuare, ac alia agere, que occaſione dicte decime leuande et extorquende duntaxat nos vel aliquem ex nobis etiam minimum nobis ſubjectum contingeret ſuſtinere. In cujus rei teſtimonium et euidentiam pleniorem Nos Petrus Archiepiſcopus Magdeburgenſis, Conradus Miſnenſis, Fridericus Merſeburgenſis, Withigo Nuemburgenſis, Theo-

dericus Brandeburgenſis et Theodericus Hauelbergenſis eccleſiarum epiſcopi ſigilla noſtra huic inſtrumento duximus appendenda.

Acta ſunt hec anno, indictione, die, menſe, hora, loco et pontificatu quibus ſupra, preſentibus nobili Günthero Comite in Mülinghen et domino in Barbe, ſtrenuo domino Henrico de Bünau milite, nec non honorabilibus viris dominis Henrico de Alzleben, plebano S. Jacobi in Magdeburg, et Johanne Pruznitz Altariſta B. Marie virginis in eccleſia Pragenſi Baccalaureo in Decretis, teſtibus ad premiſſa vocatis et rogatis.

Et ego Gotfridus quondam Arnoldi de .... Clericus Colonienſis publicus imperiali auctoritate notarius, quia predictorum dominorum Epiſcoporum unioni ac ejuſdem unionis cedule preſentationem ac omnibus aliis et ſingulis una cum prenominatis teſtibus preſens interfui eaque dum ſic fierent ut premittitur, vidi et audivi et in hanc publicam formam redigi, et per alium quia aliis prepeditus negotiis ſcribere feci, meisque nomine et ſigno ſolitis conſignandam in affirmationem premiſſorum.

Nach Gerckens Fragmenta Marchica II., S. 73–76.

CCXCXI. Der Markgraf Otto ſchenkt eine jährliche Rente, aus dem Dorfe Tremmen an Meinhard Suſteiner, am 6. Juni 1373.

Nos Otto, dei gratia marchio Brandenburgenſis etc. notum facimus tenore preſentium univerſis, quod attendentes grata et fidelia ſervitia nobis per ſtrennuum virum Meinhardum Sufteyner, fidelem noſtrum et dilectum multipliciter exhibita et inantea per amplius exhibenda, ſibi et veris heredibus ſuis dedimus et donavimus, damus et preſentibus ſollempniter donamus proprietatem novem fruſtorum annuorum reddituum in cenſu totius ville Tremmen ſingulis annis derivandorum cum omnibus juribus, fructibus, honoribus, commodis, utilitatibus, gratiis, libertatibus et pertinentiis quibuscunque, ſicut idem Sufteyner dictos redditus a nobis in pheodum tenuit et poſſedit, in antea a nobis juſto proprietatis titulo ad habendum, tenendum, utifruendum quiete, pacifice et ſine quorumlibet impedimento perpetuis temporibus poſſidendum, dantes ſibi et dictis heredibus ſuis prefatos redditus vendendi, donandi, obligandi, commutandi, legandi aut in pios uſus ſeu in ſecularem vel eccleſiaſticam perſonam transferendi plenam et liberam proprietatem, renunciantesque pro nobis, heredibus ac ſucceſſoribus noſtris omni juri, actioni, impetitioni, quod vel que nobis in premiſſis redditibus hactenus competebat, competit aut competere poterit quomodolibet in futurum. In cujus rei evidentiam ſigillum noſtrum majus preſentibus duximus appendendum, teſtantibus reverendis in Chriſto patribus, dominis Petro Lubucenſis et Theoderico Brandenburgenſis eccleſiarum epiſcopis, nobili Friderico de Turgow, domino in Czoſſna, ſtrenuis Johanne de Rochow, Haſſone de Uchtenhagen, Hermanno de Wulko, militibus, et Heinrico de Schulemburg cum ceteris pluribus fide dignis. Datum Berlin anno domini milleſimo trecenteſimo ſeptuageſimo tertio, feria ſecunda in feſto Penthecoſtes.

Nach dem Originale.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CCXCVII. Der Kaiser Karl und der König Wenzel bestätigen dem Bischof und dem Domcapitel ihre Gerechtsame, am 10. September 1373.

Wir Karl, von Gotis Gnaden Romischer Kaiser etc., vnd wir etc. bekennen etc., das wir bestetigt haben und bestetigen mit disem Briefe dem erwirdigen Ditrichen, Bischoffe zu Brandenburg, dem Capitel und der Kyrchen doselbist alle yre Rechtikeit, Freiheit, gute Gewonheit und alle yre Lehen, Erben, Eygen und Guter und auch alle ihre Briefe uber yre Lehen, Erbe, Eygen, Pfantschaft und Guter, uber yre Rechtikeitt, Freiheit, gute Gewonheit, die sie haben von allen unsen Vorfaren, Marggraffen zu Brandenborch, stete und gantz zu halden und yn die nicht tu ergernde noch tu krenkende, sunder allerley Argelist. Mit Urkund etc. Geben zu Stendal, nach Crists Geburt, dreitzen hundert Jare darnach in dem drey und sibentzigsten Jare, am Suntag nach unser Frawen Tag Nativitatis, unsers des vorgenanten Keisers Karls Reiche in dem acht und zwentzigsten und des Keiserthums in dem newntzehnden Jare, und unser vorgenanten Kunig Wentzelaus Kunigreichs in deme eylefften Jaren.

Nach dem Originale.

CCXCVIII. Das Domcapitel in Brandenburg belehnt Henning Possin mit der Hälfte des Rietzer See's, am 13. Januar 1374.

Nos Otto, dei gratia prepositus, Bertramus prior totumque capitulum ecclesie Brandeb. recognoscimus per presentes, quod constitutus coram nobis Henninghus Posyn, frater Nicolai Posyn, quondam civis nove civitatis Brandeb. ostendens litteram sigillis honorabilium virorum ac dominorum videlicet domini Thyderici prepositi, Wylhelmi prioris et totius capituli ecclesie Brandeb. predicte sigillatam, cujus tenor dinoscitur esse talis: Nos Thydericus etc. (vgl. No. 246 vom Jahe 1351.) Idem Henninghus Posyn rogans nos efficaciter, medietatem dictorum bonorum per nos sibi conferri in pheudum, sicut de jure tenemur; nos igitur Otto, dei gratia prepositus memoratus, de consensu domini Bertrami prioris et totius capituli dicte ecclesie Brandeb. ad requisitionem prefati Henninghi Posyn medietatem dictorum bonorum eodem jure et eadem libertate, quo jure et qua libertate nos eadem bona dinoscimur habuisse, dicto Henningho Posin in pheudum contulimus ac conferimus in hiis scriptis. Insuper in pheudum contulimus ac per presentes conferimus eidem Henningho Posyn tertium fructum annuorum reddituum in aquis predictis Dempstar pro melioratione, omni jure et libertate, ut prius exstat prenarratum, adicientes, quod, si aque iste ultra III. fructum exponerentur, illud in detrimentum dicti Henninghi nullatenus debet redundare. Si autem infra III. fructum exponerentur, hoc nobis in dampnum nullatenus redundabit. Sed collatio dictorum bonorum eidem Henningho et suis pheudalibus heredibus masculini sexus pro parte sua et suorum heredum pheudalium invariabiliter debit stare super III. fructum reddituum, nobis in aquis predictis nichil reservantes quoad bona iam dicto Henningho collata, nisi sex denarios in signum proprietatis. Que bona omnia et singula cum eorum meliorationibus et accrescentiis, quando contigerit dictum Henninghum inter suos legitimos pheudales heredes sine legitimis pheudalibus heredibus masculini sexus decedere, ad nos et ecclesiam Brandeb. devolvi debent plene jure. Ut autem hec collatio et omnia premissa robur firmitatis

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

habeant, presens scriptum nos Otto prepositus prefatus et Bertramus prior et capitulum dicte ecclesie Brandeb. nostrorum sigillorum appensione fecimus firmiter roborari. Datum Brandeb. anno domini M°. CCC°. septuagesimo quarto, in octava epiphan. domini.

Nach dem Originale.

CCXCIX. Nicolaus, Einnehmer der päpstlichen Cammer, bekundet, daß der Erzbischof Peter von Magdeburg, mit seinen Suffraganbischöfen 6000 fl. als den von der Römischen Curie aufgelegten Zehnten entrichtet habe, am 11. März 1374.

Nos Nicolaus, dei et apostolice sedis gratia episcopus Majejensis, collector camere apostolice, a venerabili domino Helya de Voldronio cantore ecclesie Xantonensis, apostolice sedis nuncio, per provinciam Magdeburgensem deputatus, tenore presentium recognoscimus, quod reverendissimus in Christo pater ac dominus, Petrus, archiepiscopus ecclesie Magdeburgensis, una cum suis suffraganeis in sex millibus florenorum nomine decime eis imposite certis termino et loco persolvendis concordauit et ob reverentiam sedis apostolice compatiendo suffraganeorum suorum penuriis in supplementum predictorum florenorum plus debito exposuit. Datum Merseborch anno domini MCCCLXXIV. undecima die mensis Martii nostro sub sigillo presentibus appenso.

Nach neuerer Copie.

CCC. Der Bischof Dietrich bestätigt die von seinem Vorgänger Ludwig vorgenommene Veräußerung des Sees ꝛc. bei Pritzerbe an das Domcapitel, am 2. Mai 1374.

Nos Thidericus, dei et apostolice sedis gratia episcopus ecclesie Brandeburgensis, universis tam presentibus quam futuris, cupimus fore notum, quod pro parte honorabilium virorum, dominorum prepositi et capituli nostre ecclesie Brandeburgensis, quedam littere domini Lodovici, quondam episcopi Brandeburgensis, predecessoris nostri felicis memorie donationes et appropriationes continentes nobis sunt oblate et humiliter supplicatum, ut eas auctoritate nostra ordinaria confirmare earumque tenorem in nostris confirmationum litteris ad majorem cautelam et perpetuam ipsarum firmitatem et auctoritatem inferere dignaremur. Nos igitur hujusmodi supplicationi favorabiliter annuentes, inspectis per nos eisdem litteris, donationibus et appropriationibus ac omnibus et singulis in eis contentis et plenius examinatis et cognitis diligenter, ipsas litteras, donationes appropriationes ac omnia et singula in eis contenta in omnibus et singulis suis clausulis et articulis ratas et gratas habemus et tenemus ac tenore presentium nostra auctoritate ordinaria approbamus et in dei nomine confirmamus et ad majorem cautelam dictorum prepositi et capituli ac evidentiorem rei fidem, auctoritatem et perpetuam firmitatem totum ipsarum litterarum tenorem de verbo ad verbum ex certa nostra scientia presentibus duximus inferendum, qui talis est: Nos Ludewicus etc. (es folgt die Urk. vom J. 1340., No. CCXXIV.) In evidens testimonium premissorum presens scriptum nostri sigilli appensione fecimus communiri, presentibus honorabilibus et discretis viris, dominis Johanne de Schulenborch, canonico Halberstadensi et Nicolao dicto de Machenow, plebano in Teltow,

nec non validis viris Gerhardo Koten et Henningho Groten, vasallis nostris, cum ceteris pluribus fide dignis testibus ad premissa et ad perpetue perseverantie, roboris, fidei, auctoritatis et evidentie, omnium et singulorum premissorum stabilitatem ac in commutabilem atque perhennem firmitatem. Actum et Datum Sejeser anno domini millesimo tricentesimo septuagesimo quarto, die proximo sequenti post festum Philippi et Jacobi, apostolorum beatorum.

Nach dem Originale.

CCCI. Bischof Dietrich von Brandenburg stiftet beim Domcapitel seine, seiner Vorgänger und seiner Eltern Gedächtnißfeier, indem er dem Domcapitel gewisse Hebungen aus Wollin und später aus Pritzerbe und Ferchesar überweiset, am 3. Mai 1374.

Nos Thydericus, dei et apostolice sedis gratia episcopus Brandeburgensis, lucide recognoscimus per hec scripta, quod ob honorem et reverentiam omnipotentis dei, gloriose genitricis sue, virginis Marie, ac omnium sanctorum, nec non ob jugem et perhennem felicis recordationis predecessorum et progenitorum ac nostri et successorum nostrorum animarum memoriam et remedium sempiternum, pensatis nostre ecclesie Brandeb., cui favente domino presidemus, fructibus, redditibus, proventibus et obventionibus ac facultatibus temporalibus, sine quibus spiritualia diu existere non possunt, que quidem temporalia propter instabilem et malum terre statum ac alia onera eidem ecclesie incumbentia sunt extenuata adeo et diminuta, quod persone ibidem degentes, divinum cultum respicientes, congruam nequeunt habere sustentationem. Ut igitur ad divinum cultum tenendum et habendum eedem persone uberius valeant sustentari, appropriavimus, dedimus, donavimus ac sollempni donatione juste proprietatis titulo liberaliter presentibus appropriamus, damus et donamus pure propter deum dictis personis conventualibus et ecclesie Brandenburgensi duo talenta denariorum Brandeb. annuorum reddituum jacentium in censu super decem mansos, quorum quilibet dat annuatim quatuor solidos denariorum in villa Wollin, quam ab illustri principe ac domino, domino Ottone, marchione Branbeb., emimus et comparavimus pro pecunia nostro labore acquisita et eam ad mensam episcopalem et ecclesiam Brandeb. perpetuis temporibus pertinendam procuravimus appropriari. Nos etiam conversatione et meritis dictarum personarum exigentibus intendentes profectibus et utilitatibus ecclesie et personarum predictarum loco et vice predictorum duorum talentorum annuorum reddituum ea transmutando de villa Wollin propter majorem securitatem et utilitatem appropriavimus, dedimus et donavimus ac presentibus appropriamus, damus et sollempni donatione juste proprietatis titulo ex certa nostra scientia liberaliter donamus predictis ecclesie et personis duo talenta denariorum Brand. annuorum reddituum, in opido Pritzerwe in censu super gurgustum, quod olim fuit Tzyllekens, et ex nunc habet MertenStoys, tres solidos denariorum Brandeburgensium et super curiam seu aream custodie ibidem ecclesie unum solidum eorundem denariorum, item in villa Verchyefer in censu super duodecim mansos, super quolibet manso ad censum tres solidos denariorum Brand., ad festum beati Martini persolvendum, renunciantes omni juri, actioni, exactioni, petitioni, quod et que nobis et nostris officialibus spiritualium et temporalium seu nostris successoribus vel eorum dictis officialibus in premissis duobus talentis annuorum reddituum, in Prytzerwe et Verchiefer jacentium, directe vel indirecte competunt seu competere poterunt de jure et de consuetudine vel de facto quomodolibet in futurum, statuentes, ut personis conventualibus predictis de summa antedicta in anniversario venerabilis patris,

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

domini Ludowici epiſcopi, predeceſſoris noſtri, decem ſolidi denariorum pro ſervicio tribuantur, ut memoria ejusdem in vigiliis ſollempniter peragendis quinto Kalendas Junii de ſero et miſſa celebranda die tunc ſequenti eo ſollempnius peragatur, et in anniverſario domini Theodorici Kothen, auteceſſoris noſtri et domini Theoderici Dalchow, prepoſiti noſtre eccleſie Brand., videlicet quinto Kalendas Junii de ſero in vigiliis et die tunc ſequenti in miſſa ſollempniter peragendis decem ſolidi pro ſervitio tribuantur. Ceterum decernimus, ut in memoria patris noſtri, videlicet Bernardi de Schulenborch, militis, et matris noſtre, dicte Ghyſſele, omnium parentum noſtrorum de ſero in vigiliis et die tunc ſequenti in miſſa ſollempniter peragendis decem ſolidi pro ſervitio tribuantur, pro commemoratione parentum noſtrorum ac Chriſti fidelium animarum in communi ſeptimana feria tertia de ſero in vigiliis et die ſequenti in miſſa ſollempniter peragendis decem ſolidi de dictis duobus talentis pro ſervitio tribuantur, quoadusque, deo volente, nos ab hoc ſeculo migrare contigerit. Extunc deinceps jam dictis vigiliis et miſſa in communi ſeptimana ſingulis annis dimiſſis, ut vigilias et miſſam ſollempnes in commemoratione noſtri anniverſarii celebrabunt, etiam ut ſupradictorum defunctorum animarum memoriam atque noſtri in vigiliis et miſſarum celebrationibus ſingulis annis, ut premittitur, eo devotius peragant, hujusmodi decem ſolidi hiis perſonis conventualibus predictis, conſolationis loco, deinceps tribuantur. Ut igitur hec donatio imperpetuum ſtabilis perſeveret ac etiam ut ipſis fiat quoad temporale ſubſidium fructuoſa, eandem paginam conſcribi fecimus ac ipſam majoris noſtri ſigilli munimine capitulo noſtro dari juſſimus roboratam, preſentibus honorabilibus et diſcretis viris dominis Johanne de Schulenborch, canonico Halberſtadenſi, Hermanno, plebano in Porey, noſtro officiali, et Nicolao plebano in Teltow, nec non validis viris Gherardo Kothen et Hennyngho Groten, armigeris, cum ceteris pluribus fidedignis teſtibus ad premiſſa. Actum et datum Zeieſer, anno domini M°. CCC°. LXXIIII. die inventionis ſancte crucis.

Nach dem Originale.

CCCII. Das Domcapitel verkauft dem Prediger im Dorfe Lubars eine jährliche Rente, am 18. Mai 1374.

Otte, van Godes Gnaden Proiſt, Bertram von Stegelitz Prior unde ganze Capittel tu Brandenburg, bekennen etc., dat wy mit guden wolbedachtem Mude hebben verkoft unde verkopen Hern Niclaſe Predenitz, Parrere tu Lubars, dry Marck Silvers vor ſeſtein Marck, de he uns betalett heft, unde dy wy in unſes Godes-Huſes Nut und Frome gekehrett hebben, alle Jar tu ſinem Live, dy wile he Perrer iſs tu Lubars, tu betalen up Winachten tu Brandenburgk. Weret aver dat he die Kerke tu Lubas verwiſſelde, da ſchole wy eme, dy wile he levet, von den drin Marcken nicht mehr nach ehr geven, wan uns von der Kerke tu Lubas Penſe wertt unde bereitet ſy. Weret he aver met Rechte von der Kerke gedrungen, ſo ſchole wy eme tu ſime Live alle Jahr bereiden zu Brandenburgk twey Marck tu Winachten up den verſchreven Dach. Tu Tuge der verſchreven Stucke hebbe wy Otto Proiſt, Bertram Prior unde Capittel tu Brandenburgk unſe Inſiegel an deſſen Brif gehangen, dy gegeven is tu Brandenburgk 1374. am achten Dage der Upfartt unſers Herren.

Der Prediger beglaubigt das Obige.

Witlick ſi allen, dy diſſen open Briff ſin oder horen leſen, dat ick Nicolaus Predenitz, Perrer tu Lubars, hebbe gelavet unde geredet unde lave unde rede by diſen jegenwordigen Brive

den erbarn Hern, Hern Otten Proiſte, Hern Bertram Prior unde dem ganzen Capittel tu Brandenburg, dat ick ſy unde ohre Nakomelinge unde dat vorgenante Capittel tu Brandenburg umme dy dry Marck Silvers, dy ick met en recht unde redlich gekoft hebbe, vor ſeſtein Marck tu myme Live unde ſy my dy vorbrivet hebben jerligken tu betalen up Winachten, nicht mahnen will noch ſy my dy drey Marck geven ſcholen, wen ick hebbe en oder en ſy von minetwegen tu irſte betellt dry Marck Penſen von miner Kerken tu Lubars, alle Jar up Sunte Mertens Dag vor dem vorſchreven Winachten. Ock ſchole ſy mi nicht mehr alle Jar geven von den vorbenumeden dren Marcken, dy ick met en gekoft hebbe, wen alſo vele alſe en wert jerlicke tu Penſe von miner wegen von der vorbenumeden Kerken tu Lubars. Wehret ock, dat ick die Kerke verwiſſelde, ſo will ich doch unde ſchall nicht ehr manen unde vorderen von den vorſpraken Herrn unde Capittel die vorſpraken dry Marck, dy ſie mich verkoft hebben, en ſy den öre dry Marck Penſen von der Kerken tu Lubars tu irſte bereidet unde betalett. Ock ſcholen ſie my von den vorſchreven dren Marcken, dy ſy mi verkoft hebben, jerlike nicht ehr noch mehr geven, wen en werdet von derſelven Kerken. Werett aver, dat ick mett Recht von der Kerken worde gedrungen, ſo ſcholen die vorbenumede Proiſt, Prior ofte ire Nakomelinge und Capittel tu Brandenburg my wiſliken geven, dy wile ick leve, tu mime Live unde betalen tu Brandenburg up Winachten twey Marck Silvers, en werde vele oder kleine ofte nicht tu Penſe oder vor öhre Penſe von der vorbeſchreven Kerken tu Lubas, nicht daran tu hindern, dat hir vorgeſecht iſt.

Nach einer Copie im ältern Copiario.

CCCIII. Gerichtliches Inſtrument, daß der Biſchof von Brandenburg zur päpſtlichen Contribution ſeinen Antheil beigetragen habe, vom 4. Juli 1374.

In nomine domini. Amen. Anno a nativitate ejuſdem milleſimo trecenteſimo ſeptuageſimo quarto, indictione duodecima, quarta die menſis Julii, hora ſexta vel quaſi, pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto patris et domini, domini Gregorii, divina providentia pape undecimi, anno quarto, in mei notarii publici ſubſcripti et teſtium infraſcriptorum preſentia perſonaliter conſtitutus reverendus in Chriſto pater et dominus, dominus Theodericus, epiſcopus Brandeburgenſis, in cenaculo caſtri Seieſer Brandeburgenſis dioceſis, portionem de ſubventione et proviſione reverendiſſimo in Chriſto patri ac domino, domino Agapito de Columpna, epiſcopo Vlixbonenſi, apoſtolice ſedis nuntio, pretextu ſue legationis pro ſuis et familie ſue expenſis et neceſſariis, cum et quotiens per civitatem et dioceſem Brandeb. tranſitum fecerat et moram traxerat in eiſdem, debita et a dicta ſede ſibi decreta, ipſum epiſcopum pro ſua menſa et pro parte et rata rationabiliter contingente, ad hujuſmodi ſubventionem et proviſionem contribuit et integre perſolvit collectori ad hoc deputato recipienti et ſublevanti, requirens me notarium, ut ſuper hujuſmodi portionis ſolutione ſibi publicum conficerem inſtrumentum vel inſtrumenta. Acta et facta ſunt hec anno, indictione, die, menſe, hora pontificatu et loco, quibus ſupra, preſentibus honorabili viro, domino Bertramo de Stegeliz, priore eccleſie Brandeburgenſis religioſo fratre Hermanno ordinis Auguſtini et Johanne Santerſſleven fam lo, aliiſque pluribus fide dignis teſtibus ad premiſſa vocatis ſpecialiter et rogatis.

Ac ego Conradus, dictus Palmedach, clericus Brandeburgenſis, publicus auctoritate

imperiali notarius, omnibus et ſingulis premiſſis, dum ſic anno, indictione, die, menſe, hora, pontificatu et loco predictis agerentur et fierent, una cum prenominatis teſtibus preſens fui eaque ſic fieri vidi et audivi. Ideo hoc preſens publicum inſtrumentum, quod propria manu ſcripſi, inde confeci ſignoque meo ſolito et nomine conſueto in hanc publicam formam redigendo ſignavi in omnium et ſingulorum teſtimonium premiſſorum.

Nach dem Originale.

CCCIV. Der Cardinal Johann beauftragt den Biſchof von Brandenburg zwei wegen Theilnahme an der Tödtung eines Prieſters excommunicirte Laien in den Schooß der Kirche wieder aufzunehmen, am 7. Febr. 1375.

Venerabili in Chriſto patri, dei gratia epiſcopo Brandeburgenſi vel ejus vicario in ſpiritualibus Johannes, miſeratione divina tituli ſanctorum Nerei et Achillei preſbiter cardinalis, ſalutem et ſinceram in domino caritatem. Ex parte Michaelis Sluter et Vytenſche Voghet, laicorum et aliorum duorum eorum complicum laicorum in dicta veſtra dioceſi commorantium, nobis oblata petitio continebet, quod olim ipſi inſimul preſentes fuerunt, ubi quondam Johannes Remel preſbiter interfectus fuit et quidam clerici non ſine manuum iniectione etiam uſque et citra ſanguinis effuſionem temere violenta vulnerati, capti et aliquamdiu detenti fuerint, ad hoc dando auxilium, conſilium et favorem, de quibus vulneribus et iniectionibus iidem clerici plene convaluerunt nec propterea facti ſunt inhabiles ad divina et priſtine libertati ſunt reſtituti; propter quod dicti laici excommunicationis incurrerunt ſententiam in tales generaliter promulgatam. Verum cum propter guerrarum et viarum pericula ſedem apoſtolicam, ut aſſint perſonaliter, viſitare non poſſint, debite ſuper hiis abſolutionis beneficium petituri, fecerunt humiliter ſupplicari, eis ſuper hoc per eandem ſedem miſericorditer provideri. Nos igitur auctoritate domini pape, cuius penitenciarie curam gerimus, circumſpectioni veſtre committimus, quod, ſi eſt ita, poſtquam dicti laici per omnes majores eccleſias illius loci, ubi tantum facinus interfectionis preſbiteri fuit perpetratum, nudi et diſcalceati, brachis duntaxat retentis, virgam ferentes in manibus et corrigiarium circa collum, ſi ſecure poterint, inceſſerint et ante fores ipſarum eccleſiarum a preſbiteris earundem, pſalmum penitentialem dicentibus, ſe fecerint vulnerari, quando major in eis aderit populi multitudo, ſuum publice interfecti preſbiteri confitendo reatum, et eccleſie, ſi cui dictus occiſus preſbiter ſeruiebat ac aliis paſſis injuriam, ſi non ſatiſſecerunt, ſatiſſecerint competenter, feudis et juribus patronatus, ſi qua in eccleſia, ſi cui occiſus preſbiter ſeruiebat, obtinebant ipſis et eorum heredibus perpetuo privatis, Et ne minus vindicte quoque exceſſus memoria prorogetur, eorum liberis ad eccleſiaſticum beneficium obtinendum inhabilibus reputatis, niſi fuerit cum eis ſuper hoc miſericorditer compenſatum, ipſos laicos a dicta ſentencia et hujuſmodi homicidii reatu abſolutos in forma eccleſie conſueta et injungatur inde *) . . . . cuilibet auctoritate predicta pro modo culpe penitentia, que eis ſit ad ſalutem et aliis ad terrorem et alia injungenda de *) . . . . proviſo, quod ceſſantibus impedimentis predictis ſedem perſonaliter viſitent antedictam. Alioquin in eandem ſententiam ipſo jure noverint ſe relapſos. Datum Avinione, VII. Id. Februarii pontificatus Gregorii pape XI. anno quinto.

Nach dem Originale.

---

*) Hier iſt ein unleſerlicher Fleck in der Urkunde.

CCCV. Notiz über die Verfertigung eines (Reliquien-) Kaſtens im Dome zu Brandenburg, vom 12. April 1375.

Anno domini milleſimo trecenteſimo ſeptuageſimo quinto, XII°. die menſis Aprilis hora meridiei, completa eſt hec archa per manus magiſtri Nicolai Tabernaculi ſub regimine honorabilium virorum et patrum, videlicet domini Theoderici de Sculenborch, epiſcopi Brandeburgenſis et Ottonis, prepoſiti, Nogil dicti, et Bertrami prioris, et Thiderici ſacriſta de Oſterode ſubminiſtrante, in honore domini noſtri Jheſu Chriſti et beate Marie virginis glorioſe et beatorum apoſtolorum Petri et Pauli, Andree et beati Auguſtini, regnante domino noſtro Jheſu Chriſto, cui eſt honor et gloria in ſecula ſeculorum. Amen.

Nach dem Originale.

CCCVI. Die von Königsmark quittiren über den Empfang einer Summe Geldes, am 21. April 1375.

Ick Roder von Konigſmarcke, Henning, Oltze, Albern, Coppeke und Redeke von Konigſmarcke, bekennen in deſſen open Brive, dat wy den erwirdigen Vader, Hern Diderick, Biſchof tu Brandenburg und ſinen Nakomelingen unde die Hern gemeinlick unde ſunderlick unde ock dat ganze Capittel tu Brandenburg des Geldes unde Gelovedes, dat Her Ludewich, in Vortiden Biſchof tu Brandenburg uns vorbrivet heft, unde die Herren tu Brandenburg gelovet hebben und ore Borgen ſegge wy von unſer unde von unſer Erven wegen unde von alle der wegen, den die Brive, Gelt und Gelovede unde Borgetucht anlangen mochte, ledig unde loſs by deſſen open Brive. Ock hebbe wy die vorſpraken Brive verlaren; tu irſt die wedder funden werden, ſchole wy ſie weder antwerden unſerme Herren, dem Biſchofe unde dem Capittel tu Brandenburg. Ouck ſcholen dieſelven Brive uns und anders niemande hulpeleke weſen. Tu ener apenbaren Bekantniſs deſer gentzliken Loſlatinge hebbe wy unſerme Hern dem Biſchof tu Brandenburg unde dem Capittel tu Brandenburg deſſen Brif gegeven, beſegellt in der Nienſtadt met unſern Ingeſegelln na Gades Geburt MCCCLXXV. an deme hiligen Paſche Avende.

Nach einer Copie im ältern Copiario.

CCCVII. Die von Walwitz verſöhnen ſich mit dem Domcapitel, am 29. Juli 1375.

Wie her claws Ridder Cune vnde heine brudere geheiten walwitz bekenne — dat wy vns gutleke vnd liſleke berichtet hebben mit den Erbarn hern otten Noel proeſte hern Bertrame von Stegelitz prior vnde deme gantzen Capitel des gadeſhuſes tu Brandenburg alſo, dat wy ehre vnd ehres gadeshuſs tu Brandenburg vient numer ſcholen werden oder willen vmme die ſake, noch beſchedigen. Det loue wie etc. — Gegeuen to Lyndow, nach godes bortt MCCCLXXV. an dem neheſten Sundage na ſunte Jacobs dage des hiligen apoſtelen.

Altes Brand. Copialbuch.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CCCVIII. Der Bischof Dietrich bestätigt die Vereinigung der Einkünfte eines Altars in der Katharinen-Kirche der Neustadt Brandenburg mit denen des Pfarrers, am 19. Nov. 1375.

Nos Thidericus, dei et apostolice sedis gratia episcopus Brandeburgensis, universis et singulis, ad quos presens scriptum pervenerit, cupimus fore notum, quod literas magnifici domini Ottonis marchionis Brandeburgensis sub majore sigillo suo vero, omni vitio et suspicione carentes, vidimus et legimus in hec verba: Nos Otto, dei gratia marchio Brandeburgensis etc. (S. No. CCXCIII.) Nos igitur his literis visis et intellectis, insuper deliberatione prehabita, usi consilio peritorum, omnia et singula premissa ac etiam literas per venerabilem in Christo patrem et dominum, dominum Thidericum bone memorie, predecessorem hoc casu concessas grata et rata habentes, illa et eas auctoritate nostra ordinaria laudamus, approbamus, autorizamus et in dei nomine confirmamus dictum altare, diu per plebanum dicte ecclesie gubernatum et rectum, cum suis redditibus ac jure patronatus ad evidentiam et cautelam firmiorem, tractatu solempni prehabito, de pleno consensu et libera voluntate honorabilium dominorum Hentzonis prepositi, Bertrami prioris, et capituli nostre ecclesie Brandeburgensis ac plebani supradicti eidem ecclesie, cujus fructus sunt exiles et modici, ut ejus plebanus se congrue sustentare et divina officia plenius regere valeat ac aliis causis necessariis et utilibus exigentibus, per nos approbatis, nostra auctoritate ordinaria et certa scientia dispensando unimus et unitum fore deinceps decernimus et mandamus, ita quod hujusmodi ecclesie et altaris unus et idem plebanus et rector, et quod plebanus ejusdem ecclesie, qui pro tempore est vel erit, redditibus prefati altaris, quia ejus, ut premittitur, est et erit rector, debeat et possit uti salvis divinis officiis dicto altari annexis, per predictum plebanum vel ejus capellanum sine aliqua frandatione et subtractione faciendis et agendis. In evidens omnium et singulorum premissorum testimonium majus nostrum sigillum ac dictorum prepositi, prioris et capituli et plebani sigilla presentibus sunt appensa. Actum et datum Seyezer, anno MCCCLXX°. quinto, in die beate Elizabeth, presentibus honorabilibus viris, dominis Nicolao Plönis, nostro in spiritualibus vicario generali, Nicolao de Predenitz, plebano in Lubaz, aliisque quam pluribus fide dignis testibus ad premissa.

Nach dem Originale, das aber sehr defect ist, ergänzt aus dem Copiario.

CCCXI. Schiedsrichter entscheiden einen Streit zwischen dem Herzog von Sachsen und dem Bischof von Brandenburg, am 14. Febr. 1377.

In Gottes Name. Amen. Wir Bernhard von der Schulemburg, Kelner zu Halberstad, Hentze Probist zu Brandeburg, Apetz Probist tzum Berlin, Rudolf von Oppin, Ritter, Jordan von Neyndorph und Henningh Sedorph gekorn Scheidelute von den hochgeborn Fürsten und Herren Hern Wentzslaw und Hern Albrechte, Hertzogen zu Sachsen und tzu Lüneburg an eyn Site und von dem erwertigen in Gote Vatere und Herren, Hern Tideriche, Bisschoffe tzu Brandemburg, an die andern Siten umb die Sachen und Stücken von des Kornes, Pferde, Vye und ander Dinghe wegen, die von dem Wedemen tzu Wittemberg und tzu Rostok genomen waren. Und wen die egenanten Fürsten und Herren beider Siet mit gudem Willen tzu vuller Macht tzu uns der selben Sachen geghanghen sien, also gescheiden haben und scheiden mit Kraffte dis-

ſes Briefes; daz die Egenanten, unſer Herren die Hertzogen, tzehn Wynſcheffel Rogghen, die ire Dynere von der Wedeme tzu Wittemberg genomen haben, widder in dieſelbe Wedeme tzu Wittemberg bringen ſullen tzwiſchen hir und dem neheſten Oſtern, und ob da mer von genomen were, daz ſal redelos bleiben und ir kein an dem andern vordern. Aber daz Gelt, daz die Egenannten unſere Hern an beider Siet ynne haben, daz ſullen ſie ir iſlich waz her des hat, ynne behalden, und damit tun, waz ir iſlich ſin Samitlicheit livet, und waz Hermann Gerſtitz und ander ſine Helfer von der Wedemen und uz der Kirche tzu Roſtok genomen haben, was ſie des noch haben oder gehaben mögen, daz ſullen ſie tzumale widder gheben bie iren Eiden tzwiſchen hir und dem neheſten Oſtern. Ouch ſal Conradus Palmedag dem der egenante unſer Herre, der Biſchoff, die Kirche tzu Roſtok gelegen hatte, von Stad an ufflazſen, und wem ſie denne unſer egenante Herren, die Herzogen, lihen, deme ſal der egenante unſer Herre, der Biſchoff, die Byforge der ſelben Pharre lihen, alſe ſchir alz her mit unſer Herren der Hertzogen Briſen dartzu geheiſchet wert. Ouch ſal der Executor alle die, die her von der vorſchreben Sachen weghen in dem Ban getan hat, ſie ſin lebende ader tod, uz dem Banne lazſen und ſal alle Sacrament widder irlouben. Und hirmit ſullen ouch alle Tzorne und Verdechtniſſe hingelecht ſien. Ouch heizze wir egenante Scheidelute, daz unſer egenannte Herren, die Hertzogen noch ire Erben noch ire Vöyte non ymant von irre wegen hynnen vorbaz me von enneghen Kyrchen noch von Wedemen nicht nemen ſullen, alz dicke alz enneghe Kyrchen ledig werden in dem Stichte zu Brandeburg. Tzu Tughe und tzu Orkunde etc. Hir iſt gegenwortig geweſt der eddel Herre Her Ghebert von Schrapelow, Her Otte von Dieben, und Her Henning von Seiefer, Rittere, Her Jordan von Neyndorph, Domherre zu Meydeburg, Ghereke Kote und Tiderich Vogelſak unde vil mehr guter Lute genug. Geben tzu Rabenſtein, nach Chriſti Geburt drittzenhundert Jar, darnach in dem ſeben und ſebentzigſten Jare, neheſten Sunnabende vor dem irſten Sontage in der Vaſtene, als man in Gotis Kirche ſinghet: Invocavit me.

Nach dem Originale.

CCCX. Notariatsinſtrument über die Schlichtung eines Streites zwiſchen dem Herzog Wenzel von Sachſen und dem Biſchofe und dem Dompropſte von Brandenburg durch Schiedsrichter, vom 14. Febr. 1377.

In nomine domini. Amen. Anno nativitatis ejuſdem milleſimo tricenteſimo ſeptuageſimo ſeptimo, indictione quinta decima, quarta decima die menſis Februarii, pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto patris et domini noſtri, domini Gregorii, divina providentia pape undecimi, anno ſeptimo, in opido Ravenſteyn, Brandeburg. dioceſis, in majori platea, quaſi circa cimiterium, in reverendi in Chriſto patris ac domini, domini Thiderici epiſcopi Brandeburgenſis ac mei, notarii publici ſubſcripti et teſtium infra ſcriptorum preſentia perſonaliter conſtituti magnificus princeps et dominus, dominus Wentzeſlaus, Saxonie et Lunenborch dux, ex una et honorabilis dominus Hentzo, prepoſitus eccleſie Brandeburgenſis, parte ex altera hinc inde compromittentes in nobilem virum, dominum Gerardum de Schrapelo et Rudolphum de Opin, militem, ſuper quadam controverſia inter eoſdem ſuper quodam jure, percipiendi quaſdam res plebanorum in prepoſitura ſeu archidiaconatu Brandeburgenſi decedentium, quod a quibuſdam ſynodalia et a quibuſdam cathedraticum nuncupatur, dicto domino prepoſito afferente, quod, quia ipſe cujuſlibet plebani, in ſua prepoſitura ſeu archidiaconatu

decedentis veſtes meliores cum ſuperpellicio, equum optimum cum ſuis pertinentiis, librum viaticum, Codicem, unum par lintheaminum, cultellum, meliora ſeu eorum valorem tulit hactenus et percepit pacifice juxta Magdeburgenſis et Brandeburgenſis eccleſiarum et dioceſis morem et antiquam ac legitime preſcriptam conſuetudinem et longevam obſervantiam, quibus et quia alii dictarum eccleſiarum et dioceſis prepoſiti in ſuis prepoſituris ſeu archidiaconatibus hactenus talia tulerunt et perceperunt, et ipſe prepoſitus Brandeburgenſis deinceps talia vel eorum valorem tollere et percipere deberet et poſſet, prefato domino duce dicente, hoc de cetero fieri non debere, ſuper qua controverſia in predictos Gerardum et Rudolphum compromiſerunt ac eos hinc inde ſponte in arbitratores elegerunt, qui, inquam, arbitratores, hujuſmodi mandato recepto, in dictorum dominorum, Thiderici epiſcopi, Wentzeſlai ducis et Hentzonis prepoſiti et aliorum plurimorum preſentia perſonali in hunc modum pronunciaverunt, dicentes, quod dominus prepoſitus Brandeburgenſis cujuſlibet plebani, in ſua prepoſitura ſeu archidiaconatu decedentis, veſtes meliores cum ſuperpellicio, equum optimum cum ſuis pertinentiis, librum viaticum, Codicem, unum par lintheaminum, cultellum, meliora ſeu eorum valorem de cetero tollere et percipere deberet et poſſet ac in jure predicto et juxta morem, conſuetudinem et obſervantiam ſupraſcriptam, quia ſic hactenus fuit et eſt obſervatum, ulterius in antea permanere deberet. Quam quidem pronunciationem dicti dominus dux et prepoſitus ſtatim ratam habuerunt ſponte et emologarunt. Acta et facta ſunt hec anno, indictione, menſe, die, hora, pontificatu et loco, quibus ſupra, preſentibus honorabilibus viris dominis Bernardo dicto de Schulenborch, celerario eccleſie Halberſtadenſis, Apetzkone de Tymenge, prepoſito in Berlin, Johanne plebano in Beltitz, Gevardo Mukum, altariſta in dicta Beltitz, preſbyteris, nec non Gerhardo dicto Koto, Henningho dicto Grote, Johanne dicto Zanterſleve, laicis Brandeburg. dioceſis et aliis pluribus fide dignis, teſtibus ad premiſſa vocatis ſpecialiter et rogatis.

Et ego Johannes, dictus Grunevelt, clericus Brandeb., publicus imperiali auctoritate notarius, dictis compromiſſioni, arbitrorum electioni, pronunctiationi, pronunctiationis ratihabitioni et emologationi ac omnibus et ſingulis premiſſis, dum ſic agerentur et fierent, una cum prenominatis teſtibus preſens interfui eaque ſic fieri vidi et audivi, inde preſens inſtrumentum publicum propria manu ſcribendo confeci et in hanc publicam formam redegi ſignoque meo et nomine ſolitis et conſuetis ſignavi requiſitus in teſtimonium omnium et ſingulorum premiſſorum.

Nach dem Originale.

CCCXI. Der König Wenzel beſtätigt dem Biſchofe und Domſtift ſeine Privilegien, am 15. Febr. 1377.

Wir Wentzlaw von Gots Gnaden, Romiſcher Kunig etc. bekennen etc., das wir mit wolbedachtem Mute und mit gutem Rate unſer Getrewen dem erwerdigen Ditrich, Biſchoff zu Brandemburg, dem Probſte, dem Prior, dem Capitel und dem Stiffte doſelbſt in Brandemburg alle ire und des Stifftes zu Brandemburg Rechte, Freiheite, Gnade und guthe Gewonheit und ire Hantveſten, Privilegien und Brive, die ſie von Fürſten und Fürſtinn der Marke zu Brandemburg haben uber ſulche ire Rechte, Gnade, Vreiheite, Lehenne, Lehenſchefte, Manſchefte, Pfantſchefte, Eigen und Guter, beſtetigt, beſeſtet und confirmirt haben, beſteten, beveſten und confirmiren in dieſelben und auch die Brive, die ſie doruber haben, gleicher Weis, als ab ſie von Worte zu Worte hierinn begriffen

weren, mit Kraft disʃ Brieves, rechter Wiſſen und als ein Markgraf zu Brandemburg, alſo das ſie bey ſulchen iren Rechten, Vreyheiten, Gnaden, Pfantſcheften, Lehenſcheften, Manſcheften, Lehnen, Eygen, Gutern und Briven, die ſie doruber haben, beleiben ſullen, gemechleich von uns, unſern Nachkomen, Markgrafen zu Brandemburg, und allen unſern Amtluten und Getrewen ewiclich ungehindert. Mit Urkunde disʃ Brieves etc. Geben zu Prage, nach Criſts Geburd dreytzehen hundert Jare und in dem ſieben und ſiebentzigſten Jare, am Suntac Invocavit, unſer Reiche, des Behemiſchen in dem vierzehenden, und des Romiſchen in dem erſten Jare.

Nach dem Originale.

CCCXII. Notarielles Inſtrument über ein Schreiben des Herzogs Wenzel von Sachſen an den Dompropſt, wegen Erlaſſes der geforderten Synodalien im Dorfe Roſtock, vom 7. März 1377.

In nomine domini. Amen. Anno nativitatis ejuſdem milleſimo trecenteſimo ſeptuageſimo ſeptimo etc. in caſtro Brandeburg. in cenaculo eſtivali honorabilis domini Hentzonis prepoſiti eccleſie Brandeburgenſis in mei notarii publici ſubſcripti et teſtium infra ſcriptorum preſentia perſonaliter conſtitutus idem dominus Hentzo prepoſitus quandam literam magnifici principis, domini Wenzeſlai, ducis Saxonie et Luneburg., ſigillo ejuſdem domini ducis ſigillatam produxit, requirens me notarium, ut eandem literam de verbo ad verbum fideliter auſcultarem et tranſſumerem ac in publicam formam redigerem. Tenor vero ejuſdem litere etc. fuit et eſt talis: Wentzlaus von Gotes Gnaden tzu Sachſen und tzu Luneburg Hertzog, honorabili viro prepoſito eccleſie Brandeburgenſis, amico noſtro ſpeciali etc. unſer Freuntſchafft tzuvor. Erſamer, lieber, beſundern Frunt, wir bitten euch mit gantzer Begherunghe fleiſſiclich daz in deſſem genwertigen unſem Pharrer tzu Roſtok, von dem ir euwer Rechticheit als Synodalia furdert und heyſſchet, daz ir ym der tzu deſſer Tzeit umb unſen Willen verhebit und uns deſſer Bete tzwidet. Des wöllen wir ſunderlich gen euch und euwer Gotiſhaus vorſchulden, wenn ſich daz gebört. Geben tzu Beltz am Sunnabende vor Letare. Acta et facta ſunt hec anno etc. quibus ſupra, preſentibus diſcretis viris Henningho Louborch et Johanne Velkener laicis etc.

Ac ego Conradus, dictus Palmedach etc.

Nach dem Originale.

CCCXIII. Der Biſchof Dietrich verſpricht dem Domcapitel, für jede Viſitation des Stiftes mit vier Mark ſich begnügen zu wollen, am 8. März 1377.

Thidericus, dei et apoſtolice ſedis gratia epiſcopus Brandeburgenſis dilectis in Chriſto nobis prepoſito et capitulo eccleſie Brandenburgenſis ſalutem et ſinceram in domino caritatem. Quoniam intelleximus, quando de conventu veſtro fueramus, ſtatutum a predeceſſoribus noſtris epiſcopis, de conſilio et conſenſu predeceſſorum ueſtrorum et inter ipſos concordatum, quod ſingulis annis epiſcopus viſitans vos juxta ſacrorum canonum inſtituta contentari conſuevit et debuit quatuor marcis argenti

Brandeburgenſis pro procuratione ſibi ratione viſitationis debita, quando voluit et vellet eam in pecunia recipere numerata, nos etiam, inſuper habita deliberatione, veſtris inſtantiis annuentes et dictorum predeceſſorum veſtigiis inherentes concedimus veſtre caritati, quod cum officium viſitationis vobis impendimus, volumus dicta ſumma contentari, ſi receperimus procurationem predictam in pecunia, et promittimus vobis, imperpetuum ultra dictam ſummam minime recepturos. Teſtes hujus rei ſunt venerabiles viri et domini: Nicolaus Plönis, noſter in ſpiritualibus vicarius generalis, magiſter Nicolaus Bernardi, noſtre curie officalis, Apetzko, in Berlin, Wernerus, in Bernowe prepoſiti, Johannes de Schulenborch, in Brytzen, Nicolaus Scykow, in Vrankenvelde plebani, noſtre dyoceſis, et quam plures alii fide digni. Ad perpetuam memoriam et corroborationem noſtrum majus ſigillum duximus appendendum. Actum et datum Zeieſere, anno domini milleſimo CCC°. LXX°. ſeptimo, dominica, qua in dei eccleſia Letare Jheruſalem cantatur.

Nach dem Originale.

CCCXIV. Das Domcapitel beſtellt Procuratoren bei der päpſtlichen Curie für einen Prozeß wegen der Pfarre zu Markow, am 13. Mai 1377.

In nomine domini Amen. Anno a nativitate ejuſdem milleſimo trecenteſimo ſeptuageſimo ſeptimo, Indictione quinta decima, tredecima die Menſis mayi, hora tertiarum vel quaſi, Pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto patris ac domini noſtri domini Gregorii providentia pape undecimi Anno ſeptimo, In loco capitulari eccleſie Brandeburg. in mei notarii publici et teſtium infra ſcriptorum preſentia perſonaliter conſtituti venerabiles viri domini Hentzo prepoſitus, Bertramus Prior Totumque Capitulum eccleſie Brandeburgenſis ejuſdem ordinis Premonſtratenſis propter hoc congregati et Capitulum facientes pro ſe et quolibet eorum conſtituerunt et fecerunt honorabiles viros dominos et Magiſtros Theodericum de puteo, Johannem de Gudenſperge, Franciſcum Voltz, Henricum Wernerheri, In romana Curia procuratores abſentes tamquam preſentes in ſuos veros et legitimos procuratores in ſolidum, Ita quod non ſit melior conditio occupantis Sed quod unus eorum inceperit alter proſequi poterit et finire, Ad impetrandum in Romana curia quaſlibet litteras — in cauſa ſeu cauſis quam vel quas ipſis conſtituentibus coniunctim vel diviſim movet ſeu movere intendit Nicolaus Schartow Clericus ut dicitur Camynens. Dioceſ. de et ſuper eccleſia parrochiali in Markowe, predicte Brandeburgenſis Dioceſ. et ejus occaſione etc.

CCCXV. Biſchof Dietrich unirt die Pfarre zu Klein-Kreuz mit dem Bauamte des Domes, am 25. Mai 1377.

In nomine domini Amen. Thidericus, dei et Apoſtolice ſedis gratia epiſcopus Brandeburgenſis ad perpetuam rei memoriam. Cum fabrica ſeu ſtructura noſtre eccleſie Brandeburgenſis nimium eſt collapſa et ruinoſa indigens reparatione et reformatione atque ipſius redditus et proventus non ſufficiunt. Ad ejus igitur reparationem reformationem et pro tempore meliorem conſervatio-

nem, habita cum fratribus noſtris prepoſito et Canonicis eccleſie Brandeburgenſis diligenti deliberatione, Premiſſoque communi et ſollempni tractatu, eccleſiam parochialem in parva Crutzewitz noſtre Dioceſis ex juſto vero et legitimo titulo ante centum et quinquaginta annos et per tanta tempora, cuius contrarium in memoria hominum non exiſtit, Ad dictos prepoſitum Canonicos et capitulum rite et legitime pertinentem, ut evidenter comperimus, Eidem fabrice ſeu ſtructure, attenta ipſius pregrandi neceſſitate, de expreſſo conſenſu noſtri capituli unimus et annectimus. Volentes et concedentes, quod predicta eccleſia cum omnibus juribus et pertinentiis ſuis de cetero perpetuis temporibus ad dictam fabricam ſeu ſtructuram pleno jure tam in ſpiritualibus quam temporalibus debeat pertinere, per dicte fabrice ſeu ſtructure magiſtrum, ſeu eius vicarium de conſenſu et conſilio eiuſdem prepoſiti et Capituli regenda, diſponenda et gubernanda. Ad perpetuam huius rei memoriam, ac evidens teſtimonium, preſentes litteras noſtri ſigilli fecimus appenſione communiri. Et nos Hentzo prepoſitus et Capitulum Brandeburg. ad premiſſa matura deliberatione et tractatu communi et ſollempni prehabitis conſenſum noſtrum adhibuimus et preſentibus adhibemus. In cuius ſignum preſentes literas ſigillorum noſtrorum una cum prefati domini noſtri Epiſcopi ſigilli appenſione roborantes. Actum et datum in urbe Brandeburg loco Capitulari dicte noſtre eccleſie Brandeburg. anno domini milleſimo CCC°. LXXVII., die beati Urbani pape et Martiris.

CCCXVI. Der Prediger Arnold in Barnewitz bekundet, daß er auf ſeine Stelle reſignirt habe, am 6. Juni 1377.

In nomine domini. Amen. Anno nativitatis ejuſdem M. CCC. LXX. ſeptimo, die ſexta menſis Junii, hora veſperarum vel quaſi, indictione quinta decima, pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto patris et domini, domini Gregorii, divina providentia pape undecimi anno ſeptimo in urbe Brandeburg in cenaculo eſtivali domini prepoſiti Brandeburgenſis coram honorabili viro domino Hentzone prepoſito Brandeburg., ad quem autorizabilis inſtitutio ſive collatio eccleſie parrochialis in villa Bornewitz Brandeburg. dyoc. pleno jure ſpectare dinoſcitur, et in mei notarii publici ſubſcripti et teſtium ſubſcriptorum preſentia perſonaliter conſtitutus dominus Arnoldus, dictus de Bornewitz, preſbiter Brandeburg. dyoc., deliberatione prehabita, ſponte confeſſus eſt et viva voce retulit, quod olim dictam eccleſiam in Bornewitz tunc ſuam cum juribus ſuis et pertinentiis univerſis in manibus domini Ottonis, tunc prepoſiti Brandeburg., ad quem dicte eccleſie autorizabilis inſtitutio tunc ſpectabat, ſpontanea voluntate pure, libere et ſimpliciter reſignavit et a cura et miniſtratione et regimine ipſius eccleſie ſponte ceſſit, nichil in ipſa ac in premiſſis et ſingulis eorundem penitus reſervando. Quam reſignationem et ceſſionem ſic factam idem dominus Otto prepoſitus legitime tunc recepit et admiſit. Acta ſunt hec anno, die, menſe, hora, etc. quibus ſupra, preſentibus honorabilibus viris: domino Nicolao Dochow, canonico eccleſie Brandeburg., Hinrico Dammeker, proconſule in veteri civitate Brandeburg. aliiſque fide dignis teſtibus ad premiſſa vocatis ſpecialiter et rogatis.

Ac ego Jacobus B....bart, clericus Brandeburgenſis dyoc. publicus auctoritate imperiali notarius etc.

Nach dem Originale.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CCCXVII. Das Domcapitel verkauft einem Domherrn eine jährliche Geldrente, am 11. Nov. 1377.

Hentzo prepoſitus, Bertramus prior, totumque capitulum eccleſie Brandeburgenſis, preſentium tenore recognoſcimus, quod bene deliberati et unanimi conſenſu vendidimus et vendimus in hiis ſcriptis diſcreto domino Nicolao Plonitz, canonico noſtro, tres marcas argenti Brand. et ponderis ad vitam ſuam, quas ſingulis annis in feſto beati Martini, epiſcopi et confeſſoris, ſibi vel certo ſuo nuncio exſolvere debeamus ſine omni contradictione, pro XXIIII marcis dicti argenti et ponderis per ipſum nobis ſolutis et in reemptionem ville noſtre Bukow utiliter per nos converſis. In cujus rei teſtimonium etc. Datum Brandenborch anno domini M. CCC. LXX ſeptimo, in die beati Martini, epiſcopi et confeſſoris.

Nach dem Originale.

CCCXVIII. Der Geiſtliche Heinrich Jesken erklärt eine Urfede wegen ſeiner in Brandenburg erlittenen Gefangenſchaft, am 15. Jan. 1378.

In nomine domini. Amen. Anno nativitatis ejusdem M. CCC. LXXVIII. indictione prima, die Veneris, XV menſis Januarii, hora ſexta vel quaſi, pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto patris et domini noſtri, domini Gregorii, divina providentia pape undecimi anno octavo, in preſentia reverendi in Chriſto patris, domini Nicolai Conſtantianenſis epiſcopi, reverendiſſimi in Chriſto patris et domini, domini Petri, ſancte Magd. eccleſie archiepiſcopi, in pontificalibus vicarii, nec non honorabilis et circumſpecti viri, domini magiſtri Bartoldi Cramer de Helmſtede, rectoris parrochialis eccleſie in magna Rodenſleve, Magd. dioceſis, meique notarii ſubſcripti et teſtium infra ſcriptorum perſonaliter conſtitutus diſcretus vir Hinricus Jeſke, clericus Brand. dioceſis, quandam ſcripturam in pergameno propria manu ſuo conſcriptam in medium produxit eamque legit et in ea effectualiter rogavit, remiſit, renunciavit, voluit et permiſit per omnia in hec verba: Ego Henricus Jeſſeke, clericus Brand. dioceſis, ſponte et libera voluntate publice recognoſco, quod injuriis ſeu violentiis, quas mihi Petrus Globbik, Nicolaus Sukelandt et Tyle Strodene, converſi eccleſie Brand. et eorum in parte complices per captivationem, detentionem vel incluſionem et alias mihi inferre voluerunt et intulerunt totaliter propter amicabilem compoſitionem mihi factam, eis remitto et propter deum nunquam ulterius perſecuturus eosdem et renuncio omni actioni et juri contra eoſdem premiſſorum occaſione mihi competenti et competere poſſet in futurum, nec non liti et controverſie, quas premiſſorum occaſione contra predictos et prepoſitum ceteroſque canonicos et converſos eccleſie predicte intentavi et intentare poſſem conjunctim vel diviſim, et nunquam eaſdem aliquo modo via juris aut alias per me vel aliam ſubmiſſam perſonam perſecuturus, et ſi coram aliquo judice in Romana curia aut extra prefatos citari procuravi aut citationem vel proceſſus obtinui, eos ab illis liberabo et indemnes ſervare volo et permitto. — Omnibus ſic peractis ſupradicti domini: Nicolaus Conſtant. epiſcopus et magiſter Bartoldus Cramer de Helmſtede, rector parrochialis eccleſie in magna Rodensleve nomine et ex parte Petri Globik, Nicolai Sukelant et Tylen Strodene, converſorum, in dicta ſcriptura expreſſorum, et ſuorum

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

in hac parte complicum quorumcunque nec non et prepoſiti et ſingulorum canonicorum eccleſie Brand. predictorum et pro ipſis et eorum quolibet dicto Hinrico manualiter, realiter et cum effectu in ſolidum promiſerunt bona fide, quod domini converſi et eorum in hac parte complices per ſe vel alium vel alios dictum Hinricum et ſuos amicos in nullo de cetero debent moleſtare, impedire ſeu perturbare, et quod ipſe Hinricus predictus et ſui amici pre illis converſis et ſuis in hac parte complicibus et aliis ſupradictis debet et debent ubique locorum ſtare et eſſe ſecurus et ſecuri. Acta ſunt hec Magdeburg, in cymiterio ſancti Sebaſtiani, apud capellam ſancte Barbare virginis, anno, indictione, die, menſe, hora, pontificatu, quibus ſupra, preſentibus honorabilibus et diſcretis viris, dominis: Johanne Dorn, decano ſancti Sebaſtiani, Hinrico Bavari de Berlin, vicario ſancti Nicolai novi fori Magd. eccleſie, Paulo Morquitz de Barbi, clerico Magd. dioceſis, ac Henningo Mauritii cive ceteris civitatis Magd. teſtibus ad id vocatis et rogatis.

Et ego Johannis Braxator, Magd. dioceſis, publicus etc.

Et ego Johannes dictus Grunenvelt, clericus Brand. publicus etc.

Et ego Nicolaus Nicolaus, dictus Seveld, clericus Miſnenſis dioceſis, publicus etc.

Nach einer Copie im ältern Copiario.

CCCXIX. Eckard von Bardeleben verkauft die Wublitz mit acht Wenden, am 22. Jan. 1378.

Ick Egard von Bardeleue bekenne — dat ick — vorkoft hebbe — Merten, Mathiſe Clawes Ronnebom vnd Tyle parne dat water, dat dar het die Wubelitz — alſe my min vader dat geeruet heft — vnde dat vorbenumede Water uptulaten vor den Schulten tu Schorin mett acht wenden, Der wende ſintt viere beſeten tu Schorin vnde die ander viere ſindt beſeten tu Vfcz vnde twy ſchock vnde twey ſchock hunre, ſunderliken vt tu beſcheiden ein ſchock hunner ſchal ick Egard beholden vp die vorgenante Wende. Vortmehr wehrett dat ick Egard vorvnrechtede die Wende tu Vfcz ſo dat ſie dar nicht ſitten wolden vnd togen to Schorin wonen, ſo ſcholen ſy my Egarde ouſten vmme myne mandele vnde dorſchen my vmme mynen ſchepele. — Gegeuen na godes bortt MÇCCLXXVIII. zu alden Brandenburg, an ſunte Vincencius dage.

CCCXX. Der Official der Brandenburger Propſtei citirt einen Bauer, der eine Wahrſagerin zu Rathe gezogen, am 6. März 1378.

Officialis prepoſiture Brandeb. diſcretis viris, dominis in Wuſtermarke et Duratz plebanis, aut eorum vices gerentibus nec non univerſis et ſingulis eccleſiarum et divinorum rectoribus dicte prepoſiture Brandeb., ad quos preſentes pervenerint, caritatem in domino. Quia in ſacris canonibus cavetur, quod non ideo, quia imago Samuelis mortui vera prenunciavit Sauli, propter talia

facrilegia, quibus illa ymago prefentata eſt, minus execranda ſunt, aut quia in actibus apoſtolorum femina ventriloqua verum teſtimonium perhibuit apoſtolis domini, ideo Paulus apoſtolus pepercit ſpiritui illi, non potius hujusmodi facrilegia ferri ſeu ſuſtineri; nam feminam illius demonis correctione mundavit. Omnes igitur artes hujusmodi vel nugatorie ſeu falſe vel noxie ſuperſtitionis ex quadam peſtifera ſocietate hominum et demonum quaſi pacta infidelis et doloſe amicitie conſtituta, penitus ſunt repudiande et fugiende a Chriſtiano. Etiam et mortuus eſt Saul propter iniquitates ſuas et additur quaſi in cumulum peccati ſed phitoniſſam conſuluit, propter quod interfecit eum dominus. Hujus peccati multitutinem multi non attendunt; etiam qui divinationem expetunt, morem gentilium ſubſequuntur, aut etiam qui cauſa expiandi ſeu purgandi de aliquo malo, ſive clericus ſive laycus, hujusmodi homines ventriloquas ſeu phitoniſſas conſulunt, canonice puniantur. Et quia Hans Nybede, villanus, morans in villa Woſtermarcke in dicta prepoſitura Brandeb. pro eo et ex eo, quod quandam ventriloquam ſeu phitoniſſam, dictum Hentze Groperſche, morantem in villa Veltem predicte prepoſiture Brandeb. cauſa experiendi ſeu inveſtigandi de quodam furto contra predicta ſacrorum canonum inſtituta ac leges morales in ſue anime periculum conſuluit, peremptorie citatus certo termino et loco ad recipiendum et et peragendum pro hujusmodi ſacrilegio ſeu forefacto penitentiam condignam atque ſalutarem, licet comparuit, hujusmodi penitentiam recipere et peragere non ſolum frivole recuſavit verum etiam contumaciter receſſit et hucuſque in ſua contumatia perduravit et perdurat in contemptum clavium eccleſiaſtice diſcipline et diſtulit et differt recipere et peragere penitentiam, ut premittitur, et in non modicum ſue anime periculum et ſcandalum plurimorum. Quare vobis et cuilibet veſtrum, qui tenore preſentium requiſiti fueritis, diſtricte ſub pena excommunicationis precipiendo mandamus, quatenus vos vel alter veſtrum conjunctim vel diviſim accedatis, ubi propter hoc eſt accedendum, et peremptorie citetis dictum Johannem Nybede, quatenus feria ſexta ante inſtantem dominicam Reminiſcere coram nobis in urbe Brandeburg loco judicii conſueto legitime compareat, ſuam contumaciam, ſi qua juris via poterit, canonice expurgaturus et penitentiam pro hujuſmodi commiſſo condignam et ſue anime ſalutarem peragendam adhuc recepturus. Alioquin contra ipſum procedemus, juſtitia mediante. In ſignum executionis, reddetis literam hanc veſtris debite appenſis ſigillis ſigillatam. Datum Brandeburg anno domini M°. CCC^mo. LXXVIII°. feria ſexta ante dominicam Invocavit; ad cauſas prepoſiti eccleſie Brandeb. ſub ſigillo.

Nach dem Originale.

CCCXXI. Die Grenzen des dem Domcapitel zu Brandenburg und der dem Kloſter Lehnin gehörigen Hälfte des Riezer Sees werden beſtimmt, am 21. März 1378.

Anno domini M. CCC. LXXVIII. dominica Oculi preſentibus honorabilibus viris dominis Henzone prepoſito, et Czabello cellerario eccleſie Brand. Hans Lyſen, prefectus in Ritz, pronunciavit et monſtravit limitationes medii ſtagni Ritz, ſpectantis ad eccleſiam Brand. et alterius medietatis ejusdem ſtagni, ſpectantis ad monaſterium Lenin, ita quod ab una parte, qua ducitur per aquas verſus Lenyn, eſt limitatio palus, que dicitur Cranewerder, et ab alia parte, qua itur per terras verſus Lenyn, est limitatio una lacus, que dicitur Schonehelinge, ſic quod una ala retis debet tranſire ab alia parte lacus Schonehelinge verſus Lenyn.

Nach einer Copie im ältern Copiario.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CCCXXII. Jordan von Neundorf, Henning Seedorf und Andere geloben den Herzogen Wenzel und Albrecht zu Sachsen, es zu bestellen, daß der Vogt, der von wegen des Stifts Brandenburg das Haus zu Wesemburg innehat, dieses den Herzogen zu ihrem Erbe und dem Stifte zu seinen Pfennigen getreulich halten soll, am 25. April 1378.

Wir Johann von Neydorph, Henning Seedorph, Cracht von Lückenberg vnd Tytterich Vogelfak, Bekennen offentlich In diffem briene, vor alle die on fien odder Horen lefen, daz wir mit wolbedachtem mute vnd von rechter wiffen, den Hochgeborn furften vnd Herren, Hern wentzflawen vnd Hern Albrechte, Hertzogen czu Sachfen vnd czu Lunemburg, Iren rechten erben, vnd czu irer vnd irer Erben getreuwen Handen, dem Edelen Hern Gebeharden von Szcraplow, Hern Cunen von Cocfteden, Hern Hanffe Lofir, Hern Gunthere von der Drofule, Her Heynriche von Seben, vnd Rycharde von Gluech gelobit haben vnd geloben mit Crafft diffes briues in guten treuwen an allis geuerde, daz wir beftellen fullen vnd wollen mit dem vögte, der daz Hues czu Wefemburg von wegen des erwertigen in gote vaters vnd Herren Hern Tytteriches, Byfchoffes czu Brandenburg, Seines Cappittels vnd des Gottifhaufes czu Brandenburg ynne hat, odir in kuemftigen czeiten von irentwegen ynne haben wirdet, daz derfelbe voyt den Egenanten vnfzern Herren den Herczogen czu Sachfen vnd iren Erben, daz obgenant Hues Wefemburg czu yrem Erbe vnd dem Egenant vnfzerm Herren, dem Bifchoffe czu Brandemburg vnd feine Cappittele, czu iren pfenningen getreuwelich halden fal nach lute der briene, die fie beidentfeiten darubir geben haben. Wurde auch fache daz der Egenant Her Tytterich, der Bifchoff czu Brandemburg, von toydes wegen vorgynge, des god nicht enwolle; So globen wir Egenant Jordan von neyndorph, Hennyng Sedorph, Cracht von Lukemberge vnnd Tytterich Vogelfak, den obgenanten vnfzern lieben Herren, den Herczogen czu Sachfen vnd iren rechten Erben vnd czu iren getreuwen Handen, den Egenanten iren Mannen, daz der voyt, der denne daz Hues czu Wefemburg von irentwegen ynne hette, adir wer denne von irentwegen dar czu voyte gefatzt wurde, vnfzern Herren den Herczogen czu Sachfen czu irem Erbe, vnd dem Egenanten vnfzerm Herren dem Bifchoffe czu Brandemburg vnd feinen nachkomen Bifchoffen czu Brandenburg vnd irem Capittel czu iren pfennyngen hulten fulle, als in den briuen die an beident feiten geben fint, Lutterlich ift begriffen, Alfo daz derfelbe voyt, der denne daz Hues czu Wefemburg von irentwegen ynne hette, adir wer denne dar von irentwegen czu voygte gefaczt wurde, den obgenant vnfzern Herren von Sachfen daz Hues czu Wefemburg nicht empherne. Were auch daz die Egenant vnfir Herren die Herczogen czu Sachfen odir ire Erben, daz Hues czu Wefemburg nach der briue vfweifunge, die an beidentfeiten daruber geben fint, wedirlofen wolden; So globen wir Egenant vire, den obgenant vnfzern lieben Herren vnd Iren Erben welche czeit fie daz gheld, do daz Hues wefemburg vor gefaczt ift, beczalten vf Sogetane czeit, alfe die briue, die darnf an beidentfeiten geben fint vfwifen, daz vnfir Herre der Bifchoff czu Brandemburg adir wer daz Hues czu Wefemburg von irentwegen ynne hatte, daffelbe Hues vnd alle fulliche gulde, die fie yn darczu bewifit vnd gefaczt haben, ledichchen wedir entwerten fullen, an allis vorczihen widderede vnd argelift. Wurdes auch fache, daz vnder vnfir viren einer abeginge, dar Ghod vore fie, eer der czeit fie daz Hues wefemburg widder gelofit hetten; So fal vnfir Herre der Bifchoff czu Brandemburg, der nue ift adir in kuemftigen czeiten wirdet, einen andern Burgen in des toten ftete ynnen vier wochen fetzen, der yn folliche gelobde vnd bewarunge tete mit briuen, als wir yn getan haben, vnd das fol diffem briene keynen fchaden brengen: vnd haben des czu vrkunde aller vnfir Ingefigele

wiſſentlich henghen laſſen an diſſen brief, Geben czu Wittemberg nach Ghodes gebord Driczenhundert Jar darnach In dem acht vnd Sybenczigſten Jare, am Suntage Quaſimodogeniti.

Nach dem Originale im K. Sächſiſchen Geh. Staats-Archive in Dresden.

CCCXXIII. Die von Plotho bekunden die Schlichtung ihres Streites mit dem Prediger Hermann zu Parey, am 21. Mai 1378.

Wir Gherard und Hildebrand, Bruder, geheyten von Plote, bekennen etc., dat dy erwerdige Vader in Godd Byſchopp Diderik, Hentzo Proiſt und Bertram Prior tu Brandeborch, hebben gentzlik und al berichtet alle Sake, Twidracht und Schelinge, beclaget und unbeclaget, weltliken und geyſtliken, dy wente tu her tuſchen den wyſen Manne Hern Hermanne, nu Perrer tu p. Slantyn und Her vor male Perrer tu Porey was, an eyne Syde und uns unſer Gebur und Underſaten an dy ander Syde geweſen ſyn und wy wyllen das nummer mer up ſaken noch vordern met engher Clage. Upp dat dy vorgenante Her Herman und wy Gherard und Hildebrand deſſe Berichtunge ſtede und gantz holden ſo hebben etc. Tu Seiefer na Goddis Bort duſent Jar dryhundert Jar in deme achte und ſeventichſten Jare des Vridages vor unſes Herren Gotdes Hemmelvard.

Nach dem Originale.

CCCXXIV. Johann Thomas Bürger zu Brandenburg präſentirt zur Pfarre in Schmerzke, am 29. Sept. 1378.

Reverendo in Chriſto patri ac domino, domino Henzoni, eccleſie Brandeburgenſis prepoſito, Johannes Thome, civis nove civitatis Brand. ſe promptum ad omnia ſervitia adimplenda. Veſtram condignam deprecor paternitatem humiliter et attente, quatenus dominum Nicolaum quondam plebanum in Suanebeke prope Beltiz ad eccleſiam Smertzike juxta formam permutationis intronizare et inveſtiri faciatis dei intuitu et veſtre proprie juſtitie ob reſpectum. Datum Brand. anno domini M. CCC. LXXVIII. in die Michaelis archangeli, meo ſub ſigillo, tergo tenus appenſo in teſtimonium omnium premiſſorum.

Nach einer Copie im ältern Copiario.

CCCXXV. Der Dompropſt Henzo überträgt die Einführung des Pfarrers zu Schmerzke einem benachbarten Pfarrer, am 1. Nov. 1378.

Henzo prepoſitus eccleſie Brandeburgenſis diſcreto viro domino Johanni plebano ſeu rectori eccleſie ville Prutzik caritatem in domino. Dominum Nicolaum, exhibitorem

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

presentium, quem de ecclesia in Smertzik ratione permutationis vacante instituimus curam animarum sibi committendo vobis transmittimus, mandantes, quatenus ipsum in possessionem vel quasi ejusdem ecclesie ducatis corporalem, facientes sibi ab inibi parrochialibus debitam reverentiam exhiberi et ab his, quorum interest, de fructibus et redditibus juxta morem longevum integre responderi, adhibitis solemnitatibus debitis et consuetis. Datum Brand. anno domini M. CCC. LXXVIII. die omnium sanctorum nostro sub sigillo.

CCCXXVI. Heine Bremer übergiebt vor dem Schulzen und den Schöppen des kleinen, Woltitz genannten Kietzes dem Domcapitel einen Theil der Havel, am 24. Dez. 1378.

Anno domini M. CCC°. LXXVIII. feria quinta ante festum nativitatis Christi coram scabinis et prefecto super vicum, qui dicitur Woltiz, spectantem ad ecclesiam Brandenb., jacentem ante urbem Brandenburg ad dextram manum, cum itur ab urbe Brandenburg ad novam civitatem Brandenburg, Heyne Bremer dimisit seu reliquit mediam partem Obule ab Obula, que dicitur Cotzinre Havele, usque ad Obulam descendendo, que dicitur Fürstede, quam medietatem vendidit ecclesie Brandenb. pro XX marcis, sibi jam solutis. Et Zabellus Polen, cellerarius ecclesie Brandenb. hanc medietatem notorie dicte ecclesie coram predictis Scabinis et prefecto super eodem vico tunc acceptavit.

Nach einer Copie im ältern Copiario.

CCCXXVII. Das Domcapitel vergleicht sich mit dem Magistrate in der Neustadt wegen mehrerer Punkte, am 5. Febr. 1380.

Wi Hentzo, von Gnaden Godes Provest, Bertram von Stegelitz Prior unde dat gantze Capittel des Godeshus to Brandenburg an eyne Side unde wi Ratmanne alt unde nie der Nienstat to Brandenburg, Kerstian Meynhard, Gereken Bekker Borgermeistere, Jacob Gyr, Gotzke Benstorp, Peter Vese, Hans Gotzkens, Laurentz Koning, Korte Lange, Godeken Bekker, Heyne Derwen, Hans Pletzow, Lemke Schroder, Claus Riktzen, Claus Golwitz, Hentze Korn, Claus Prutzk, Wilke Plote an der andern Siden, bekennen etc., dat wi eyndrechtleken mit guden Willen unde mit beraden Mude all unsir Schelinge und Gebrekes unde Twidrachtes, dy wi hebben gehat van alder Tid wende her to an dessen hudigen Dag, sin gebleven gentzleken und vulkomeleken bi Hanse Blankenvelden unde Clause Staken, Borgern der Nienstat to Brandenborg; dy hebben uns entscheyden, alse hir na gescreven steyt. To deme irsten Male: dat alle Krig unde Twidracht unde alle Tosprake unde Unmud, dy wi Egenante Provest, Prior unde dat gantze Capittel an eyner Syden unde wi egenante Ratmanne alt unde nie der Nienstat to Brandenborg an der andern Siden mit eyn ander gehat hebben, von alter Tid wente an dessen jegenwerdigen Dag, schal gentzleken unde vulkomeleken altomale an beyden Syden ewichliken bericht sin unde nummer mer gedacht odir upgerukt werden in gener Wis. To deme andern Male

ſo hebben ſi uns entricht umme dat Water, dat dar het dy Demſter, unde umme dy Viſcherie, dat wi dy ſcholen eyndrechtleken vermyden des Jares umme virteyn Punt Brandenborgiſcher Penninge; dar af ſchal hebben dat vorgenante Godeſhus to Brandenborg ſevendehalf Punt alle Jar unde dy egenanten Ratmanne der Nienſtat to Brandenborg vir Punt alle Jar unde Jacob Gyr, Borger in der ſelven Nienſtat to Brandenburg virtehalf Punt alle Jar. Weret, dat deſſe vorgenante Tyns der Demſter ſik merede, dy Merunge ſchal deme vorgenante Godiſhuſe und den Ratmannen der Nienſtat to Brandenborg unde Jakob Gyre, Borger in der ſelven Stat tu Hulpe komen, eyne ydermanne na Punt-Thale. Weret nu ſake, dat dy vorgenante Tyns ſik minderde, des Got nicht en wille, dy Mynrunge ſchal en allen afgan, eyme ydermane na Punt-Thale. Weret nu Sake, dat up den vorgenanten Water der Demſter jenge dat geſchege, ſi were hanthaftich oder nicht, oder welker Wis dat ſi were unde velle dar Broke af, wat van den Broke queme, dat ſchal hebben dat egenante Godiſhus to Brandenborg half unde dy Ratmanne in der Nienſtat to Brandenborg half. Ouk geſchege welke Ere van der vorgenanten Viſcherie der Demſter, dy Ere ſchal men deylen unde geven eyme ydermanne ſin Deyl na Punt Tale. Weret ouk, dat iennig Krig, Twidracht oder Toſprake na deſſen Dage worde van den egenante Proveſte, Prior oder van deme gantzen Capittele an eyner Siden und van den egenanten Ratmannen und von den Borgeren der Nienſtat to Brandenborg an der anderen Siden, des Got nicht en wille, ſo wil wi unde ſcholen an beyden Siden yderman eynen gemeynen bederven Man kyſen, den wi vermogen, dy nicht en ſin Vorſten noch Herren noch Byſchope noch Abbate noch Proveſte noch Papen, noch Juriſten noch Riddere, eyme ydermanne den ſinen to hebben binnen dren Weken, ofte des noyt ſi in ſodaner Wis. Weret Sake, dat wi egenanten Proveſt, Prior unde dat gantze Capittel des Godeſhuſs to Brandenborg Toſprake hedden to den Ratmannen oder to den Borgern der Nienſtat to Brandenborg, ſo wil wi und ſcholen komen vor dy egenanten Twe, dy wi an beyden Siden gekoren hebben unde berichten em muntleken unſir Toſprake. Dy muntleke Toſprake ſcholen ty Twe ſchriven laten unde dy Scrift leſen laten. Wan ſi geleſen is, ſo ſcholen dy Entſcheyder vragen, ofte em an der Scryft genuge. So ſcholen ſi ſpreken: ja! oder Vryſt oder Geſpreke hebben alſe lange, wente eyn Man redelekes Gandes dries moge hir to ſente Katherinen umme den Kerkhof gan, alſe dy Lude wonleke ſin umme den Kerkhof to gande. So ſchal men dar ja to ſeggen, odir dy Scrift al to Hant beteren unde umme dy Sake neyn Geſpreke mer hebben. Wan dar ja to geſecht is, ſo ſchole wi Ratmanne oder Borgere der Nienſtadt to Brandenburg muntleke dar to antwerden. Dy muntleke Antwerde ſcholen dy twe Entſcheyder ouk ſcriven laten. Wan dy muntleke Antwerde geſcreven is, ſo ſcholen ſie dy ouk laten leſen, unde men ſchal em ouk vrage, ofte em ouk an der Scrift genuge. Wert dar ja to geſecht oder Geſprekes beden, dat ſchal men ouk halden alſe hir vor beſcriven ſteyt. So wil wi unde ſcholen egenante Proveſt, Prior unde Capittel des Godeſhuſes to Brandenborg unde wi egenanten Ratmanne unde Borger der Nienſtat to Brandenborg an beyden Siden unſe Ingeſigele laten drukken an dy Scrift, dar na ſo ſcholen dy Entſcheider beyde riden in unſes Herren, des Marchgraven Hof von Brandenborch und laten ſik dar up ſpreken eyn Recht. Wen dat Recht geſproken is, ſcholen ſi ſik dat laten geven beſcreven. Dat ſelve beſcreven Recht ſcholen ſi uns denne brengen an beiden Siden. Weme dat Recht tolude, dy ſchal dy Sake behalden unde dy andere ſchal mit guden Willen dar aflaten ſundir allirleye Wedderſprake. Weret, dat wi Ratmanne oder Borger der Nienſtat to Brandenborg jennege Toſprake wedder hedden to dem egenanten Godeſhuſe to Brandenborg, des likes ſchal men wedder tun alſe hirvor beſcriven ſteyt. Ouk ſchole wi vorgenante Godeshus unde Ratmanne to Brandenborch unſen Entſcheideren, yedermann deme ſinen, vor Schaden ſtahn unde ſine Koſte legeren. Ouk ſcholen dy Entſcheidere beyde an beyden

Siden van uns unverdacht ſin, dat Recht lude, to welk unſern dat to lude. Vortmer ſo wil wi unde ſcholen egenante Proveſt, Prior unde dat gantze Capittel des Godeshuſes to Brandenburg dy Ratmanne unde Borger der Nienſtat to Brandenborg an oren Rechte nicht hinderen odir krenken. In der ſelven Wis en wil wi oder ſcholen egenante Ratmanne und Borger der Nienſtat to Brandenborg den egenanten Proveſt, Prior unde dat Godeſhus to Brandenborg an oren Rechte nicht hindern oder krenken. To eyner ewigen Blifungen unde Dechtniſſe alle deſſir vorbeſcriven Stukken, ſo hebbe wie egenanten Proveſt, Prior unde dat gantze Capittel des Godeſhuſes to Brandenburg an eyner Side unde wi egenanten Ratmanne, alt unde nie, der Nienſtat to Brandenburg an der anderen Siden gewilkoret: Weres, dat unſir jennig der vorgeſcreven Stukke jennig breke oder nicht enhilde, alſe hir vorgeſcreven ſteyt, dy ſchal dy Sake to vorne verloren hebben unde ſchal deme anderen geven virtich Mark Brandenb. Silweres unde Wichtes. Vortmer wi egenante Proveſt, Prior unde dat gantze Capittel des Goteſhuſs to Brandenborg an der eynen Siden unde wi egenante Ratmanne und Borger der Nienſtat to Brandenborg an derr anderen Side, Wer nu Sake, dat eyn Mort geſchege, dar Got vor ſi, an welker Side dy Mort geſchege, dy ſchal ſin utgenomen unde eyn yderman ſchal gebruken ſines Rechten. Dat wi egenanten etc. Gegeven to Brandenborg nach des heyligen Criſtus Bord drutteynhundert Jar in deme achtentichſten Jare an ſente Agathen, der heyligen Junkvrowen Daghe.

Nach dem Original.

CCCXXVIII. Kirchenordnung der Brandenburger Synode, vom 7. Mai 1380.

1. De habitu extra divina officia, de tonſura et abſtinencia.

Didericus, Dei gratia Brandeburgenſis eccleſie Epiſcopus, univerſo clero noſtre civitatis et dioceſis, ſalutem et noticiam ſubſcriptorum. Quoniam clericos et religioſos oportet per decenciam habitus extrinſeci, morum intrinſecam oſtendere honeſtatem, vobis diſtricte mandamus, quatenus veſtes ordini veſtro congruentes, nimia brevitate vel longitate non notandas, publice deferatis, ad ipſas veſtes pannis rubeis vel viridis non utendo: Coronam et tonſuram congrue habeatis. Nam, juxta ſtatutum provinciale, ſecus facientibus nullum jus competit accipiendi fructus ſuorum beneficiorum, donec ſe fecerint debite tonſurari. A crapula et ebrietate abſtineatis, que mentis inducunt exitium, libidinis provocant incentivum.

2. De habitu in divinis officiis, de continencia, de armis et negociacionibus.

Diligenter attendendum eſt quod legitur in Canone, mulier orans in eccleſia non velato capite deturpat caput ſuum. Ita ſacerdos ſine operimento, videlicet cappe vel ſuperpellicii, ſacerdocium ſuum. Ideoque mandamus, quod ſacerdotes officia ſacerdotalia exercentes, ut cum divina officia in eccleſiis decantant aut extra eccleſiam ſacramenta miniſtrant, ſint illa ſuperpelliciati hora, nec eadem hora pilleis utantur nullo modo; per hoc ſacerdos a laicis diſcernatur. Suſpectas et inhoneſtas feminas in veſtris domibus vel alibi non habeatis, quia notorius fornicator ac officio eſt ſuſpenſus: et arma non portetis. Negociacionibus, commerciis vel officiis clericali propoſito non congruentibus minime inſiſtatis.

3. De horis dicendis et reſidencia in beneficiis.

Quia propter officium datur beneficium, vobis univerſis in cathedrali et collegiatis eccleſiis beneficiatis diſtricte precipimus, ut horis debitis devote et non ſincopando, et in aliis eccleſiis et capellis,

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

convenienter et debite penſum veſtre ſervitutis, ſeptem ſcilicet horas Canonicas, matutinam, primam, terciam, ſextam, nonam, veſperas et completorium, miſſas et vigilias, et alia officia conſueta compleatis. Idem injungimus omnibus aliis clericis, et maxime in ſacris ordinibus conſtitutis, quod quilibet in ſuo perſonaliter reſideat beneficio, nec ſeſe inde abſentet peregrinacionis cauſa, vel alia, abſquè noſtra licencia per noſtram literam comprobanda. Quia juxta Canonum inſtituta ſacrarum miſſarum celebraciones alibi fieri non debent quam in locis Deo conſecratis, ideo vobis diſtricte inhibemus, ne in eccleſiis vel altaribus non conſecratis, ſeu cum calicibus, ampullis aut aliis vaſis aut quibuſlibet indumentis ad divinum cultum ſpectantibus, per Epiſcopum non benedictis celebretis. In calicibus preparacione vino infuſo ſufficit apponi tres guttas aque. Caveatis ne vinum ſit nimis acetoſum, et ſi fuerit, uve exprimende vini habeant ſaporem, et non agreſtem. Altare cooperiatur duabus palliis conſecratis, ſuper quas expandatur corporale de lineo panno nitido atque mundo.

4. De pluribus miſſis celebrandis.

Quia ſufficit ſacerdoti unam in die miſſam celebrare, et valde felix eſt qui eam digne celebret, ideo diſtricte inhibemus, ne quis Sacerdos, die nativitatis Chriſti excepta, aut alia racionabili cauſa et manifeſta non urgente, plures in die quam unam miſſam audeat celebrare. Celebrans plures miſſas una die, oblacionem prime miſſe non accipiat, ſed miniſter. Sacerdos celebrans diligenter exprimat hec verba, Hoc eſt enim corpus meum, et ante eorum plenam prolacionem non debet hoſtiam ad populum elevare. Similiter ſuper calicem, hec verba attente dicat: Hic eſt enim calix ſanguinis mei, novi et eterni teſtamenti, miniſterium fidei, quod pro uobis et pro multis offertur in remiſſionem omnium peccatorum.

5. De baptiſmo et compaternitate.

Baptiſmus in aqua cum terna immerſione, et nomine baptiſandi expreſſo, celebretur in hac forma Ego te baptiſo in nomine Patris, et Filii, et Spiritus ſancti, et eandem formam laicus utriuſque ſexus doceat, ut ea in neceſſitate per ſe utatur. Baptiſmus non debet iterari. De quo autem dubitatur an ſit baptiſatus, baptiſetur ſub hac forma, ſi baptiſatus es, te non baptiſo, ſed ſi non es baptiſatus, ego te baptiſo in nomine Patris, et Filii, et Spiritus ſancti, Amen. In baptiſmo ſufficit unus compater ſeu patrinus. Si tamen plures fuerint, omnes contrahunt congnacionem ſpiritualem ad impediendum matrimonium contrahendum, et contractum diſſolvendum efficacem: in viginti caſibus videlicet, inter baptiſatum et levantem, inter baptiſatum et levantis filios, inter baptiſatum et conjugem levantis prius cognitam, inter levantem et patrem et matrem levati, inter baptiſatum et baptiſantem, inter baptiſatum et filios baptiſantis, inter baptiſatum et conjugem baptiſantis prius cognitam, inter baptiſantem et patrem et matrem baptiſati

6. De confirmacione, compaternitate et criſmate.

Similiter racione confirmacionis, inter confirmatum et eum qui tenet ipſum quando confirmatur, inter confirmatum et filios tenentis, inter confirmatum et conjugem tenentis prius cognitam, inter tenentem et patrem ac matrem confirmati, inter confirmatum et confirmantem, inter confirmatum et filios confirmantis, inter confirmatum et conjugem confirmantis prius cognitam, inter confirmantem et patrem ac matrem confirmati. Confirmacio non debet iterari. Parrochiales autem veſtros frequenter moneatis ad confirmacionem recipiendam, quam adulti recipiant confeſſione premiſſa. Vetere criſmate non utatur, ſed novo ſi poterit expectari.

7. De compaternitate et matrimonio.

Compaternitas per Catheciſmum contracta, matrimonium contrahendum impedit, ſed non dirimit jam contractum.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

8. De extrema unccione.

Extrema unccio poteſt iterari, et tociens quociens contingit eundem letaliter infirmari. Manus ſacerdotum, tempore unccionis extreme, non ſunt interius ſed exterius liniende; cum tempore collacionis ſacerdocii interius liniantur. Pueri ante XII. annum, et impenitentes ac unccionem devote non petentes, non ungantur.

9. De cuſtodia Eukariſtie et aliorum ſacrorum.

Corpus Chriſti, baptiſmus, criſma, oleum ſanctum, oleum infirmorum, habeantur ſub ſeris, in cuſtodia diligenti.

10. De matrimonio et conjugatis.

Clandeſtina matrimonia diſtricte inhibemus: Matrimonia vero contrahenda in facie eccleſie, termino interdicto Pretermiſſo, diſtinctis diebus et precipue Dominicis diebus cum populus convenire ſolet, copulentur, propter varia impedimenta, videlicet compaternitatis, conſanguinitatis, voti ſolemnis, ſacri ordinis, aut propter profeſſionem religionis approbate, diſparis cultus et juſticie publice honeſtatis. Quamvis omni tempore poſſit fieri hujuſmodi copulacio, per verba de preſenti; tamen ab Adventu Domini, uſque ad octavam Epiphanie, et a Septuageſima uſque ad octavam Paſce, et a Dominica Vocem Jucunditatis uſque ad octavam Pentecoſtes, ſollennitas nuptiarum, traduccio ſponſe et carnalis copula, non ſunt faciende. Ignote perſone, ſine noſtra aut officialis noſtri licencia, minime copulentur. Neuter conjugum carnaliter commixtioni ſe tradat, niſi de alterius expreſſa voluntate. Neuter conjugum tranſeat ad ſecunda vota, niſi de morte alterius plene fuerit certificatus.

11. De confeſſione et generibus peccatorum.

Confeſſiones ſanorum in eccleſia et loco patenti audiantur. Genera peccatorum, ſi neceſſe ſit declarentur, maxime mortalium peccatorum, que ſunt hereſis, error in fide Chriſti, ſuperbia, vana gloria, ipocriſis, ira, odium, inimicitia, invidia, tranſgreſſio fidei, perjurium, falſum teſtimonium, detraccio, delacio, mendacium, quō leditur vel dampnificatur proximus, infamacio proximi, ffornicacio, deſloracio virginum, adulterium, inceſtus, omnis libidinis effuſio que non excuſatur per matrimonium, crapula, ebrietas, ffrequentacio tabernarum, aſſidua frequentacio talorum et alearum, homicidium, mutilacio membrorum, omnis iracundia ex qua violenta manus procedit in proximum, ffurtum, rapina, depredacio, ſacrilegium, ſortilegium, incendium, uſura, vendere carius ad alium, falſum pondus, falſa menſura, falſum judicium, falſus advocatus, inobediencia Dominorum et Preceptorum, operacio prohibita in ſollennitatibus, retencio decimarum et oblacionum in conſuetudine diuturnitatis et de pravo exemplo, De circunſtanciis peccati, ſcilicet de loco, de tempore, de qualitate, de numero perſonarum in quibus et quorum auxilio perpetratum eſt peccatum.

12. In quibus penitentes ad Epiſcopum remittantur.

Pro pluribus ſupradictis peccatis ſunt penitentes ad nos vel ad noſtram poteſtatem habentes deſtinandi, ſcilicet pro homicidio, ſacrilegio, ſortilegio de Corpore Chriſti, criſmate, oleo ſancto, aqua baptiſmatis, vel aliis ſacris rebus, pro falſo teſtimonio, peccato zodomitico, vel contra naturam adulterio, inceſtu, deſloracione virginum, venefica injeccione, in patrem vel matrem, vel in clericos vel religioſos leviter, pro voto fracto, perjurio publico, pro hereſi, errore in fide Chriſti, et ſi pueros ſine baptiſmo decedere aut infra ſeptennium per negligenciam perire fecerint, pro raptu mulierum et abſolucione ab excommunicacione a Canone ſive jure, ut pro uſura.

13. De penitencia, abſolucione et confeſſione.

Caveant ſacerdotes in penitenciis injungendis, ut eas ſecundum quantitatem culpe et poſſibilitatem penitentis injungant; alioquin quod nimis eſt ab eis requiratur. In furto, in rapina, in uſura, in

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

quacunque illicita occupacione et retencione rei aliene, et in omni dampnificacione proximi, injungant reſtitutionem, prout amplius eſt poſſibilis; et loco reſtitucionis non injungant miſſas cantandas vel elemoſinas faciendas, dum hii vel eorum heredes exſtent, quibus de jure reſtitucio eſt facienda: Alioquin eos ad nos tranſmittant pro hujuſmodi rebus diſponendis. A peccatis quoque non abſolvant qui peccata vitare aut penitenciam implere fideliter non promittit. Caveat omnino ſacerdos, ne verbo vel ſigno prodat aliquomodo aliquatenus peccatorem, aut ei improperet, dicendo, ſcio qualis es; et ſi prudenciori conſilio indiguerit, illud abſque ulla expreſſione perſone caute requirat. Alioquin non ſolum eſt a ſacerdotali officio deponendus, verum eciam ad agendam perpetuam penitenciam in arctum monaſterium detrudendus. Diaconus confeſſionem non audiat, niſi in ſumma neceſſitate, quia non poteſt abſolvere vel ligare niſi ſacerdos rite ordinatus. Nullus ſacerdos ſecularis vel religioſus alienam parrochiam a mortali peccato abſolvat, niſi de licencia proprii ſacerdotis vel ſuperiorum ejuſdem. Peregrini tamen tranſeuntes recipiantur ad confeſſionem, et abſolvantur ſub ea condicione, quod confeſſionem reiterent proprio ſacerdoti, vel ſi licenciam habuerint proprii ſacerdotis.

14. De excommunicatorum abſolucione.

Ab excommunicacione ſuperiorum nullus abſolvatur niſi in mortis articulo, et ſecundum formam eccleſie, ut videlicet juret ad Corpus Chriſti, vel reliquias ſanctorum, quod pro cauſis que tunc exprimantur, pro quibus excommunicatus eſt, velit mandatis eccleſie obedire: et ſi tunc ille obierit, ejus heredes ſunt cenſura eccleſiaſtica ad faciendum compellendi.

15. De jejunio, feſtivacione et excommunicatis.

Precipiant quoque ſacerdotes omnibus qui poſſunt obſervare jejunia quadrageſime, quatuor temporum, vigiliarum, ſexte ferie, jejunent: et quod feſtivis et dominicis diebus, ad veſperam a veſpera, abſtineant a labore; et iiſdem temporibus ad minus eccleſias ſuas accedant, pro divinis officiis et predicacionibus audiendis; et quod omni die de mane et veſpere devote legant Pater Noſter, ave Maria, et credo in Deum. Precipiant etiam ſacerdotes excommunicatos in locucione, ſalutacione omnino et pro qualibet alia communione artius evitare, nec aliqualiter protegi vel defendi.

16. De excommunicatis uſque ad mortem, de communione Vſurariorum, Raptorum et ſepultura.

Qui excommunicacionem ſuſtinent uſque ad mortem, licet abſolvantur, in ſacro tamen loco non ſepeliantur, niſi de noſtra licencia ſpeciali. Manifeſti uſurarii nec ad ultimam communionem, nec ad chriſtianam ſepulturam, ſi in hoc peccato deceſſerint, admittantur, et eorum oblaciones nullus accipiat. Publicus raptor et incendiarius, donec penituerint, ab eccleſia et ſacramentis repellantur. Qui vero acceperit, et chriſtiane ſepulture tradiderit, accepta reddat, et donec ad arbitrium noſtrum ſatiffecerit, ab officio ſit ſuſpenſus: eciam qui deceſſerit abſque ſignis penitencie, non ſepeliatur, niſi de noſtra licencia.

17. De eccleſiarum redditibus, campanis, ornamentis et patronis.

Poſſeſſiones et redditus eccleſiarum miſſalibus Inſcribantur; et libri, calices, campane et alia eccleſiarum ornamenta, Judeis a Chriſtianis, ſine noſtra licencia, aut Prelati ad quem eedem eccleſie, in ſua juriſdictione ſite, pleno jure pertinent, minime exponantur. Prohibeantur eccleſiarum patroni, et alii quilibet ſe intromittere de bonis et rebus decedencium clericorum. Alioquin ea vice preſentacione ſint privati, et ad Epiſcopum loci, juxta provinciale ſtatutum, eo tempore devolvatur.

18. De Plebanis, Vicariis et eorum Miniſtris.

Vicarii Vicarios in eccleſiis non conſtituant. Nullus habeat plura beneficia, preſertim curata, niſi ſuper hoc legitima diſpenſacio ſit habita, quam nobis infra menſem proximum precipimus exhiberi. Quilibet curatus habeat ſigillum. In propriam nullus officiat eccleſiam a Patrono conceſſam, niſi per nos fuerit admiſſus curatus vel legitime inveſtitus. Nullus preſbiter deſerviat in eccleſia cum patre preſbi-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tero vel poſt ejus obitum ipſum immediate ſuccedat in eadem. Nullus faciat eccleſiam cenſualem, vel augeat antiquam penſionem, aut minuat Rectoris porcionem. Plebani et alii ſacerdotes quicunque, raptas matronas ſeu ancillas ſuas nequaquam pro aliquo precio redimant. Contrarium facientes, ſine dubio, inpuniti non tranſibunt. Quilibet clericus clericos vel laicos utriuſque ſexus in ſervicio habens, eiſdem ſolvere debet debitum precium in termino, ad quem ſe fecerunt convenire. Quod ſi ipſi ſervitores infra annum a tempore conduccionis eorum computandum dari ſibi non procuraverunt cum effectu, Nolumus ſucceſſorem conducentis, poſt dictum conduccionis annum, ad ſolvendum hujuſmodi precium obligari; ſed ſibi imputent quod debitum precium ſibi dari non procuraverunt in termino prefinito. Volumus eciam quod laici ad miniſtracionem divini officii et adjuvandum miſſas legere non aſſumantur.

19. De inſtitucione, abſencia, locacione et libris eccleſiarum, fidejuſſione, miſſa, queſtoribus, excommunicatis et ſinodo.

Item ſtatuimus, quod nullus intromittat ſe de quocunque beneficio eccleſiaſtico, ſive curato, ſive non curato noſtre dioceſis, niſi per nos fuerit ad ipſum canonice inſtitutus: et quicunque dixerit ſe poteſtatem habere inſtituendi auctoriſabiliter ad quodcunque tale beneficium, doceat hoc coram nobis exnunc infra menſem. Volumus eciam ut omnes abſentes a beneficiis ſuis, in ipſis infra menſem reſideant proximum perſonaliter, vel infra hunc menſem ſe exhibeant coram nobis, noſtras certas literas deſuper datas oſtendentes. Alioquin ipſos volumus ſentencie excommunicacionis ſubjacere. Quod nemo locet eccleſiam ſuam, niſi in noſtra preſencia vel noſtri officialis, et tantum ei quantum pro ſe poſuerit de proventibus eccleſie aſſignet, unde poſſit congrue ſuſtentari et nobis et aliis Prelatis ſuis de juribus debite reſpondere, et edificia reficere ſue dotis. Item quod nullus libros eccleſie ſue ferat de eccleſia ad dotem, vel ad aliam domum, ne ſicut ſepius ſiſtit expertum, extra eccleſiam hujuſmodi libri amittantur. Item quod nemo fidejubeat pro depaccionibus ſuorum eccleſie parrochianorum, quemadmodum voluerit ordinis ſui periculum evitare. Item quilibet ſemel in Septuageſima confiteatur ad minus idoneo confeſſori, et ad minus in ſeptimana miſſam celebret ſive legat. Et nemo de caſibus nobis reſervatis ſe intromittat, niſi noſtram habeat auctoritatem. Item elemoſinarum queſtores, niſi veras apoſtolicas vel noſtras exhibeant literas, admitti inhibemus. Item caveat ſe quilibet ne ſentencias excommunicacionis, ſuſpencionis vel interdicti, rebelliter ſuſtineat per annum vel ultra, quia talis ſuſpectus de hereſi eſt et ut hereticus perſequendus: et hoc ipſum parrochianis veſtris intimetis. Item quod preſentes nomina ſua ſcribi faciant in Synodo, et abſentes de contumacia ſua, infra quindenam proxime ſequentem, ſe expurgent: alioquin ab ingreſſu eccleſie extunc ſunt ſuſpenſi.

20. De quibuſdam feſtis tranſponendis.

Ad evitandum confuſiones oriri ſolitas ex diſſimili celebracione ſubſcriptorum feſtorum, duximus preſentibus ordinandum, quod quando dies cathedre ſancti Petri Apoſtoli aut beati Mathie in die cinerum venerit, ibidem peragatur; et quando annus Biſſextilis fuerit, vigilia Mathie in officio et jejunio tertia die poſt feſtum beati Petri, et beati Mathie feſtum quarta die peragatur, juxta verſus iſtos,

Biſſextum ſexte Martis tenuere Kalende,
Poſteriori die celebratur feſtum Mathie,

Item quando dies annuncciacionis beate Marie Virginis feria tertia, quarta vel quinta poſt Dominicam Letare venerit, ibidem celebretur Et ſumma ſinodus obſervetur in feſto trinitatis. Quando vero idem feſtum annuncciacionis in die vel in ſeptimana Palmarum venerit, celebretur feria ſexta precedente. Quando autem idem feſtum in die Paſce aut feria ſecunda, tercia vel quarta Paſchalis ſeptimane venerit, feria ſecunda poſt Dominicam Quaſimodogeniti peragatur. Quando etiam dies beati Ambroſii vel dies ſancti Georgii infra ſeptimanas Palmarum vel Paſce venerit, feria ſexta ante diem Palmarum

peragatur. Quando autem dies beati Marcy in die Pafce vel in fequenti feptimana venerit, feria fecunda poft Quafimodogeniti peragatur: Et quando feftum Corporis Chriſti in vigilia nativitatis Johannis Baptiſte venerit, tunc officium et jejunium dicte vigilie fervetur in die precedente. Notandum quod quando aliquis numerus infra fequencium numerorum j. iiij. vj. ix. xij. xv. xvij. aureus numerus fuerit, tunc feſtum annunciacionis beate Marie Virginis eſt tranſponendum, in aliis non.

21. Que feſta uſque ad merediem et que per totum diem feſtiventur.

Hec feſta cum cantu et celebracione uſque ad meridiem peragentur, Ambroſii, Gregorii, Jeronimi, Auguſtini, Marci, Johannis ante Portam latinam, Johannis et Pauli, diviſionis Apoſtolorum, exaltacionis ſancte crucis, Lluce Evangeliſte, omnuim animarum, ſancte Elizabeth. Item et multi errores circa feſtivitatum celebraciones committuntur. Vnde mandamus quod feſtivitates infraſcripte per anni circulum ſollemniter peragentur: Quatuor dies in nativitate Chriſti, totidem in Paſca, totidem in Pentecoſte, ffeſtum circumſciſionis, ffeſtum Epiphanie, commemoracio ſancti Pauli, omnia feſta beate Marie virginis, purificacionis, annunciacionis, viſitacionis, aſſumpcionis, nativitatis et concepcionis: ffeſtum aſcenſionis, invencionis ſancte crucis, Corporis Chriſti, ſingulorum Apoſtolorum, Johannis Baptiſte, Marie Magdalene, Llaurencii, Mathei, Mauricii, Michaelis, omnium ſanctorum, Martini, Nicolai, et Katerine; omnia feſta beati Petri, quia patronus hujus eccleſie, videlicet, natalis, advincula et cathedra Antiochie. Iſta preſcripta feſta precipimus per totum diem celebrari.

22. De plebanis, altariſtis et cappellarum Rectoribus.

Didericus, Dei et apoſtolice ſedis gracia Epiſcopus Brandeburgenſis etc. Quoniam diuturna Rectorum eccleſiarum parrochialium noſtre dioceſis inſinuacio et que eſt omnium rerum magiſtra nos docuit experiencia, quod nonnulli capellarum et altarium Rectores in parrochialibus eccleſiis et infra earum limites in civitate noſtra et dioceſi altaria vel capellas habentes, ſe plus quam oportet preferentes, temporibus minus congruis, ſatis inordinate, modo mane, modo tarde, eccleſiarum Rectoribus invitis, contradicentibus et prohibentibus, in Rectorum eccleſiarum parrochialium impedimentum, leſionem et gravamen, miſſas in ſuis capellis vel altaribus, pro voluntatis arbitrio, cotidie fatagunt celebrare et quod deterius eſt, requiſiti et rogati, eccleſiarum Rectoribus indigentibus ſeu neceſſitatem habentibus, cum miſſas cantando vel legendo, ac aliis quibuſlibet actibus devotis, prout honeſtum fuerit et meritorium pro laude omnipotentis Dei et excitanda populi devocione celebrandis ſubvenire actenus contempſerunt et contempnunt, ac ſe oppoſuerunt et opponunt; allegantes ex eo quod canonice in ſuis capellis et altaribus ſunt inſtituti, non poterunt nec debebunt ad faciendum ea aliquatenus compelli vel aſtringi. Nos equanimiter perpendentes ex eo quod capellarum ſeu altarium Rectores, ad celebrandum divinum officium in ſuis capellis vel altaribus in parrochialibus eccleſiis et infra earum limites, in laudem omnipotentis Dei et divini cultus augmentum admittuntur cum reverencia et caritate et actenus ſunt admiſſi, et quod Rectores eccleſiarum ipſis ab eccleſiis ſuis eccleſiaſtica tenentur miniſtrare ſacramenta; ad impendendum eiſdem eccleſiarum Rectoribus reverencias et honores et graciarum acciones, non immerito videntur obnoxii et aſtricti, hujuſmodi diſſencionum morbum paſtorali ſollicitudine, antidoto noſtre ordinacionis ac proviſione evellere et elocare volentes, de Prelatorum noſtrorum conſilio ſtatuimus, quod omnes et ſinguli cappellarum altariumque Rectores in eccleſiis parrochialibus et in ipſarum eccleſiarum civitatibus ac earum limitibus capellas aut altaria habentes ſeu earum vices gerentes, in laudem omnipotentis Dei, et excitandam, bonorum exemplorum exhibicione, populi devocionem, in feſtis proceſſionum eccleſiarum Rectoribus aſſiſtere, et ſuperpelliciis proceſſioni intereſſe teneantur, in legendis miſſis temporibus congruis et oportunis.

23. Item, de eodem.

Provida deliberacione addens, quod iidem capellarum et altarium Rectores, eccleſiarum parrochialium Rectoribus, prout eis videbitur expedire, ad ipſorum beneplacitum, ceſſante contradiccione qualibet, cum reverencia debeant obedire et modis omnibus eiſdem taliter ſe conformare ne miſſarum occaſione eccleſiarum Rectores aut eorum vices gerentes, in offertoriis ſeu aliorum divinorum officiorum actibus impedimentum, gravamen aut leſionem aliquatenus paciantur.

24. Item, de eodem.

Inſuper ſtatuimus quod dicti capellarum et altarium Rectores, ob reverenciam ipſarum eccleſiarum, per quas ad agendum divinum officium actenus ſunt admiſſi, ac quibus ſunt ſalutis ſacramenta ſuſcepturi, digna compenſacione ſervienda ab earum eccleſiarum Rectoribus rogati et requiſiti duntaxat dum operis indigencia ſeu neceſſitas hoc poſtulaverit, cum miſſas legendo vel cantando, pro ipſorum eccleſiarum Rectorum voluntate, celebrandum cum diligencia teneantur humiliter ſubvenire, non obſtantibus inſtitutionibus Canonicis de eiſdem capellis et altaribus per nos et anteceſſores noſtros factis, per quas non potuimus juri eccleſiarum in aliquo derogare, que eciam in eccleſiarum commodum non dampnum ſunt pocius retorquende.

25. Item, de eodem.

Ceterum capellarum et altarium Rectores in caſtris et preurbibus, infra limites tamen parrochialium eccleſiarum capellas vel altaria habentes, cum Dominos ſuos quos temptant abeſſe contigerit, vel ſi Dominos preſentes non habuerint, et preſertim cum cauſa neceſſitatis abfuerint, ad obſervacionem preſentis ſtatuti volumus obligari.

26. De penis inobediencium altariſtarum et Rectorum capellarum.

Preterea, nos ſtatuta hujuſmodi irrefragibiliter permanere cupientes, omnes et ſingulos noſtrarum civitatis et dioceſis capellarum et altarium Rectores, qui ſtatutis noſtris contrarium facientes, punire non curaverint cum effectu, penam ab ingreſſu eccleſie ſuſpenſionis incurrere volumus ipſo facto. Cujus relaxacionem nobis aut Prelato noſtrarum civitatis et dioceſis habenti juriſdiccionem et inſtitucionem Plebanorum ſeu Vicariorum parrochialium eccleſiarum in quibus ſeu quarum limitibus hujuſmodi capelle et altaria habentur, duntaxat reſervamus, ſalvis aliis penis, que ad noſtri vel dicti Prelati arbitrium ſunt infligende, ſi ipſorum id exigerit protervitas, juxta perſonarum qualitatem et exceſſuum quantitatem. Datum Brandeburg in generali Sinodo, Anno Domini M°. CCC°. LXXX°. feria quarta poſt Dominicam Letare Jeruſalem.

Gercken, Stifts-Hiſtorie von Brandenburg S. 612—628.

CCCXXIX. Biſchof Dietrich beſtätigt die getroffenen Anordnungen über das Verhältniß, worin der Pfarrer zu Zachow die neuerrichtete Kirche zu Guten-Paaren mit curiren ſoll, am 21. Sept. 1380.

Nos Thidericus, dei et apoſtolice ſedis gratia epiſcopus Brandeburgenſis, litteras ordinationis inter honorabiles viros, dominos Hentzonem prepoſitum, Bertrammum priorem et capitulum noſtre eccleſie Brandeburgenſis et diſcretos viros Nicolaum Ronnebom, civem in Colne et Nicolaum et Balthazar, fratres dictos Parne, cives in Nowen, noſtre dyoceſis,

ſuper divinis in eccleſia et ipſius cimiterio in villa Parne propre Czacho ejuſdem dyoceſis peragendis et ſuper ſolutione quatuor talentorum denariorum Brandeburgenſium annuorum reddituum ac ipſam ordinationem nec non omnia et ſingula in prefatis literis et ordinatione contenta approbamus, ratificamus et confirmamus prefentibuſque in dei nomine auctoritate noſtra ordinaria approbamus, ratificamus, confirmamus, volentes eaſdem literas, ordinationem ac omnia et ſingula in eiſdem in omnibus et ſingulis ſuis clauſulis ratas eſſe et valere, quarum quidem literarum tenor talis eſt: Wy Hentze Proſt, Bertram Prior unde gantze Capittel der Kerken tu Brandeburg unde Clauus Ronnebom Borger tu Colne unde Clauus unde Balthazar Brudere, geheiten Parne, Borgere tu Nowen, Dorpherren des Dorpes tu Parne by Czachow, inme Havelande, unde gemeine Bure in deme Dorpe tu Parne, bekennen etc., dat wie eyndrechtichlike over eyn ſin komen umme Gaddes Dinſt unde Ambacht tu holdene in dy Kerke tu Parne, dy nye geſtichtet is, ſodane Wis: dat dy gemeyne Bure in deme ſelven Dorpe tu Parne ſcolen deme Perrere tu Czachow, dat vom alder dy rechte Parkerke is, ewichliken geven alle Jar vir Punt Brandeburgeſcher Penninghe unde bereyden eyn Punt up ſunte Michils Dage, dat ander Punt by der hilgin drier Kunynge Dage, dat dridde Punt up Paſſchen, dat virde Punt up ſunte Johannes Daghe, dar umme ſchal dy Perrer tu Czachow ewichlike des Jares in dy Kerke tu Parne alle Jar ene Vrumiſſe ſingen in des hilgen Kerſtes Daghe, und alle Jar Miſſe ſingen in dy Kerke tu Parne an deme Dage der Kerkwiunge der Kerken tu Parne unde des Jares eyns Miſſe ſingen in der Kerkeu tu Parne an unſer Frowen Dage, alſe ſy Verbotſchaft wart, unde vortmer ſcal dy Perrer tu Czachow Jar by Jare eynen Sundach ſingen Miſſe in der Kerken tu Czachow unde an deme ſelven Sundage in der Kerken tu Parne Water unde Solt wyen unde dy hilige Dage kundigen unde des anderen Sundages Miſſe ſingen in dy Kerke tu Parne unde an deme ſelven Sundage Water unde Solt wyen, vnde dy hilge Dage kundegen in dy Kerke tzu Czachow: unde wen dy Perrer des Sundages in de Kerke tu Parne Miſſe ſinget, ſo ſcal he in dy ſelve Weke noch eyne Miſſe holden in dy Kerke tu Parne; wen he aver in dy Kerke tu Parne des Sundages Water unde Solt wyet unde dy hiligen Tage kundiget, unde nicht Miſſe ſinget, ſo ſcal he in dy ſelve Weke twei Miſſen halden in dy Kerke tu Parne, eyne des Mandages unde die andere des Vridages. Weret ouk, dat yennich grot Hiligdach velle up der Miſſedage eyn, alſe up den Mandach odder up den Vridach, ſo ſcal dy Perrer up den ſelven hilgen Dach des Mandages odder des Vridages Miſſe ſingen in dy Kerke tu Parne. Vortmer ſo ſcal dy Perrer tu Czachow Mansnamen und Vruwenamen in dy Kerke tu Parne Bicht horen in der Vaſtenen yegin dat ſie Goddes Licham nemen tu Paſchen, unde ſal in des eynen enkedden Dach tu vorne kundigen, dat ſy komen bichten, wi den des Dagis nicht kumpt unde bichtet, dy ſal em volgen tu Czachow unde dar bichten. Ouk ſcal dy Perrer tu Czachow graven dy Doden in deme Dorpe tu Parne uppen Kerkhove tu Parne unde ſcal dy Kindere in deme Dorpe tu Parne dopen in der Kerken tu Parne unde Frowen dar ſelves in leyden, unde di Gebur tu Parne ſcolen den Kerkhouff tu Czachow helpen hegin nach oreme Antale und an der Parrecht tu Czachow dun na alſe vor. Ouk ſcal eyn itlik Gebur tu Parne deme Cuſtere tu Czachow gheven alle Virdeljares boven ſyne ander rechte Plege eynen Brandeburgeſchen Penningh. Dorumme ſcal dy Cuſter deme Perrer helpen tu Parne tu den vorſcreven Stucken, unde dat alle deſſe vorſcreven Stucken ſtede unde vaſte geholden werden. Tu Orkunde unde tu Tughe hebbe wye Hentze Proſt, Bertram Prior unde Capittel vorgenant unſe Ingeſegele und ik vorbenamede Clauus Ronnebom myn Ingeſegel van myner unde vorbenameden Balthazars unde Claws van Parne wegen an deſſin Briff gehangen, dy ge gheven is tu Colne in den Jaren Goddes drutteynhundert Jar darna in deme achtentichſten Jare an ſunte Bartolomeus Dage des hilgen Apoſtelſen. In quorum evidens teſtimonium preſentes literas

noſtri ſigilli appenſione fecimus communiri. Datum Seyeſer anno domini M. CCC. octuageſimo, die beati Mathei apoſtoli et evangeliſte, preſentibus honorabilibus viris, dominis Nicolao Cykow, plebano in Templyn, Nicolao Bernardi altariſta in Britzen, preſbyteris ſepedicte noſtre dyoceſis ac aliis pluribus fide dignis teſtibus ad premiſſa vocatis ſpecialiter et rogatis.

Nach dem Originale.

CCCXXX. Fritz von Knobeloch verkauft dem Domcapitel eine jährliche Geldrente in Tremmen, am 28. Oct. 1380.

Ick Fritze von Knobelok, beſeten tu Poſſin, bekennen etc., dat ick met vorbedachten Mude verkoft hebbe unde vorkope by deſſen gegenwerdigen Brife den erbarn Mannen, Hern Hentzen Proſte, Hern Bertram Prior unde ihren Nakomelingen unde deme Capittel und der Kerken tu Brandenborch twey Punt Brandenburgiſcher Penninghe in der Beden in deme Dorpe tu Tremmen jerliken Rente up tu börene up ſunte Mertens Dach, vor twintig Marck Brandenburger Silvers, die ſie my an reden Gelde vul unde al bereit unde betalett hebben unde ick in mynen Vrom unde Nutt gekehret unde gebracht hebbe, unde ik ſegge en und ohren Nakomelinghen unde der Kerken tu Brand. der twintig Marck van myner und myner Erven wegen quit, ledig unde loſs met deſſen gegenwortigen Brieve unde wiſe ſie an die Lude in deme Dorpe tu Tremmen, die dy vorſchreven twey Punt plichtich ſin tu geven datt ſie en dat Geltt geven ſcholen. Ock rede ick und ſchal die vorbenumede twe Punt laten vor myne Herren den Marggreven up der vorſchreven Hern Hentzen Proſtes, Hern Bertram Priors unde orer Nakomelige unde Capittels unde Kerken tu Brand. Behuff unde ſchal ſchicken, dat myn Herre, dy Marggreve, die twe Punt eigene deme Proveſte unde Capittele unde derſelven Kerken tu Brand. binnen den nehſten Verdel Jares, wen he tu Lande in die Marcke tu Brand. kumpt. Dat alle deſſe vorſchreven Stucke volghetogen unde geholden werden, davor love wy Claus unde Otte Brudere, geheiten von Stechow, in ener rechten ſamenden Handt. Tu Orkunde und Tuge hebbe ick Fritze von Knobelock vorbenamelt von myner und myner Erven wegen unde wy Claus und Otte, Brudere, geheiten von Stechow vorgenant, unſe Inſegele mett Wittſkap unde Willen an deſſen Brif gehangen, die gegeven is tu Brand. na Godis Bortt 1380 an deme Dage Simonis et Jude der hilgen Apoſtelen.

Nach einer verbeſſerten Copie im ältern Copiario.

CCCXXXI. Fritz von Knobeloch verkauft dem Domcapitel den Krug im Dorfe Poſſin, am 19. Nov. 1380.

Ick Fritze von Knobeloch, woneſtig tu Poſſin, bekenne etc. dat ick verkoſt hebbe unde verkope by deſſen gegenwerdigen Brive den erbarn Hern, Hern Hentzen Proſte, Hern Bertrame Prior, deme Cappitele und der Kerken tu Brand. den Kruch in dem vorbenumeden Dorpe tu Poſſin met aller Bede, met alleme Dinſte unde met aller Plege, met Ackere, Weide, Holtere

Watere, met Erve unde met aller ſiner Tugehoringe unde ſunderliken met twen Punden Brandenborgiſche Penninge und einen Wiſpel Roggen jerliker Renthe alle Jahr tein Schillinge up Winachten, tein Schillinge up Paſchen, tein Schillinge up ſunte Johannis Dage, tein Schillinge up ſunte Michils Dage unde den Wiſpel Roggen up ſunte Mertens Dage tu betalen upper Borch tu Brandenborch oder anderwegen, war ſie oder ohre Nakomelinge dem Krüger dat befelen tu betalende, vor drittich Marck Brandenborger Silvers und Gewichtes, dy ſy mi unde mynen rechten Erven an reyden Gelde vul unde all bereit und betalett hebben, unde ick in minen unde miner Erven Framen unde Nutt gebracht hebbe, unde ick ſegge den vorbenumeden Proſt, Prior unde ohren Nakomelingen unde deme Capittele unde Kerken to Brand. der drittich Marck von myner unde von myner Erven wegen ledig und loſs by deſſen jegenwerdigen Brive. Ouck wenne men den Krug verkopen will, ſo ſchal men verkopen deme, dy der Kerken tu Brand. evene kumpt, unde men ſchal den Krug upgeven unde upnehmen vor deme Voyde derſelven Kerken tu Brandenborg. Tu Orkunde hebbe ick Fritze vorgenant von myner und myner Erven wegen myn Inſegel an deſſen Briff gehangen, die gegeven is tu Brand. 1380 an ſunte Elizabethen Dage.

Nach einer Copie im ältern Copiario.

CCCXXXII. Verkauf eines zur Pfarre gehörigen Hauſes in der Altſtadt Brandenburg mit Erlaubniß des Domcapitels, vom 26. Mai 1381.

Ick Her Arend, Perrer in der Aldenſtad tu Brandenburch, bekenne etc., datt ick mett Rade Volbortt unde mett bedachten Mude miner Hern, Hern Hentzen Proſtis, Hern Bertrams Prioris unde des ganzen Capittils tu Brandenburg hebbe vorkoſt unde verkope deme wiſen Manne Nicolauſe Bredow, Schulemeiſtere in der Aldenſtadt, unde Margareten, ſiner Muder tu orer twyer Live dat wonige Wedemhuſs an deme Kerkhofe ſunte Godehardiſs unde den Hof, die tu demſelven Wedemhuſe horet, dat Gereke Kochen unde Katherinen ſiner eliken Huffruwen tu ohrer twier Live was, alſodane Wiſs, dat die vorbenumede Nicolaus oder Margarethe, ſin Muder, oder welk orer den andern overlevett, ye von Jahre tu Jahre und von Tyde tu Tyde, diewile ſi leven, oder darinne wohnen, oder ohrer ennig levet unde darinne wohnett, ſo ſchicken ſcholen unde vorſtan, datt neyn Schott noch Wake noch jennig Dienſt noch Plege von unde ut dem Huſe gedan noch gegeven werde jenigerlei wiſs und fry blive glike dem Wedemhuſs. Werett dat wes daraf geeſchett oder gegeven wurde, ſo ſchal deſſe Kop afgan unde nicht holden unde ſy oder welk orer dat Huſs heft, ſcholen dar na van Stadan binnen den neheſten vier Weken deme verkopen dat Huſs oder den darin ſchicken tu ſyme Live, die dat ohne Schott, Wake, Plege unde Dynſt unde gelike fry der Wedemen blive. Ick Nicolaus unde min Muder vorgenant, volborden, reden unde loven dit met unſer Wittſchap unde med guden Willen. Tu Orkunde etc. 1381. des Sundages vor Pfingſten.

Nach einer Copie im ältern Copialbuche.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CCCXXXIII. Der Bischof Dietrich gewährt der Katharinenkirche einen Ablaß am 3. August 1381.

Thydericus, dei et apostolice sedis gratia episcopus Brandeburgensis, universis presentes literas inspecturis salutem et sinceram in domino charitatem. Quia ad hoc ex pastorali sollicitudine intendere debemus, quod deum in sanctis ejus fidelium devotione videmus glorificari et loca sacra populorum frequentia venerari; unde piis supplicationibus consulum nove civitatis Brand. inclinati, ecclesiam parrochialem beatarum virginum Katherine et Amalberge dicte civitatis, que a fidelibus devote catervatim frequentatur et in structura et aliis necessariis honorifice sustentatur, ad laudem omnipotentis dei et beate Marie virginis earundemque virginum sanctarum Katherine et Amelberge honorem stipendiis spiritualibus ditare volentes, omnibus vere penitentibus confessis et contritis, qui ecclesiam prefatam devote visitaverint, orationem pro vivis et defunctis in ipsa coram imagine crucifixi fuderint, nec non qui de bonis sibi a deo collatis ad structuram et alia ornamenta ecclesiastica ipsius ecclesie largiti fuerint, auctoritate omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli atque nostra XL dies indulgentiarum in domino misericorditer relaxamus. In cujus rei testimonium nostrum sigillum presentibus est appensum. Datum Seyeser, anno domini M°. CCC°.LXXXI., sabatho post beati Petri Ad vincula.

Nach dem Originale.

CCCXXXIV. Gyse Direke verkauft einen Theil des Wublitzer Sees an Johann von Knobloch, Pfarrer zu Etzin, am 8. Sept. 1381.

Ik Gyse Dyreke und Fritze und Gyse, des vorbenumeden Gyse Dyrekens Söne, bekennen etc., dat wi met Willen und met wolbedachtem Müde eyndrechtliken eyn half Verndel des erfliken Waters der Wubelitze, dat Wilkene Hopenrode, Borger tu Nowen, deme Got Genade, worden wacz von Delinghe wegen van dem Verndele des selven Waters der Wubelitze, dat Merthen, Mathis und Tyle Parne und dy vorbenumede Wilke Hoppenrode van Czabele van Schoryn erflike gekoft hadden und dy selve Wilken Hoppenrode gheervet hadde up Hanse Grabowen, Clawese, Hinrike, Ebele und Wilkene, gheheyten Hoppenrode, syne Söne, den ik Gyse Direke vorbenumet dat selve halve Verndele erflike afgekoft hadde und sy my dat gentzlike met aller Tugehoringe erflike gelaten hadden, hebbe vorkoft und vorkope erflike in dessen yegenwordygen Bryse deme wysen Manne Ern Jane von Knobelok, Perrer tu Etzin, und synen rechten Erven met oversten und sydesten Gerichte up den Watere, met Tögen, met Erve, Tynsen, Alrep, met grot und klyner Viscberyen, met twen Wenden up deme Kytze tu Schoryn, met oversten und sydesten Gerichte dar over, met dryer Weyde Vrucht vnd Nuet, wes em not is, met Teyden, met Rokhunren, met aller Nut und Wonheit, met alme Richte und met allen andern Tugehoringe etc. Gegeven tu Brandenburg in dem Jare Goddis drutteynhundert Jar darna in dem eyn und achtentichsten Jare, an unser Vruwen Dage orer Gebort. Tuge dessen Ding sint dy wyse Manne Ern Jan Perrer tu Valkenrede, Otto Dyreke und Claws Bremer, Borgher in der nyen Stat tu Brandenburg unde mer guder Lude genuch.

Nach dem Originale.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CCCXXXV. Markgraf Siegmund beſtätigt dem Domcapitel zu Brandenburg eine Urkunde des Markgrafen Otto II. v. Jahre 1197, am 13. Sept. 1381.

Sigiſmundus, dei gratia marchia Brandeburgenſis etc. recognoſcimus etc. quod licet ex innata nobis clementia ſingulorum inſiſtere promotionibus cor noſtrum invigilet, precipue tamen harum ſpiritualium ſtatus perſonarum, quas ſacre profeſſionis ambit religio in melius conamur redigere, preſertim cum ibidem cultus vigeat divinus et animarum omnium fidelium frequentetur memoria ſalutaris, et quia religioſus vir Hintziko eccleſie Brandenburgenſis prepoſitus pro parte ejusdem eccleſie quaſdam literas veteris principis, Ottonis, quondam marchionis Brandenburgenſis noſtri predeceſſoris felicis, gratias, donationes, conceſſiones, appropriationes et libertates ſpeciales continentes noſtre claritati obtulit, quas per nos authoritate noſtra ſupplicavit humiliter et petivit inſtanter confirmari, et in noſtre confirmationis literis tenorem earundem literarum inſeri ad majorem cautelam et perpetuam ipſarum literarum firmitatem, quarum quidem literarum tenor de verbo ad verbum ſuit et eſt talis: In nomine etc. Otto etc. (Es folgt nun die Urkunde vom Jahre 1197.) Nos igitur religioni et honeſtati dicte eccleſie Bandenb. et juſtis petitionibus prefati prepoſiti non immerito annuentes dictis literis, gratiis, donationibus, conceſſionibus appropriationibus, libertatibus ac aliis contentis in eiſdem nec non omnibus et ſingulis in premiſſis per nos plenius inſpectis examinatis et cognitis diligenter de conſiliariorum et nobilium noſtrorum ſano conſilio, matura deliberatione prehabita, prefatas literas, gratias, donationes, conceſſiones et libertates ac omnia et ſingula in eis contenta in omnibus et ſingulis ſuis clauſulis et articulis ratas et gratas habemus ac tenore preſentium authoritate noſtra approbamus et confirmamus, periculo quoque, quod memorate eccleſie Brandenb. circa premiſſa vel aliquod premiſſorum aliquo eventu emergere poſſet, ſagatius obviantes totum prefatorum tenorem literarum de verbo ad verbum in preſentibus noſtre confirmationis litteris ex certa noſtra ſcientia inſeri fecimus ad majorem rei evidentiam auctoritatem et fidem in perpetuam firmitatem. Actum et datum in Berlin, anno domini M. CCC°. octuageſimo primo, vigilia exaltationis ſancte crucis. Teſtes hujus noſtre confirmationis ſunt: reverendi in Chriſto patres domini Johannes Czenadienſis, Theodoricus Havelbergenſis eccleſiarum epiſcopi, nec non nobiles Sandywogius, regni Polonie ſupremus capitaneus, Johannes comes de Lindow, camere noſtre magiſter, Apetzko prepoſitus, Henning Dobler, Nicolaus Ludekow, cives in Berlin, et plures alii tam ſpirituales quam ſeculares fide digni. Sub noſtri ſigilli appenſi teſtimonio in evidentiam omnium et ſingulorum premiſſorum.

Nach dem Originale.

Gleicher Weiſe beſtätigt Siegmund unter gleichem Datum die Urk. v. J. 1346. über das Dorf Plötzin, die Urk. iſt aber nur in deutſcher Sprache im Copiario vorhanden. Auch ertheilt er eine allgemeine Beſtätigung aller Rechtſame u. ſ. w. des Domcapitels in deutſcher Sprache nach der frühern Weiſe Wenzels, Karls IV. und früher Ludwig's „Gezüge deſer unſer Beſtetinge ſind die erwirdigen in Gott Vatere und Hern, Johannes zu Czenad, Diterich zu Havelberge, Dieterich zu Brandenburch Biſchoffe unde die edlen Sandowogius zu Polen uberſter Houptman, Johannes Grave zu Lindow, unſer Cammermeiſter, Johannes von Wolckow Ritter, Apetzko Proveſt zu dem Berlin, unde mehr guter Lude genug. Geben zu Berlin“ etc. Noch beſtätigt er (in lateiniſcher Sprache) die Urkunde vom Jahre 1187, worin Otto dem Domcapitel mehrere Schenkungen macht.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CCCXXXVI. Die von Hinrichsdorf zu Blankensee leisten dem Domstifte Ursede, am 29. Sept. 1381.

Wir Hans, Otte und Gunther, Brüdere, geheissen von Hinrickstorff, bekennen etc., das wir uns umme dy Sache unde Schelunge, das Jakob Zuriges und Peter Burkens, des Gadeshufs Underfetzen zu Brandenburg, zu und von unserm Schlosse zu Blankensey beschedigt und gehindert worden, und umme den Ban, den der ehrbar Herre, Her Henningk, Deken zu Sunte Niclas tu Stendal, darumme over uns gegeven hatte, güttlich berichtet haben, alsothane Wifs, das wir den Proest, Prior und Capittel unde das Gadeshufs zu Brandenburg noch ihre Underseffen nicht mehr hindern noch beschedigen sollen, das wehre denne durch unser Erbherren wille. Were auch, das wir ennige Schulde zu den Ohren hetten, dar sollen sie uns Rechtes zu helpen. Zu mehr Bekenntnifs der Berichtinge so habe wir, Hans, Otte unde Gunther vorgeschriben, unsir Ingesegele met Wissenschaft lassen hangen an den Brief, der gegeven ist anno domini M. CCC. LXXXI. in die Michaelis archangeli.

Nach einer Copie im ältern Copiario.

CCCXXXVII. Bischof und Capitel zu Brandenburg disponiren über die Wohnung in ihrem Hause zu Berlin, was ein Geistlicher, Wilke Wedige, von Peter Blankenfelden gekauft und dem Stifte geschenkt hat, am 13. Dez. 1381.

Wy diderick, van gades genaden bischop, hentzo proft, Bertram Prior vnd gantze Capitel der kerken tu Brandenburg bekennen — dat wy gonnen — dat dy wyse man her wilke wedige prister vnd Jacob wedige, syn frundt, mogen von vnses Capitels vnde gadehufs wegen ohre wohninge hebben in dat Erue, dat dar steidt in die stad tu Berlin iegen vnser frowen kerke tuschen Albrechts Ratenowes vnde der welkowinnen Eruen, dat die vorbenumede her Wilke wedige auegekoft heft mit dem houe vndt mit aller siner tugehoringe hern hugen, deme dat van dodes wegen erfliken angestoruen was, vnde dat Peter Blankenfelde borgere tu Berlin vor den Schepen vnde Schulte tu Berlin vpgenommen hadde von des vorbenumeden hern wilkens wegen vndt her wilke vnsere Capittel vnde godeshufs dat gegeuen hett vnde diefelue her wilke vnde Peter Blankenfelde vorgenant dat wedder vpgelaten hebben vp vnses Capittels vnde Gadeshufes behuff vnde die selue Peter Blankenfelde dat weder vpgenamen heft vor den Schepen vnde Schulte tu Berlin van vnses Capitels vnd Gadeshufs wegen tu Brandenburg tome rechten Erue, Alfo dat die vorbenumede her Wilke vnd Jacob wedige in dat Erue vnd hufs met syner togehoringe wonen vnd des gebruken mogen diewile sie beyde leuen vnde welk orer lengst leuet — vnde wu dicke wy oder vnse Nakomelinge tu Berlin kamen vnde darin tyn, die wile sie beide leuen oder ohrer iennich leuett, dat schall me io sunder oren schaden holden. — Brandenburg nach godes burtt dritteinhundert jahr darna in deme ein vnde achtichsten Jahre, an sunte Lucien dage der hilgen Jungfrawen.

CCCXXXVIII. Das Domcapitel erlaubt den Koſſäten in Fredersdorf Wald auszuroden und ſich Aecker daraus zu machen, am 23. Januar 1382.

Wy Hentze Proſt, Bertram Prior unde Capitel der Kerken tu Brandenburg bekennen in deſſen apen Brieve, dat wie hebben gefulbordett unde fulworden, des uns daran tu dunde is, dat die Coſſeten in deme Dorpe tu Frederickſtorp, dat derſelven Kerken gehort, mogen roden unde Acker maken deſſe neheſten ſes Jar umme in der Tugehoringe deſſelven Dorpes ſunder des vorſchreven Gades Huſs unde unſer Nakomelinge unde ock ander Lude, den dat andrapen unde anruren mach, allerlei Hinderniſs und Schaden. Des tu Orkunde unde Tuge etc. tu Brandenburch MCCCLXXXII. des Donredages vor Sunte Pawels Dage ſyner Bekeringe.

Nach einer Copie im ältern Copiario.

CCCXXXIX. Johann von Knobloch verkauft dem Domſtifte ein halb Viertheil der Wublitz mit zwei Wenden auf dem Kietz zu Schorin, am 2. Februar 1382.

Ick Her Jan von Knobelock, Perrer tu Etzyn, bekenne vor my und myne rechte Erven, und vor allen dy deſſen Briff ſyn und horen leſen, dat ick met Willen, unde met vorbedachten mude, ein halff verndel erſlikes Waters der Wubelitze, dat ik hatte my und mynen erven gekofft van Gife Direken, dy dat gekofft hadde van Hanſe Grabowe, Claweſe, Henrike, Ebele und Wilkene Broderen geheiten Hoppenrode, hebbe verkofft und verkope in deſſen Bryve, den erliken mannen hern Hentzen Proſte und deme Capittele tu Brandenburg met oberſten unde ſydeſten gerichte up den watere, met Erve togen, tynſen, Alrepe, grot und kleyne viſcherien, met twen Wenden up deme Kytze tu Schorin met oberſten unde ſyderſte gerichte dar vuer, met Weide und vrucht und wes em nod is, met tegeden, rokhunren, met ihre nut und wonheit, met alme rechte und met allen anderen oren tugehoringhen nicht utgenomen, ſo dat ik unde mynen Erven in den Wateren und gutern nyne rechticheit, unde nicht vortmer behalden, und vertyen al und gentzliken up des vorſchreuen proſtes unde Capitteles tu Brandeborch behuf und wel des gewer ſyn, wen und wor des nod is. Unde die Proſt unde dat Capittel hebben my darumme wulkomen genuge gemaket. Des tu Orkunde und tu thughe hebbe ik her Jan van Knobelock vorbenumet myn Ingeſegel wittliken met guden Willen laten hanghen an deſſen briff. Dy gegeven is tu Brandeburch, in den Jaren Goddis dritteynhundert jar dar na in dem twe unde achtentichſten jare, an unſer vruwen Daghe Lichtmeſſe.

CCCXL. Das Domcapitel bittet das Prämonſtratenſerkloſter St. Vincenz in Breslau, ſeinen Domherrn Johann Budden auf 2 Jahre aufzunehmen, am 3. Februar 1382.

Venerabilibus patribus et dominis Abbati totique conventui monaſterii ſancti Vincentii ordinis Premonſtratenſis in Wratiſlavia, Hentzo prepoſitus, Bertramus prior totumque capitulum eccleſie Brandeburgenſis ejuſdem ordinis devotas orationes cum ſinceritate mutue charitatis

in deo vero. Venerabiles patres et domini, vestre charitati tenore presentium significamus, quod Johannes Buden, canonicus noster professus, lator presentium, qui licet nuper absque nostra licentia de nostra et sua ecclesia inobedienter aliquamdiu discessit, ductus tamen penitentia ad eandem ecclesiam redire desiderans, ipsum humiliter ad nos redeuntem receptavimus, salva ordinis disciplina. Penitentiam cum humilitate suscepit peragendam. Eundem vestre charitati transmittimus, affectuose supplicantes et devote, quatenus dei et nostrorum precum intuitu et ob reverentiam ordinis ipsum in vestro monasterio et conventu colligere et sibi in victu, calceamentis, vestitu et aliis vite necessariis a data presentium per biennium, si ipsum infra non revocaverimus, prout uni de vestris providere et fraterna in domino charitate tractare dignemini, quod vicissitudine equali, si oportunum fuerit, erga vestras personas benevole remereri volumus requisiti, dominicam, qua cantatur Oculi mei semper etc. proxime instantem pro tempore essendi erga vos sibi presentibus assignantes. Datum Brandenburch, anno domini M.CCC.LXXXII. die Blasii beati martyris, prepositi Brandeburg. sub sigillo.

Nach einer Copie im ältern Copiaro.

CCCXLI. Das Domcapitel bittet das Pärmonstratenserkloster Strahau einen seiner Domherren auf zwei Jahre aufzunehmen, am 9. Febr. 1382.

Venerabilibus patribus et dominis abbati totique conventui in Strahavia, ordinis Premonstratensis, Hentzo prepositus, Bertramus prior totumque capitulum ecclesie Brandenburgensis ejusdem ordinis devotas orationes cum sinceritate mutue charitatis in deo vero. Venerabiles patres et domini, vestre charitati attente supplicamus et devote, quatenus Nicolaum de Arneburch, presbyterum nostrum, canonicum professum, exhibitorem presentium, qui propter quasdam inimicitias cum sui quiete animi in ipsa ecclesia ad presens nequeat commorari, dei et nostrorum precum intuitu et ob reverentiam ordinis in vestro monasterio et conventu colligere et sibi in victu, calceamentis, vestitu et aliis vite necessariis a data presentium per biennium, si ipsum infra non revocaverimus, prout uni de vestris providere et fraterna in domino caritate tractare dignemini, quod necessitate equali, si oportunum fuerit, erga vestras personas benevole remereri volumus, requisiti, dominicam, qua cantatur Oculi mei semper etc. proxime instantem pro termino essendi erga vos sibi presentibus assignantes. Datum Brandenburg, anno domini M.CCC.LXXXII. sabbatho ante proximam dominicam beate Scholastice virginis, prepositi Bandenburg. sub sigillo.

Nach einer Copie im ältern Copiario.

CCCXLII. Der Cardinal Lucas beauftragt den Bischof von Brandenburg mit einer Entscheidung in Sachen des Klosters Montis sereni, am 15. April 1382.

Venerabili in Christo patri dei gratia Episcopo Brandenburgensi uel eius Vicario in spiritualibus, Lucas miseratione diuina tituli sancti Sixti presbyter Cardinalis salutem et sinceram in domino caritatem. Ex parte Curadi Canicz, Vlrici Slegel, presbyterorum, ac Bernardi pisto

ris et Conradi Nuenborch diaconorum canonicorum Monaſterii Sancti Montis ſereni, eccleſie Romane immediate ſubiecti, ordinis Sancti Auguſtini, Magdeburgenſis dioceſis, nobis oblata petitio continebat, quod cum olim quidam laici cum certis familiaribus ipſius Monaſterii infra ſepta eiuſdem Monaſterii ſe mutuo uerberando inuicem rixarentur, negotio huiuſmodi ad dicti Curadi Canicz notitiam deducto, ipſe Curadus velociter aſſumpta lancea pro ſuccurſu dictorum familiarium ad locum vbi huiuſmodi rixa fiebat cucurrit, et cum vnus ex dictis familiaribus non appareret dictus Curadus eum querens et videns vnum de dictis laicis currentem contra eum quendam cultellum quem habebat contra eundem laicum iactauit, ipſum tamen nec quemcunque alium non tetigit nec percuſſit: deinde prefati Vlricus, Bernardus et Curadus caſu ſuperuenientes ſine armis premiſſis conſideratis pro ſui concanonici liberatione ſe interpoſuerunt turbaque laicorum multiplicata idem canonici ſe intra valuam dicti Monaſterii reduxerunt valuamque clauſerunt; Sed cum vnus ex dictis laicis valuam rurſus aperuiſſet, dicti canonici cum ſuis familiaribus extra valuam cucurrerunt fugantes et repellentes dictos ſuos emulatores, et tunc quidam ex dictis laicis prefatum vlricum vulnerauit ipſeque Vlricus ipſum laicum repercuciendo vulnerauit citra tamen mortem aut mutilationem uel alicuius membri ſui debilitationem. Tandem ſuccreſcente tumultu Tydericus vorholcz, ſubaduocatus loci illius, ſuperuenit et ſe huiuſmodi tumultui immiſcens quendam ex ipſis laicis vulnerauit, de quo poſtmodum expirauit, ipſo ſubaduocato continuo afferente, ſibi tanquam officiali premiſſa facere licuiſſe. Et licet prefati canonici in premiſſis aliam opem uel operam non dederunt, tamen a ſuorum executione ordinum abſtinuerunt extunc, prout abſtinent de preſenti, culpam formidantes, ubi culpa tamen minime reperitur. Super quibus ſupplicari fecerunt humiliter, eis per ſedem apoſtolicam de oportuno remedio miſericorditer prouideri. Nos igitur auctoritate domini pape, cuius primarie curam gerimus, Circumſpectioni veſtre, cum ordinarium eorum habeant in hac parte ſuſpectum, committimus, quatenus, ſi premiſſa per diligentem inquiſitionem inueneritis, uera fore et dicti exponentes alias culpabiles non fuerint in premiſſis, ſuper quibus veſtram intendimus conſcientiam onerare, declaretis ipſos exponentes occaſione premiſſorum nullam irregularitatis maculam incuriſſe et eos premiſſis non obſtantibus in ſuis ordinibus licite poſſe miniſtrare. Datum Rome, apud ſanctum Petrum XVII. Kal. Maii Pontificatus domini Vrbani pape VI. anno Quarto.

Jo. Penouenitertri pro teſte Ant. de Caluis.

Nach dem Originale im Königl. Sächſiſchen Staats-Archive in Dresden.

CCCXLIII. Das Domcapitel ſendet einen Mönch dem Kloſter Pudgla zurück, am 1. Sept. 1382.

Venerabili in Chriſto patri, abbati monaſterii in Pugdlow, ordinis Premonſtratenſis, Henzo prepoſitus, Bertramus prior totumque capitulum eccleſie Brandeburgenſis ejuſdem ordinis ſinceram et fraternam in domino charitatem. Quia proh dolor eccleſia noſtra in ſuis redditibus et proventibus ex malorum ſuggeſtione, inſtigatione et guerris devaſtata miſerabiliter extenuata atque debitorum oneribus graviter occupata exiſtit, propter quod non ſolum preteritis afflicti malis ſed et futuris jam de novo imminentibus non ſolum propter premiſſa verum etiam propter raptorum vexationem et tyrannorum angariationem nobis mala pejora prioribus et erumnam non modicam evenire formidamus. Ideirço veſtre venerabilitati fraterneque dilectioni ſupplicamus ſtudioſe cum affectu, quatenus fratrem Mathiam veſtri monaſterii, quem nobis miſeraſtis, nobiſcum aliquamdiu commanendum, benigne

Ymand von ſinen frunden edder ſuſt Ymandt van ſiner weghen deſſen vorſcreuenen herren Biſſcope, probſt und Capittel edder de oren umme deſſer vorſcreuenen ſake Willen med rechte edder unrechte anlangheden vor gheordende edder bevalen richtere effte wo man de nennen muchte und em dath in ſcaden velle, den ſchaden und allen ſchaden den ſie von des weghen edder ſineth haluenen deſſe ehde anlanghenden liden muſten, den laue wi vorgeſcrebenen borghen und truwe medelauer ſakeweldich ſamederhanth med unſen erffen gheboren und ungheboren vul und ane arghelift, hulperede und alles gheuerde em wol tho benemenden. Des tho merer bekentniſſe hebbe ik her Johan Bardeleuen Canonick des Cappittels tho Brandenborch alſe rechte ſakweldeghe und wy her Bartholomeus poſtamp Hermen und Demke de Bardeleuen gheheten vorghenanth al myt ſomder hanth alſe treue borghe medeloffer und ſakweldeghe, ock eyn iſſlick perſonlick und vor ſine eruen ghebaren und unghebaren, vor deſe ſake och feide und eheden, de gnanter her Johan Bardeleuen umme ſines unhorſames wille ghedan hefft und noch ghewardich in Krafft deſſes breues deyth, allen ſamenth und eyn iſlick beſunderen ſin Inghefeghel med witſchap lathen hanghen an deſſen breff, De gegeuen und ſcreben is Na Criſti unſers Herrn Gheborth Tuſent verhundert in deme ſis und ſechcegheſten Jaren, Am Sonnavend na der Duſent Jungfroweu daghe.

Aus dem Copialbuche.

CDLXXII. Biſchof Dietrich belehnt den Herzog Ernſt von Sachſen mit den Schlöſſern Elbenau und Gottow, am 8. Nov. 1466.

Wir Dieterich, von Gots Gnaden Biſchoff zu Brandenburg, bekennen offenbar mit diſem Briffe von allen den, di yn ſehen oder horen leſen, daſs wir den Irluchten Hochgebornen furſten Vnſern gnedigen Herren Herrn Ernſte, Hertzogen zcu Sachſen Kurfürſten des heiligen Romiſchen Reichs, Ertzmarſchalck, Landgraffe in Doringen und Marggraff zcu Meiſſen, Gelegin habin ſolche Schlöſſer und Leben-Gutter, Alſs ſein Vorfarn unde Vater ſeligen von Vnſern Furfaren und Vnſern Kirchen zcu Brandenburg zcu Lehne gehabt haben, Nemlich die Schloſſer unde Veſten Elvenaw, Rannis, Gatow mit aller ihrer Zugehorung unde dem halben Zcoll zcu Rannifs unde Dyrbergen darczu den Schmalen Fleiſch Zcebenden Im dem Lande zcu Sachſſen, ſo weyt Vnſer Biſchthum Keret, unde lyghenn ym die obgeſchriben Schloſſe und Lehenguter mit crafft diſs Briffs unde haben ym hiran gelegin alles, das wir feiner Gnaden von rechts wegen lyhen ſollen unde mogen. Getzuge ſint deſs die Irluchte Hochgeborne fürſten Unſer gnedige Herrn Herrn Friedrich, Marcgraffe zu Brandenbvrg, Kvrfvrſte, des heiligen romiſchen Reichs Erz Kamerer, zcu Stettin, Pomern, der Caſſuben und Wenden, Hertzoge unde Burcgraffe zcu Norenberg, die Wohlgebornen geſtrengen unde Veſtin Herrn Gottfriet Graffen und Herrn zu Holach, Jorge von Waldenfels Ritter Hugolt von Slienitz Obermarſchalg, Balthaſar von Slibenn Hauptmann zcu Trebbin unde Nikel von Kokeritz. Zcu Vrkunde mit Vnſern anhangenden Inſigel verſigelt. Geſcheen und geben zcu Jutterbogk, am Sonnabende Octav. omnium Sanctorum, Nach Gots gebort Virtzehnhundert unde darnach im Sechs und Sechzigiſten Jare.

Ludwig, Reliq. X, 581.

CDXLXXV. Der Propſt Eberhard Woltman in Magdeburg bezeugt, daß der Biſchof Dietrich die Kirchen in der Stadt Burg mit ſeinem, dem Marienkloſter vereinigt habe, am 16. April 1467.

Nos Everhardus Woltmann prepoſitus, Hermannus prior, totumque capitulum monaſterii eccleſie beate Marie virginis civitatis Magdeburgenſis, ordinis Premonſtratenſis, recognoſcimus etc., quod reverendus etc. dominus Thidericus, epiſcopus Brandeburgenſis, prioris ac totius capituli eccleſie ſue Brandeburgenſis conſilio, unanimi conſenſu pariter et voluntate, ad petitionem et ſupplicationem noſtras eccleſiam parrochialem beate Marie virginis et ſuam appenditiam, videlicet eccleſiam ſancti Nicolai in opido Borgh, Brandeburgenſis dioceſis prepoſiture monaſterii noſtri antedicti duxit uniendas ac univit, prout in literis ejuſdem domini noſtri, epiſcopi Brandeburgenſis deſuper confectis, quarum tenorem hic pro expreſſo haberi volumus, de verbo ad verbum plenius continetur et habetur, ſtatuitque, ordinavit et decrevit idem reverendus etc. Theodericus, epiſcopus Brandeburgenſis antedictus, prefatas eccleſias in Borgh de cetero et imperpetuum cum prepoſitura noſtri monaſterii unum et unicum eccleſiaſticum beneficium fore et curam animarum ac titulum earundem eccleſiarum apud nos Everhardum prepoſitum et noſtros ſucceſſores pro tempore exiſtentes eſſe, nos quoque et ſucceſſores noſtros veros plebanos et rectores dictarum eccleſiarum cenſeri debere. Cum autem prepoſitus noſtri monaſterii antedicti, qui tempore vacationis dicte noſtre prepoſiture per confratres noſtros electus fuerit, confirmationem ſeu proviſionem prefate noſtre prepoſiture a reverendiſſimo in Chriſto patre et domino, domino archiepiſcopo Magdeburgenſi, domino noſtro generoſiſſimo pro tempore exiſtente ſuſceperit, debet etiam ad petendum et recipiendum curam animarum et regimen plebis dictarum eccleſiarum, omni prorogatione remota a prefato reverendo patre et domino Theoderico epiſcopo Brandeburgenſi et ſucceſſoribus aut in ſpiritualibus ſuis vicariis eſſe aſtrictus ac eccleſias prefatas per confratres noſtros aut alios preſbiteros ſeculares idoneos ad nutum ſuum tociens quociens ſibi expedire videbitur, regere aut committere regendas. Illi vero, quibus hujuſmodi eccleſias prepoſitus noſtri monaſterii duxerit committendas, debent nominibus earundem eccleſiarum ſinodos viſitare procurationes annuas domino noſtro generoſo epiſcopo Brandeburgenſi antedicto et ſuis ſucceſſoribus ratione viſitationis ac prepoſito dicte eccleſie Brandeburgenſis occaſione ſinodi annualis debitas ſeu alias conſuetas una cum caritativo ſubſidio impoſito et poſtulato ac omnia alia et ſingula jura epiſcopalia in quodam privilegio incorporationis earundem eccleſiarum pie memorie Friderici, epiſcopi Brandeburgenſis, latius expreſſa et contenta ſingulis annis exſolvere atque porrigere, nec non juriſdictioni et correctioni ejuſdem domini epiſcopi et prepoſiti eccleſie Brandeburgenſis ſuorum ſucceſſorum ac officialium eorundem, quamdiu dictas eccleſias rexerint ſubeſſe et ipſorum mandata fideliter exequi aut executionem debite facere demandari. Et ne amplius ab eiſdem eccleſiis ſeu rectoribus earundem pro mediis fructibus aut cathedratico quicquid exigatur aut poſtuletur, nos Everhardus prepoſitus, Hermannus prior totumque capitulum monaſterii antedicti promittimus ac ſtabili fide ſpondemus pro nobis et noſtris ſucceſſoribus ſepefato reverendo in Chriſto patri et domino, domino Theoderico epiſcopo Brandeburgenſi et ſuis ſucceſſoribus duos pro canonica et legitima portione aut mediis fructibus tempore viſitationis cleri in Seieſer, prepoſito vero eccleſie Brandeburgenſis pro cathedratico tres florenos renenſes ſuper feſto Walburgis a data preſentium continue computando ſingulis annis perpetuis futuris temporibus abſque aliqua contradictione diſponere, dare atque pagare. In cujus rei evidens teſtimonium etc. MCCCCLXXII. die ſexta decima menſis Aprilis.

Nach dem Originale.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CDLXXIV. Thile von Lindow und deſſen Gattin Kathrina von Königsmark verkaufen dem Domſtifte ihr Gut in Damme, am 6. März 1469.

Ick Tile von Lindow Bekenne van myner und miner Erffen weghen vor alle dejenigen, de duſſen breff ſeen horen edder leſen openbar, dath ik vorkofft hebbe und vorkope mid Krafft duſſes breues den werdeghen gheiſtliken hern Ern Petro Howener Probſte unnd ſinen nakommen Probſten und dem gantzen Capittel der Kerken tho Brandeborch ſodanes gud mid alle, ſo ik id tho Damme ghehath hebbe, Dath denne myner Eliken huſſrowen Katherinen geb: von Koneſmarke ok tho orem liue gheleghen was, Nemelik eynen ffrigen hoff dar ik up plach tho wonende mid allen acker, pechten, auerlande, Weſen, ghebruckden, holten und anderen dinghen nicht uthgenamen, Negentein ſcepel roggen Neghentein ſcepel gherſten und eynen haluen Wiſpel Haueren med ſouen hüneren uppe Peter Bottgins hoff, Neghentein ſcepel roggen, Neghentein ſcepel gerſten med eynen haluen Wiſpel haueren uppe Claus Lochouwes hoff, Theindehalue ſcepel roggen, theindehaluen ſcepel Gerſten und ſes ſcepel haueren uppe Hans Smoldemans hoff, virtich hüner van den twen hauen de tho eynen (hoff) leth ſin, den nüw hans Goden hefft, und vertein hunere van dem wuſten haue, de nu noch wuſte lecht med twelff groſſchen Zappentinſes van der ſellinghe, Ok myn deel des ſtraten rechtis und allerleye, nichts uthghenamen, ſo ik dat dar ſulues wenth her ghehath hebbe. Sodanes liſgud vorbenomet vorlathe ok ik Katharinen elike huſſrowe Tile von Lindowes varghenanth mit deſſen breue, ſo ik dath ok rede munthlik und nü lachende vorlathen hebbe und vorlathe den werdeghen herrn Petro Probſte und ſinen Cappittel und ſegge em des quid und loſs, ſe nummer meer dar umme antholanghen, na dem ſe my dath med ghelde nemelik achtentich ſcokken wedder ſtadich ghemaketh hebben, de ik ſulues von em entphangen hebbe, der ik em ok quid leddich und los ſegghe med duſſen breue. In ſodanes gud tinſe und pechte med allen anderen dinghen vorbenometh, ok myner huſſrowen vorlathen liffghedinge Ick Tile van Lindow de werdeghen herrn und cappittel vorghemeldet inwiſe in deſſen gegenwardeghen ſcrifften, ſo ik ok munthliken dar an hebbe gheweſen und vorthie my aller ghewalt und rechtecheit, de ik in deme genanten Dorpe Damme ghehath hebbe, nichtes uthgeſlaten, Alſo dath de genannte herren probſt und Cappittel ſcolen deſſe vorbenomeden tinſe und pleghe tho Ewighen tiden van my und mynen Erffen ok myner huſſrawen ungehindert up heuen und der ſück ghebruken med allen anderen dinghen uorbenometh und ſette ſe in de Were, de ik ok vor lathe in Crafft duſſes breues. Des ik em ein ghewere wil ſin vor allermalk. Vor deſſe vorgeſcreuen tinſen, pechte und ander gut vorghemelt hefft mi de gnante werdeghe herr probſt ghegheuen und wol thó danke vornughet dre hundert und dre und twintich ſcok groſſchen merkeſcher Werunghe eyn ſammeth med der wedderſtadinghe myner huſſrowen liffgedinghe, der ik em quid leddich und los ſegghe in Krafft duſſes breues med myner eliken huſſrowen vor alle myne eruen. Sodanes ghelt ik vort an ander guder my myner huſſrowen und eruen bequemer gheleghen ghelecht und gekeret hebbe. Tughe alle deſſer vorſcreuenen ſtucken ſint de duchteghen und Erſamen Claus, Hans und Fritze van Knobelock, Otto Bardeleuen und Gores Rixe, Claus Berenwolde, Valentin Gotzke, Hans Rock, Rule Berenwolde und Andreas Damſtorp uth der alden und nigenſtad Brandeborch, Hans Decker und Kilian Bochow van Nouwen. Destho merer bekanntniſſe und beveſtinghe aller punkte und articeln vorgeſcreben hebe ik Tile von Lindow van myner myner huſſrowen ok myner erffen weghen myn inghefeghel an duſſen brieff lathen hanghen. De geſchreuen is na Criſti unſes herrn geborth vertheinhunderth in deme neghen und feſtegheſten jaren, des mondaghes na Oculi.

Aus dem Copialbuche.

CDLXXV. Kurfürst Friedrich II. schreibt an die Stadt Brandenburg wegen des Gerüchtes daß er den Bischof zu Brandenburg gemißhandelt habe, am 10. Sept. 1469.

Fridrick, von Gots Gnaden Marggrave etc. Unſen Grud tovorn. Liven Getruwen. Wy hebben vernomen, wy eyn Gerüchte by iw uth gekomen ſy, dat wy uns mit dem Biſſchoppe van Branndburg ſere geonwilliget ſcholen hebben und uns gedrowet to ſlahende, dat denne ſo in der Warheit nicht geſchien iſt und hefft uns und unſer Herſchap grote merckliche Dinſte gedan, dat wy ſodans engerne don und med Dancken wolden an em to donde. Als begeren wy von iw in ernſter Meynunge, dat gy derfaren, wy ſulke Logene ouer uns dordacht und uth gebracht het, ock eyn upſehent dar to don, efft uns noch ymandt ſo thun werden, ſettede und ſtroffen dy van unſern wegen to Live und to Gude. Daran do gy uns ſundernen to Dancke und willen dat in Gnaden gegen iv erkennen. Dat iſs ſo unſe gantze ernſte Meynunge. Datum Tangermunde am Mandage na Nativitatis Marie anno MCCCCLXIX°.

Nach dem Originale.

CDLXXVI. Bischof Dietrich bestätigt einen in der St. Gotthardskirche gestifteten Altar, am 31. Jan. 1472.

Theodoricvs, Dei et Apoſtolice ſedis gratia Epiſcopus Brandenburgenſis — pro parte providorum et circumſpectorum virorum proconſulum et conſulum civitatis Brandenburg oblata nobis petitio continebat, quod cum ipſi altare novum in Eccleſia parochiali ſancti Godehardi in dicta civitate Brandenburg in honorem ſanctorum Jacobi Apoſtoli, Fabiani et Sebaſtiani martyrum, yvonis confeſſoris et Juſtine virginis fundaverint, et certis annuis redditibus piorum Chriſti fidelium ſubſidio mediante, qui ad hoc ſuas eleemoſinas largiti fuerint, pro ſuſtentatione preſbyteri ipſum iſtud pro tempore regentis dotaverint inſuper pro . . . fratribus fraternitatis corporis Chriſti in dicta civitate Brandenburg interim quidem ipſa fraternitas in vigore fuit aſſignantes, prout hec omnia in literis fundationis ſubinſertis, ſanis, integris, illeſis, non vitiatis, non cancellatis, non abolitis, neque abraſis, ſed omni prorſus vitio et ſuſpicione carentibus ſigillo vero memorate civitatis rotundo et de cera rubra glauce impreſſa, in cujus medio urbs turrita et aquila volitans in Schuto urbi ſupra poſita, in circumferentia vero characteres has dictas deputantes ſigillum veteris civitatis Brandenburg apparuerunt Pergamenti preſſula impendent, ut prima facie apparuit ſigillatis plenius apparent, quatenus dictas fundationem dotationem . . . . aſſignationem poſſeſſionem et ſucceſſionem ceteraque in dictis fundationis literis quelibet contenta ratificare et confirmare dignaremur, quarum quidem literarum tenor ſequitur, et eſt talis:

In nomine S. Trinitatis Amen bekennen wy Borgemeiſter und Rathmann der olden Stadt Brandenborch old und Nie, dat wy met Rade des Erwürdigen in Gott Vater und Hern, Herrn Stephani, Biſchophs thu Brandeburg Wille und vullborte in unſer Pfarer Kerken Gode to loue, Marien ſiner lieben Muder tu ehren, und tu dienſte eyn nye Altar met Hulpe guder Lüte, di dar ere milde Almoſen tu gereicket und gegewen hebben, geſtiftet upgerichtet, beſtettiget und vollenbracht heben, dat wy begiftet hebben mit teyn Pund Pennigen jehrlicher Rente, di wi in wedderkops Rechte und gemeinlicher gewohnheit gekoft hebben, und ſtan datſelbe Altar men wyen werdt in die Ehre S. Jacobus, des hylgen Apoſtels, Fabiani und Sebaſtiani der hilgen mertylers, yvonis des hiligen Bichtigers, und

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Juſtine der hiligen Jungfrowen, und hebbe vorbat die lyging deſſelben Altares befahlen und tho geſtadet den vorſichtigen unſen medeborgern, die des heiligen Bludes Gilde in der vorbenumten Statt hebben eder wie in tiden die Gilde krigen und hebben mogten, in ſotaner nachgeſcreven wiſe, dat die mehr genante Vorſtender und Gilde Bulen gemeinde ſcholen und mögen, wen dat not tut, dat Altar verlihen einen redlicken fromen erlicken Priſter, de den darby wohnen und fulven beleſen ſchal und von plichte in der wecke vir miſſen holden, by nahme alle Montage ſchal he leſen eine ſiel Meſſe ollen Chriſten verſtorben ſilen tu troſte, alle mittewecke morgen ene fru Miſſe nach ſinen behagen, wahr em Gott innigheit tu ſend, des Dunnerſtags von dem hilgen Lichnam, des Sonnabendes von unſer liven Fruwen etc. Wer et ougk, dat die Altariſte des Altares na den willen Gades uerſtorve unde abeginge von todes wegen, und die meiſters die gilde Bulen gemeinde nich künten to hope hebben, ſo mügen die meiſters old und nye met den Oldeſten und upperſten der Gilde dat Altar einen framen Priſter ume Gades willen leyn unſchedlik der Lyginge, eft dar ein gulde Broder edder dry der Gülde nicht gegenwertig weren. Diſſe vorgeſcrevenen Gilde ſchol dat ergenante Altar mit Miſſgewende, Kelcke und Bucke na erem beſten vermügen in tu geweren und in beteringe holden; ſunder geſcheet, dat die Gulde viele und verginge, ſo will wy Borgemeſter und Radmanne deſer vorgeſcrevenen olden Stadt Brandenborch dat Altar verlyhen unde die Renten mit den Hovet ſtule in geweren holden na unſen allerbeſten Vermügen: deſſelben willen wy auck . . . offt dat oftgenante Altar nejeyne einen Priſter hadde, und die gülde Bulen in der verlyginge und en ander ſick nicht vertragen künten und nicht verlyen, ſo will wy und mügen dat Altar vorlyen ſunder der gulde wedderſpracke, wo dicke und vacke ſodanns geſchehe, dat ſie ſich nicht vertragen kunten und nicht verleyen, doch unſchedlicken, dat die Gilde dat Altar up ein ander tied eintrechtlicken one cruth und twytracht wedderum ſoll vorlyen mogen und ſcholen to ewigen tieden. Des to mehrer Bekantniſſe hebben wy ergenannten Borgemeiſter und Rathmanne der olden Stadt Brandenborch Inſigel met Witſchap laten hangen an deſen open Brief. Gegeven na Goddes Gebord virteinhundert Jar darnach in den vier und feſtigſten Jar am Tage Arnolphi Epiſcopi et Confeſſoris.

Nos vero Theodoricus Epiſcopus prefatus attendentes hujuſmodi pium et devotum affectum noſtrorum ſubditorum maxime omnium nobis commiſſorum plus confirmandum quam infirmandum fore, ideoque dictorum petentium ſuplicatoni — ſed et divini cultus augmentationi favoroſius inclinati predictas fundationem, dotationem — aſſignationem, poſſeſſionem et ſucceſſionem cum omnibus et ſingulis aliis claufulis punctis et articulis in preſ. inſertis fundationis literis quelibet contentis ratificamus autoriſamus et approbamus ac autoritate noſtra ordinaria Dei nomine in his ſcriptis perpetuis temporibus inconvulſa permanenda confirmamus decernendo reditus ac proventus dicto altari pro tempore appropriatos eccleſiaſtici muneris privilegio frui ac gaudere debere inhibentes omnibus et ſingulis utriuſque ſexus hominibus, ne de dictis bonis minus vel alienare aut . . hujuſmodi noſtram confirmationem auſu temerario quicquam adtemtare preſumant, alioquin indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli Apoſtolorum ejus ac noſtram ſe noverint incurſuros. In quorum omnium et ſingulorum fidem et teſtimonium premiſſorum has noſtras confirmationis literas exinde fieri noſtrique juſſimus et fecimus appenſione ſigilli roborari. Datum in Caſtro noſtro Seieſer, Anno Domini milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo ſecundo, die vero veneris, ultima menſis Januarii, pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto patris et Domini noſtri Sixti divina providentia Pape IV. anno primo. Hujus autem noſtre confirmationis teſtes ſunt venerabiles honorabiles et validi Domini Magiſter Ludovicus Brun, noſter in ſpiritualibus Vicarius, Johannes Bagewit curie noſtre officialis, Marcus Helwig, Paulus Küle et Georgius Kanemeker Capellani, Sigiſmundus Eikendorp loci Conſiſtorialis in Seigeſer

Notarius, Johannes Walwitz Marſchallus, Hinricus Ziegelheim Advocatus, Johannes de Stechau, Conradus Brand, Johannes et Richardus fratres condicti de Bardeleve, Edgardus de Stechau, Martinus de Kalenberg, Joachim de Treskau, Gerhardus de Biren et alii quam plures familiares noſtri continua fide digni.

Nach dem Originale.

CDLXXVII. Notariatsinſtrument über des Arnold von Burgſtorfs Reſignation des Bisthums Brandenburg und demnächſt erfolgte Beſtätigung in demſelben, vom 19. Juli 1472.

In nomine domini amen. Tenore preſentis publici inſtrumenti cunctis illud intuentibus pateat evidenter et ſit notum, quod anno a nativitate domini milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo ſecundo indictione quinta die vero dominica, que fuit decima nona menſis Julii, hora veſperarum vel quaſi, Pontificatu ſanctiſſimi in Chriſto patris et domini noſtri domini Sixti divina providentia pape quarti anno ejus ſecundo, in mei Notarii publici teſtiumque infra ſcriptorum ad hoc ſpecialiter vocatorum et rogatorum preſentia perſonaliter conſtitutus Illuſtriſſimus princeps et dominus dominus Albertus Marchio Brandenburgenſis S. R. I. Archicamerarius et princeps Elector . . publice propoſuit et dixit, quatenus quia poſt deceſſum felicis recordationis reverendi in Chriſto patris et domini domini Theodorici quondam Epiſcopi Brandenburgenſis pie defuncti domini de Capitulo eccleſie Brandenburgenſis ad precipitantem et celerem novi paſtoris arripuiſſent electionem, antequam obitus prefati Epiſcopi ipſi innotuiſſet, quo autem audito ſenſiſſet ſe occaſione iſtius gravatum et hujuſmodi electionem ſic precipitanter factam ſibi et ſuo juri ac diuturne obſervationi prejudicialem, ex quo ſibi admetiretur ante electionem nominationem et nominandi habere poteſtatem, vigore cujus electio fieri deberet ſuper illo, quem gratia ſua nominaret, vel unuſquiſque Marchio Brandenburgenſis princeps Elector pro tempore exiſtens quolibet tempore cum ſe facultas offerret poteſtatem nominandi haberet, unde gratia ſua appellaſſet et prepoſitum ac capitulum dicte eccleſie Brandenburgenſis coram ſe Tangermund trans Albeam vocaſſet ipſis gravamen ſuum et appellationem factam intimando proteſtatuſque fuiſſet expreſſe per tractatus in hujuſmodi cauſa cum capitulo habendos eidem appellationi ſue facte in aliquo non derogare, ſed non minus eam proſequi vellet ſi amicabilis compoſitio non interveniret et inter cetera attemptaſſet, eandem electionem factam fore renuntiandam et proſtergendam, quo facto nominare vellet, uti illuſtriſſimus princeps et Dominus Dominus Fridericus quondam Marchio Brandenburgenſis Germanus ipſius pie defunctus peregiſſet, juxta quam electionem de novo eligere deberent, quemadmodum ſecundum nominationem prefati fratris ſui per venerabilem Albertum Clitzingk modo prepoſitum Berlinenſem eo tempore capitulo antedicto patefactam noviſſimum Epiſcopum pie defunctum elegiſſent, quem dictus frater ipſius ſcriptis ſuis et per dictum Albertum Klitzingk oretenus nominaſſet, quibus prepoſitum et capitulum ibidem preſentes rogaſſet, infra octo dies proxime ſequentes deliberare et cum infra eundem terminum Brandenburg cum eis vellet conſtitui ſuper his benevole reſpondere. Quod et factum eſt, prout et quemadmodum ego Notarius infraſcriptus de his omnibus ab eodem principe memorato ac aliis fide dignis ſufficienter ſum informatus. Quo termino prefato adveniente et dicto domino principe Marchione Alberto in urbe Brandenburgenſi perſonaliter conſtituto ſuper aliis mediis et attentationibus per prefatum Dominum principem eidem capitulo

propoſitum eſt, a prepoſito et capitulo per plebanum nove civitatis Brandenburgenſis concapitularem de conſenſu omnium unanimiter reſponſum, quod prepoſitus electus eſſet pronus electionem in perſona ipſius factam capitulo reſignare, quemadmodum etiam factum eſt in preſentia domini Marchionis prefati, et ex quo idem prepoſitus ad tantam dignitatem ſuſcipiendam fuerat idoneus et eidem principi ad preſulatum gratus et non perſona dicti prepoſiti ſed tantum electio ſic precipitanter facta juxta prenarrata diſplicuit, ſua gratia in melius dicte eccleſie Brandenburgenſis deliberato animo ſuper jure ſuo et diutina obſervatione uti Marchio Brandenburgenſis et S. R. I. princeps elector prememoratum prepoſitum in prefate eccleſie Brandenburgenſis Epiſcopum et paſtorem nominavit et erga capitulum ut ipſum prepoſitum juxta ſui nominationem de novo eligeret inſtitit, quod et deliberato animo bona voluntate et concorditer eſt peractum, et idem capitulum coram eodem principe ipſum nominatum quemadmodum illum qui ſuper ſui nominationem per omnes dominos de capitulo ibidem perſonaliter preſentes aſſumtus et electus exiterat ut ipſius gratie et ipſorum Epiſcopum preſentarunt ipſum et eccleſiam ſuam Brandenburgenſem una cum omnibus et ſingulis ſpiritualibus et ſecularibus ipſius ſubditis eidem principi commendando intime rogantes, ut eundem literis promotorialibus coram ſanctiſſimo domino noſtro apoſtolico et cetu Cardinalium in negotio confirmationis obtinende et ut in annatis perſolvendis ultra taxam antiquam prefate eccleſie non gravaretur gratia ſua libere promotum dignaretur. Ad que omnia prefatus dominus princeps benevole reſpondit eorum petitioni annuendo, adjiciens ipſum et capitulum ipſius ac dioceſis una cum ſubditis ſpiritualibus et ſecularibus uti fideles ſuos ſubditos generoſe habere commendatos, ſuper quibus omnibus et ſingulis ſepefatus princeps ſibi a me Notario publico infra ſcripto unum vel plura publicum ſeu publica fieri petiit inſtrumentum ſeu inſtrumenta tot quot forent neceſſaria. Acta ſunt hec in quadam aula epiſcopali in urbe Brandenburgenſi anno indictione die menſe hora et pontificatu quibus ſupra preſentibus ibidem venerabilibus ſtrenuis ac validis viris dominis, Johanne Stadis Decretorum Doctori in Seehuſen et Alberto Klitzingk in Berlin prepoſitis, Georgio de Waldenfels milite, Mathia de Schulenburg, Bernhardo et Johanne fratribus dictis de Bredov nec non Conrado Schlabberndorff teſtibus ad premiſſa vocatis et requiſitis.

Et ego Caſpar Crüger clericus Brandenburgenſis dioceſis publicus ſacra imperiali auctoritate Notarius etc.

Gercken's Stifts-Hiſtorie S. 662—666.

CDLXXVIII. Notiz über die Lehngüter des Hans Bentzdorf zu Brandenburg zu Klein Weſeram, Jeſerig und zu Brandenburg, worüber die Lehnsherrlichkeit an den Biſchof von Brandenburg, den Abt zu Lehnin und den Rath der Neuſtadt Brandenburg übergegangen iſt, vom Jahre 1472.

Hanns Bentzdorff burger In der alten Stat Brandemburg hat zu lehen empfangenn die bette des dorffs Regenſtorff XIIII ſchilling den., dabit XX gr. lehen war. Der genannt Hanns Bentzendorff hat ein brief furbracht, das ſein vater auch hanns Bentzendorff genannt von Marggraue Johannſen zu mannlehenn empfangenn hat Item das dorff Lutick weſſeramm vnd In demſelbenn dorff XIIII ſtuck geltz mit oberſtem vnd vnderſtem gericht, das empfecht er nunn von meinem hern dem Biſchoue von Brandenburg vnd ſagt, mein here Marggraue fridrich hab In dahin geweiſt; Item das dorff geſerick vnd dar Inn Jerlichenn IIIII wiſpel vnd III ſcheffel rocken

III wiſpel vnd VI ſcheffel gerſten III wiſpel vnd IIIII ſcheffel haberns III pfund vnd V ſchilling den. vnd VI den., Das oberſt vnd vnderſt gericht mit andern zugehorungenn das empfecht er nunn von meinn hernn von Lenynn vnd ſol auch dahin geweiſt ſein. Item Im Zoll zu Brandemburg XIIII pfund pfennig hat er verkaufft dem Rate Inn der Newenſtat Brandemburg, Sol er auch vrkund bringenn durch briue, wie die lehenſchafft an In komenn iſt.

Nach dem Kurm. Lehns-Copialbuche des K. Geh. Kab.-Archivs XI, 39.

CDLXXIX. Der Biſchof Arnold beſtätigt die Stiftung und Bewidmung einiger Altäre in der St. Katharinenkirche, am 11. April 1474.

Arnoldus, dei etc. gratia epiſcopus Brandenburgenſis univerſis etc. ſalutem etc. pro parte providorum et circumſpectorum virorum, proviſorum et ſingulorum fratrum Gulde Exulum in nova civitate Brandeborgh altaria de jure patronatus ipſorum exiſtentia, videlicet ſanctorum decem milium militum martirum, Andree apoſtoli et Livini epiſcopi, in eccleſia parrochiali ſancte Katherine dicte nove civitatis Brandeborgh ſita, de expreſſo conſenſu poſſeſſorum eorundem, in ſuis annuis redditibus meliorare et in divinis officiis onerare cupientium, extat nobis humiliter ſupplicatum, quatenus pium ipſorum hujuſmodi affectum benigno favore proſequi et fundationis literas, ſigillis dictorum proviſorum et fratrum nec non altariſtarum prefatorum ſigillatas et ſubinſertas in omnibus ſuis clauſulis, punctis et articulis, ratificare dignaremur, quarum quidem literarum tenor ſequitur et eſt talis:

Vor dem erwirdigen in God Vader und Herrn, Herrn Arnoldo, Biſſchoppe to Brandeburgh, unſen gnedigen liven Herrn, und vor allen, dy deſſen unſen openen Brieff ſihn edder horin leſin, bekennen wy Nageſhreven: Hanns Bollen, Heyne Selvelangk, Andrewes Schunemann, Hanns Smed, Peter Smedt und Gores Litzen, Vorſtendere und gemeyne Brudere der Elenden-Bruderſchap in der Nienſtad Brandeborgh, von uns und unſe Nakamen: Nadem im Gerichte Gades, dar wy alle kamen, eyn yderman nempt na ſynem Verdienſte, ſint wy bewagen, ſodan unſe Lon to vormerende und hebben med guden eindrechtigen Rade Herrn Mathei Stroband, Ern Sigiſmundi Severyn und Ern Andree Branſtorp, unſir Altariſten der Parkerken in der Nienſtadt Brandeborgh ein Vorhandel geweſen: ſo alsdan ore Vorfaren, Altariſten vor ehn, und ſy nu ougk beth an deſſen hudigen Dach van Anwiſunge unnſer Vorfarigen ſeligen unnd guder older Wonheit dy Altarien med eyner ewigen Miſſen degeliken beſtellet hebben: ſo hebben ſi ſigk nu to ſodaner ewigen Miſſen vor ehn unnd ore nakomenden Altariſten ewichliken verplichtet und willen inniehliken nah oren Vermögen vor dy Stiffter und Anhever deſſer tiegenwordigen Bruderſchap, die ogk darut verſtorven ſindt, med allen elenden Sylen, der Lychenam dy Bruderſchap to der Erden laten beſtetigen, alle Weke gywelich eyne Sylemiſſe und eyne Vigilien na beden effte leſen, und wu vake eyn elende Menſche, den dy Bruderſchap begraven leth, effte ſuſt eyn Bruder uth deſſer Bruderſchap vorſtervet, denne ſcholen die Vorſtender thur Tidt unſer vorgnanten Bruderſchap, edder wem ſy dat befelhen, dem eynen Priſtere van den dren, dem die Weke med der ewigen Miſſen geboret, to beſtellende en ſodans verkundigen. Die ſelvige Priſter ſchal denne und wil der armen verſtorven Sylen in dy ſelvige Weke ogk eyne ſunderlike Sylemiſſe nabedhen. To ſodaner eynen ewigen Miſſen alle Dage under ehn dren eyn na den andern und gywelich to eyner Sylemiſſen und to eyner Vigilien in der Weken willen wy Gade

to Lave, der hochgelaveden Koningynnen Marien, allen lovigen Sylen und ſunderliken der irſten Anhever und die duſſe Bruderſchap van Dage to Dage begiſtigen, ogk alle der gennen gemeynen Brudern, die uth deſſer Bruderſchap verſtorven ſindt, met allen elenden Sylen, der Lichenam dy Bruderſchap begraven ledt, to Troſte und Verlichtunge orer Pynen ewichliken verplichtet ſyn, und mögen ſy im meher Miſſen in der Weken beden na Vermerunge der Innicheit und Inflothe der Gnaden Gades, dath ſchal ſtan up ore eygene Samitticheit und Guweten. Ogk ſunderliken in den vier Begengkniſſen to vier Tiden im Jare, dath ſy denne under ehn dren dy Sylemiſſe beſtellen, dy men ſinget med den Schulemeſter und Schuleren gemeyne und eyn gywelich unſe Altariſte des Avendes eyne Vigilien bede und ſigk des Morgens to eyner Sylemiſſen ſchigke, ſo verne em Gad ſyne Gnade verlieth, dar he doch nicht ſunderliken ſchal to verplichtet weſen. Alſo hebben wy Obgemeldten: Hans Bollen, Heyne Selvelangk, Andrewes Schünemann, Hans Smed, Peter Smedt und Gores Litzen, Vorſtender, und alle gemeyne Brudere der Elenden-Bruderſchap angeſihn unſer Altariſten Wolmeynunge und guden Willen und von eygener Bewegunge ehn geredet und gelavet, reden und laven ehn in Crafft deſſes Briefes ſodane Tynſe und Rente, to oren Altarien gelegen, nach Utwiſunge unſer Bruderſchap Hofftbriefe ehn helpen to beſchermende, und ſodanen ore jerlike Tynſe willen wy eynen gyweliken unſen Altariſten in der Parkerken der Nienſtadt Brandeborgh alle Verndel Jares, wenneher wy unſe Rekenſchap holden, na unſem Dienſte med achtehalven Groſchen beteren, ſo dath wy uns to ewigen Tyden vor uns und unſe Nakamen verplichten eynen gyweliken unſen Altariſten bavenberurt alle Jar in vier Tyden eyn half Schogk to vernugende uth unſer Büſſen offte Redeſten, up dath dy deſte flitiger Gades Dienſt forderen und med Innicheit vor dy liven Sylen, der Almiſſen an dy Bruderſchap kamen ſindt, van Dage to Dage kamen mogen und konnen flitigen bidden. Hirumme juwe vederlike Werdicheit wy med demüdiger Underdanicheit flitigen bidden van iw ſodane unſe Beterunge to unſen dren Altarien in dy Ere der hochwerdigen Hiligen und Merteleren, nemliken der teyn duſent Riddere, Andree, des liven Apoſtel, und Livini, des hilgen Biſſchops, gewihet, alle in der Parkerken ſant Katherinen in der Nienſtadt Brandeborgh gelegen, med allen vorigen Pechten, Renten und Tynſen nach Utwiſunge geiſtlicker und werltlicker Furſten-, Prelaten-, Erbaren- und Stedte-Briefe, in Tyden darover gegeven, ogk unſir eygenen olden bewerten Regiſteren, ſo die Rente bethher in Weren ſyn geweſen und noch ſint, med allen Stugken, Clauſulen und Articulen, als vor geſchreven und beruret iſs, to bewerende und ewichliken ſo to blivende ane Vermynrunge to confirmirende und dy Lihunge der obgemelden dren Altarien by den Vorſtenderen inſampt med der gemeynen Brudern der ehrgenumeden Elenden-Bruderſchap umme Gades und umme unſer demudigen Bede und Vordinſtes willen gnedichliken to beholden. Dath wy vorbenumeden Vorſtendere und gemeynen Bruder Ern Andreas Strobant, Ern Segemund Severyn, und Ern Andrews Branſtorp, Altariſten der obgemelden Altarien, alle Stugken und Punkta ewichliken vor uns und unſe Nakamen ſtedhe, faſte und unverrugket ane Gefehre holden willen, hebben wy to Orkunde und warer Bekantniſſe der Elenden-Bruderſchap Ingeſigil und wy, Ern Matheus und Ern Sigimund, unſe Ingeſigil eyn gywelich ſyn befundern und ik Andreas mynes Bruder Ern Simonis Branſtorps Ingeſigil, des ick my hir to fulmechtich gebruke, med rechter Witſchap an deſſen Brieff laten hangen, die gegeven is to Brandeborgh na Criſti etc. Gebordt virteinhundert Jar darna im vier und ſoventigiſten Jare am Mandage na Gregorii, des hilgen Paveſtes.

Nos igitur, Arnoldus, epiſcopus prefatus, dictorum petentium ſupplicationibus favoroſius inclinati, predictas fundationis et meliorationis literas altarium predictorum in omnibus et ſingulis ſuis clauſulis, punctis et articulis inibi expreſſis grato animo amplexantes et benigno favore proſequentes

ratificamus et confirmamus nec non in dei nomine his ſcriptis perpetuis futuris temporibus inconvulſe permanendas auctoritate noſtra ordinaria confirmamus. Nulli ergo etc. Datum Brandeborgh in aula noſtra epiſcopali anno etc. MCCCCLXXIV. feria ſecunda Paſche. Teſtes ſunt venerabiles, honorabiles et validi: magiſter Ludovicus Brun, vicarius noſter in ſpiritualibus, dominus Lampertus Benedicti et Matheus Gereken, capellani, Fredericus Schapelow, Marſchallus, Johannes et Richardus fratres, condicti de Bardeleve, Ludovicus Eykendorp et alii quam plures familiares noſtri fide digni.

Nach dem Originale.

CDLXXX. Biſchof Arnold beſtätigt die Capelle und den Altar des heiligen Kreuzes in der St. Gotthardskirche zu Brandenburg, vom 30. Aug. 1474.

Vniverſis et ſingulis, quorum intereſt, intererit vel intereſſe poterit quomodolibet in futurum, Arnoldus, dei et apoſtolice ſedis gratia Epiſcopus Brandeburgenſis ſalutem in domino et preſentibus fidem indubiam adhibere. Venerabilis dominus Matheus prenne, Canonicus eccleſie Lubucenſis, nobis fideliter inſinuavit, declaravit et ſufficienter informavit, quatenus de ſcitu conſenſu ac licentia noſtri predeceſſoris pie memorie Theodorici, epiſcopi Brandeburgenſis Capellam et inibi altare ſub vocabulo ſancte et vivifice crucis, qui eſt Jheſus Chriſtus, et glorioſiſſime virginis marie, matris ejus, ac ſanctorum Petri et Pauli, Bartholomei, Philippi et Jacobi apoſtolorum ac Adalberti, Fabiani, Sebaſtiani, Urbani, martyris et ſanctarum Katherine, Barbare, Dorothee virginum et Marie Magdalene, patronorum In honorem Dei omnipotentis totiuſque curie celeſtis ſuis expenſis apud eccleſiam parochialem ſanctorum Mathie apoſtoli et Godhardi epiſcopi et confeſſoris, veteris civitatis Brandeburg, ob anime ſue et parentum ac benefactorum omniumque ſingulorum Chriſti fidelium animarum gratiam et ſalutem erigere, edificare et conſtruere fecit ac dictis Cappelle et altari ſancte crucis cum omnibus ad divinum officium miſſe celebrandum neceſſariis libris, calice, pacificali argenteo, in forma crucis et imaginis Chriſti laborato, et ornamentis providit atque cenſum ſexdecim florenorum renenſium de viginti florenis, quos ipſe dominus Matheus partim cum conſulatu et certis civibus dicte veteris civitatis ſub titulo reemptionis, ut infra clarius declarabitur, habuit pro dote omnibus melioribus modo, via, jure, cauſa et forma, quibus potuit et debuit, ad preſbyteri Cappellani Cappelle predicte ſuſtentationem ex certa ſcientia ac bene deliberatus cum omni jure, quod in ipſo cenſu habuit, libere dedit, donavit, tribuit et aſſignavit. Iſte dominus Matheus dictam Cappellam ſancte crucis voluit eſſe fraternitatis vinearum ſancti Urbani dicte veteris civitatis Brandeburg, collationem vero ſive ius patronatus eligendi, nominandi, preſentandi ad predictam Cappellam et altare voluit apud magiſtros dicte fraternitatis vinearum perpetuis futuris temporibus permanere, et ut ipſi magiſtri prefatam Cappellam et librariam deſuper conſtructam in Cura habeant gubernando, protegendo, ordinando, diſponendo ita ut res capelle et librarie libri exinde augmentum recipiant et augmententur vel ſaltem, in quantum valeant, conſerventur in eſſe et cum ipſa Cappella et altare ſancte crucis per mortem ultimi et legitimi veri poſſeſſoris vel quovis alio modo pro tempore vacant aut vacaverint etiam per viam permutationis dicti magiſtri fraternitatis vinearum tunc cum conſenſu fraternitatis debeant ipſam Cappellam et altare uni clerico aut preſbytero filio veteris Civitatis, ſi haberi poterit, ſi non, tunc Nove Civitatis Brandeburg, qui nullum habet eccleſiaſticum beneficium, et ipſum clericum vel preſbyterum patentibus literis domino epiſcopo

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Brandeburgenſi vel ejus in ſpiritualibus vicario preſentare humiliter ſupplicantes, ut ipſi clerico vel preſbytero ſic preſentato cum dictis Cappella et altare provideat, inſtituat ſeu in poſſeſſionem mittat et inducat, et clericus ſic conſecutus beneficium infra annum debeat ſe facere ad omnes ſacros ordines promoveri et perſonaliter apud dictum beneficium Brandeburgenſe reſidere et in illis Cappella et altare ſingulis terciis feriis pro omnibus fidelibus defunctis et ſextis feriis de ſancta cruce una cum dicte parochialis eccleſie cuſtodibus miſſas uſque ad finem decantare, Sabato vero vel alio die competenti de beata virgine Maria ſine cantu miſſam annuatim perpetuis temporibus legere, Si autem legitime impeditur, per alium hoc facere poteſt, dicti magiſtri fraternitatis debeant ordinare et informare cenſitos, ut dare debeant tres florenos renenſes aut unam ſexagenam et mediam monete Brandeburgenſis principali cuſtodi famulo jurato dicte parochialis eccleſie, ut equaliter dividat cum ſuis duobus ſociis ſub cuſtodibus pro ſtipendio et ſallario quod meruerunt omnes tres per circulum anni fideliter cantando cum preſbytero ſeu cappellano dicte cappelle in miſſarum celebratione diebus prenarratis. Debeant etiam ipſi cuſtodes eſſe ſub aliqua obedientia ipſorum magiſtrorum fraternitatis ita ut cum negligenter aut abuſive ſe habuerint in et extra dictis miſſis cantando, ipſi magiſtri ipſos cuſtodes convenienti tempore et modo verbis corripere, arguere et informare poſſint et debeant, ut ſe emendent et amplius laudabiliter in premiſſis gubernent et teneant. Pro quarto floreno aut media ſexagena dicti magiſtri debent ordinare cereas candelas ad celebrationem miſſarum predictarum neceſſarias. Pro quibus viginti florenis renenſibus perpetui annui cenſus ſuperius nominatis ipſe dominus matheus prenne, erector et fundator predicte cappelle et altaris, tricentos et triginta tres florenos renenſes titulo reemptionis expoſuit ut dedit et ſignanter comparavit et emit cum conſulatu dicte veteris civitatis Brandeburgenſis in et ſuper ejuſdem conſulatus pretorio VI florenos renenſes annui cenſus, pro quibus ſex florenis dominus Matheus dedit dicto conſulatui centum florenos renenſes, prout in litera conſulatus deſuper facta et ſigillata ſufficienter propter firmam memoriam habendam exſtitit ſcriptum, quatuordecim vero florenos renenſes ſimilis annui cenſus ipſe dominus matheus comparare et emere fecit per diſcretos et circumſpectos prefate veteris civitatis cives, magiſtros fraternitatis prenarrate, cum certis nominatis ſuis concivibus in et ſuper eorum vineis, ortis, pratis, agris, pro quibus dominus matheus expoſuit, perſolvit et dedit ducentos et triginta tres florenos renenſes, prout notanter hujuſmodi emptionis contractus in libro Schabinorum civitatis antique Brandeburg ſunt conſcripti. Et cum aliqui cenſus de predictis viginti florenis annui cenſus per cenſitos ſeu debitores cenſuum fuerint liberati et reemti et ſumma florenorum capitalis cum annuo cenſu debito termino magiſtris fraternitatis vitearum reſtituta et ſoluta, ipſi tunc magiſtri debeant et habeant pro dicta ſumma florenorum alios ſimiles annui cenſus emere et comparare ac etiam ordinare et diſponere, quod cenſiti ſexdecim florenos vel eorum valorem monete Brandeburgenſis annuatim vero Cappellano Cappelle ſancte crucis dent et perſolvant, et ut ipſe Cappellanus ab ipſis cenſitis ei nominatis et conſignatis per dictos magiſtros vinearum per ſe poſtulet et moneat. Ipſeque dominus matheus voluit etiam et affectavit, quod ipſa Cappella et altare ſancte crucis propter certas et rationabiles cauſas manere deberet et debeat ſuum verum beneficium una cum cenſibus predictorum ſexdecim florenorum uſque quo viveret. Ut igitur premiſſa omnia et ſingula robur perpetue firmitatis obtineant, Nobis per dictum dominum matheum prenne Canonicum fuit humiliter ſupplicatum, quatenus ei in omnibus et ſingulis punctis et articulis favorabiliter annuentes conſenſum et aſſenſum noſtrum adhibere eaque auctoritate noſtra ordinaria confirmare et cum dictis cappella et altare ſancte crucis et cenſibus ſexdecim florenorum providere et inſtituere dignaremur. Nos igitur attendentes ſupplicationem hujuſmodi domini mathei fore rationabilem juſtam atque piam, dictam Cappellam et altare ſancte crucis creando erigendo fundamus creamus erigimus et dotamus, eundem cenſum et ubi-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

cunque futuris temporibus in casu reemptionis emi et comparari contingat, ipsis cappelle et altari annectimus, vnimus et incorporamus ac censibus ecclesiasticis ascribimus et connumeramus statuentes ipsum in antea ecclesiasticum fore, jure et libertate ecclesiasticis gaudere debere prenominatosque quatuor florenos renenses similis annui census, presertim tres florenos renenses custodibus parochialis ecclesie pro sollario, quartum florenum pro cereis candelis ad dictum officium missarum prenominatarum necessariis assignatos et deputatos sexdecim florenis aggregamus et annumeramus ipsosque ecclesiasticos facimus et ecclesiastica libertate gaudere volumus et decernimus. Ipsi quoque domino matheo cum prenominatis cappella et altare ac censibus providemus, conferimus et instituimus seu in possessionem ducimus eorundem. Cetera omnia prescripta rata, grata atque firma habentes et certa nostra scientia in omnibus et singulis punctis sive articulis approbamus, ratificamus et tenore presentium in Dei nomine confirmamus, In quorum omnium et singulorum fidem et testimonium premissorum presentes nostras litteras ex inde fieri fecimus nostrique Sigilli jussimus appensione communiri. Datum et actum in Castro nostro Seyezer nostre Brandeburgensis diocesis, anno domini millesimo quadringentesimo septuagesimo quarto, die vero Martis penultima mensis Augusti.

Nach dem Original.

Einer alten Copie der vorstehenden Urkunde, welche sich im Brandenburgschen rathhäuslichen Archive befindet, ist folgendes Register der Reliquien der St. Gotthardskirche beigefügt:

Iste subsequentes reliquie sunt apud magistros fraternitatis vinearum in quodam ladula in custodia, que tempore consecrationis cappelle et altaris sancte crucis debent recondi per episcopum consecrantem in altari:

primo particula ossis de sancto Johanne baptista;
de sancto Thoma apostolo;
de monte caluarie;
de lapide supra quem Cristus fuit positus, quum sumptus fuit de cruce;
de columpna flagellationis;
de loco, ubi beata maria fuit nata;
de sancta Katerina;
de camisea sancte Dorothee.

Iste sunt reliquie, que recondite sunt in pacificali argenteo cum figura Christi in Cruce:

primo de sancto gangulpho
de undecim milium virginum
et una particula ossis de sancto Brixio.

CDLXXXI. Bischof Arnold bestimmt die Verhältnisse der Vicarien und Altaristen, am 16. Febr. 1475.

Arnoldus, dei et apostolice sedis gratia Episcopus Brandenburgensis, Vniversis et singulis presentes litteras intuentibus Salutem in domino et presentibus fidem indubiam adhibere. Quia propter diversas rixas et dissensiones, que inter rectores, membra et ministros ecclesiarum coniunctim vel divisim aliquando oriri consuevere, ecclesie ipse in divino culto, sacramentorum administratione, divinis officiis ac aliis in spiritualibus et temporalibus non modica susceperunt detrimenta, propter que ex pastoralis officii dignitate nobis commissi paci et quieti in nostris subditis et preeminentius in clero intendimus et animo pervigili insudamus et sicut civitas nostra altius diocesis nomine eminet, altius et primo

omnium ad refecandum et exterminandum a noſtre civitatis Brandeborgh clero fomitem diſſenſionis ſtudium et operam adhibuimus et per preſentes adhibemus efficacem pariter et fructuoſam. Enim vero cum inter ſe dudum contentiones et rixe varie in diſtributionibus in memoriis, in locis et ſeſſionibus in choro et proceſſionibus ac aliis ſint exorte, ad quas ſedandum ordinavimus et perpetuis futuris temporibus irrefragabiliter ſervandum ſtatuimus et auctoritate noſtra ordinaria ordinamus Primum et ante omnia, quia, ut per manifeſtum claruit, tunc cottidiane in diſtributionibus fiendis contentiones ipſe et rixe orte fuerant, quidam eorum conducticios ſive officiantes in memoriis vicariorum ſive altariſtarum eo, quod eorum ſupplent vices, debere participare ſenſerunt, alii autem reluctantes, quod *) oppoſitum tenuere, Ideo ad has precavendum, quia videlicet memorie ab altariſtis ſolum denominationem receperunt, Volumus ut de cetero ſolum inter vicarios et altariſtas diſtributio fieri debebit nec amplius conductitii ſive officiantes de eorum memoriis debeant ſallariari. Rurſum ut oculata docuit experientia, tunc aliqui hujuſmodi congregatorum in vigiliis et miſſis decantandis ſegnes et inſolentes ſe reddidere ita quod aliqui aliunde confabulando, alii in cimiterio moram trahendo, alii collationando, qui etiam proximi quoad aditus eccleſie in manſione apparent, non tempeſtive ſed quandoque poſt nocturnam quandoque modicum prius, quandoque vero tardius ſe ad intereſſendum vigiliis ac miſſis preſentant, Ideo ut honor hujuſmodi congregatorum magis obſervetur, ordinamus, quod quilibet qui poſt Venite in vigiliis venerit, et in miſſa poſt kyrie eleyſon, in duobus denariis punietur et ſic conſequenter pro quolibet nocturno in vigiliis conſimilem penam ſuſtinebit, quod etiam de miſſa ſi poſt epiſtolam aut ewangelium venerit, intelligendum arbitramur. Ceterum ſi qui vicariorum in negotiis noſtris eccleſie vel altariſtarum hujuſmodi fuerint inpediti, et qui infra ſepta civitatis gravi aut iminenti fuerint infirmitate, hii equales cum aliis recipiant portiones. Preterea ne ex tranſitu in proceſſionibus nec non in ſeſſionibus in eccleſia aut aliis inter vicarios aut altariſtas rixe aut gwerre aliquatenus oriantur, decernimus ſenioratum eorum ratione ſacerdotii et non ratione acceptationis beneficii ſervandum fore, niſi forte fuerit alicuius preeminentis ſtatus aut dignitatis ut puta decretorum baccalaurius aut artium magiſter vel ſuper majori promotione vel dignitate fulcitus; hic enim iuxta ſtatus ſui preeminentiam et dignitatis excellentiam cum ſenioribus locum obtinebit. Demum volumus, ut et jam dudum obſervatum eſt, quod nemo beneficiatus de pertinentiis altariſtarum participabit, quouſque in preſbiterum fuerit ordinatus. Nulli ergo omnino hominum liceat hujuſmodi noſtras ordinationes et conſtitutiones infringere aut eis auſu temerario contraire. Alioquin contra tranſgreſſores hujuſmodi, prout de ivre poterimus, rigidius procedemus. In cujus rei evidens teſtimonium ſigillum noſtrum preſentibus eſt appenſum. Datum in caſtro noſtro Seiefer Anno a nativitate domini M°. CCCC°. ſeptuageſimo quinto, feria quinta poſt dominicam Invocavit etc.

Nach dem Original.

CDLXXXII. Ein Ablaßbrief des Biſchofs Arnold für die heilige Leichnamsgilde in der Neuſtadt Brandenburg, vom 22. Febr. 1476.

Arnoldus, dei et apoſtolice ſedis gratia epiſcopus Brandeburgenſis, univerſis etc. ſalutem etc. Tranſiens de mundo ad patrem ſalvator noſter Jheſus Chriſtus, quamquam jam omnia ſubjeciſſet pedibus, adhuc immenſam ac exuberantem ſuam caritatem et liberalitatem exhibuit, omnem exce-

*) Dieſe Abbreviatur giebt Fincke durch eorum?

dendo modum donationis, inſtituit ſummum ac magnificum ſui corporis et ſanguinis ſacramentum, ſeſe ipſum in eſcam tribuendo, dicens diſcipulis et eorum ſucceſſoribus: Accipite et comedite, hoc eſt enim corpus meum. Hoc facite in meam commemorationem. Memoriale ſtupendum ac ſuper omnia pretioſum, in quo a malo retrahimur, in bono confortamur et ad virtutum et gratiarum proficimus incrementa. Hac conſideratione inducti bone memorie predeceſſores noſtri, Brandeburgenſes epiſcopi, Guldam ſeu fraternitatem ac altaris in honorem ejuſdem dominici corporis erecti fundationem, in eccleſia parrochiali nove civitatis Brandeborgh juſte ac legitime inſtitutam, prout in eorundem noſtrorum predeceſſorum literis deſuper datis plene continetur, auctoritate ordinaria approbarunt et confirmarunt. Quare cum nobis, ut itidem facere dignaremur, per proviſores ſeu magiſtros dicte Gulde extitit humiliter ſupplicatum, nos eorum ſupplicibus devotiſque precibus plurimum faventes noſtrorum predeceſſorum veſtigiis inherentes pontificali, qua in hac parte fungimur, auctoritate dictam Guldam ſeu fraternitatem, altaris ac miſſe in honorem glorioſi corporis et ſanguinis erectionem, fundationem et ordinationem dei nomine his ſcriptis approbamus, ratificamus et confirmamus. Omnibus Chriſti fidelibus penitentibus confeſſis et contritis, qui proceſſioni, cum magnificum illud ſacramentum ad altare defertur, aut miſſe officio, quo noſtre redemptionis grata recenſetur memoria, aut proceſſioni, cum idem venerabile ſacramentum in ſolitum locum deportatur aut deponitur, (interfuerint,) aut qui de bonis ſibi gratuite a deo collatis pias elemoſinas et grata caritatis ſubſidia pro cereis, caſula, calice, ciborio ac ceteris ejuſdem altaris et Gulde ornamentis et clenodiis porrexerint aut erogaverint, de omnipotentis dei miſericordia ac injuncte nobis theſauri militantis eccleſie diſpenſationis officio confiſi, XL dies indulgentiarum de injunctis penitentiis in domino miſericorditer relaxamus, attendentesque humanam ſenſualitatem ab adoleſcentia viri proclivem ad malum adeo quod pene contra naturam eſt, quem eſſe ſine peccato, ſacro atteſtante eloquio: Quis eſt hic? et laudabimus eum, oportet nos diem diſtricti examinis et tremendi judicii operibus et orationibus ſanctis et devotis aſſidue prevenire et eternorum intuitu ſeminare in terris, quod preſtante domino cum multiplicato fructu recolligere valeamus in coelis. Ut denique populus Chriſtianus deo devotus devotior fiat, omnibus vere confeſſis et contritis, qui in eadem eccleſia parrochiali nove civitatis Brandeborgh coram aliquo ejuſdem eccleſie altari devote dixerint in memoriam quinque vulnerum Chriſti quinque Pater Noſter et Ave Maria cum ſymbolo apoſtolico, de quolibet ejuſdem altaris patrono et particulis inibi incluſis aut ſub elevatione venerabilis ſacramenti, cum cantatur verſiculus: O adoranda Trinitas, ter orationes dominicas in honorem ſancte et individue Trinitatis ſub enigmate tunc nobis mortalibus apparentis, aut ſub cantu laudabilis antiphone: Alma redemptoris mater, que conſuevit in eadem eccleſia decantari ſingulis dominicis diebus, facto circuitu, devote dixerint duodecies ſalutationem angelicam, ſeptem ingentia gaudia ejuſdem gloriose domine et quinque acerrimos dolores, quos de filio ſuo dulciſſimo ſuſtulit, devote recolendo, de ejuſdem omnipotentis dei miſericordia, que, canente prophetica cithara, eſt ſuper omnia opera ejus, confiſi totidem dies indulgentiarum de injunctis penitentiis in domino relaxamus. Ceterum ſi qui reverendorum patrum dominorum archiepiſcoporum aut epiſcoporum orthodoxe fidei ad prefatam Guldam et miſſam corporis Chriſti indulgentias in antea largiti ſunt aut in futurum duxerint largiendas, eaſdem ratificamus et approbamus per preſentes noſtras literas, quas in fidem et robor omnium premiſſorum noſtri ſigilli juſſimus appenſione communiri. Datum in caſtro noſtro Seyeffar feria quinta, ipſo die kathedre Petri Antiochie, Anno MCCCCLXX.

Nach dem Originale.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CDLXXXIII. Bischof Arnold bestätigt eine Stiftung in der St. Gotthardskirche, am 9. Oct. 1478.

Arnoldus, dei et apostolice sedis gracia, Episcopus Brandeburgensis — pro parte, providorum et circumspectorum virorum Consulatus civitatis Brandeborghensis nobis in Christo dilectorum oblata petitio continebat, Quod cum ipsi ad honorem omnipotentis dei Intemerateque matris ejus virginis Marie horas ejusdem Beatissime marie virginis quotidie perpetuis temporibus in ecclesia parochiali Sancti Godehardi dicte Civitatis Brandeborghensis decantandos piis Christi fidelium suffragiis fundarint ac certis annuis redditibus dotaverint, ad quarum tamen horarum perpetuationem et perhennationem honorabilis vir dominus Martinus Kleblogk suum beneficium in dicta ecclesia situm in honorem Sanctorum Laurentii, livini, Hinrici, Kuneghundis, Hedewighis et Oswaldi consecratum de consensu patronorum et collatorum ejusdem sponte et libere assignavit, prout hec et alia in literis fundationis subinsertis Salvis, illesis, non cancellatis, non abolitis, non abrasis sed prorsus omnibus vitio et suspitione carentibus, Sigillo vero prefate civitatis plenius adapparent sigillatis, Quatenus dictas fundationis literas et in eisdem quelibet contenta autorisare, approbare nec non auctoritate nostra ordinaria confirmare dignaremur. Quarum quidem literarum tenor de verbo ad verbum sequitur et est talis: Reverendo in cristo patri et domino domino Arnoldo episcopo Brandeburgensi, domino nostro gratioso Nos proconsules et Consules civitatis Brandeborgh debitam reverentiam et honorem omni iugi et affectuoso famulatu. Reverende in Christo pater et domine generose, Quum importuna in evangelio mulier tandem meruit audiri et clauso hostio cum seris media licet nocte ab amico panes amicus accepit, deus ipse, qui nullius intra se viribus superari potest, publicani precibus superatur; Ninive civitas, que peccato periit, precibus stetit; Nos qui heu cottidie peccatis involvimur, confidentes in multiplici misericordia dei, qua lapsibus humanis subvenit, fiducialius oculos nostros in ipsam inventricem gratie et misericordie Beatam videlicet mariam genitricem verbi dei, figimus, ut ipsa una cum omnibus sanctis gratiam nobis obtineat, defectus nostros suppleat, et quod mole vitiorum sarcinati impetrare nequimus, sua promptissima et securissima interventione ad salutem impetrasse sentiamus. Hiis igitur firmissime animati ad honorem et laudem genitricis et geniti domini scilicet nostri ihesu christi ac omnium sanctorum suorum cursum solitum ejusdem Marie virginis in ecclesia Sancti Godehardi omni die decantandum de vestre paternitatis consilio, consensu et voluntate fundavimus, ad quem cursum eo fortius perhennandum honorabilis vir dominus martinus Klebelogk in vestre paternitatis presentia se ipsum una cum altari suo in prefata ecclesia Beati Godehardi, cujus altaris patroni sunt Sancti laurentius, livinus, Hinricus, kuneghundis, hedewighis et Oswaldus, etiam de consensu et voluntate vestre paternitatis vltro obtulit modo et forma infrascriptis, videlicet prefatus dominus Martinus Klebelogk, quoad vixerit, a prefato cursu marie virginis, ut premittitur, cantando non erit amovendus, poterit tamen, si sibi visum fuerit, prefatum altare non in modum altaris Sed in modum commende cum alia persona ecclesiastica permutare, Et extunc, sicut etiam si ipsum dictum Martinum ab hac luce decedere absque permutatione predicta contingat, in antea nec nomen nec Jus altaris habeat sed commende pro cursu domine nostre marie perpetuo permansure. Quam rem, ut premittitur, merito affertandam animo grato affectantes dignum duximus vestram paternitatem exorandam et exoramus per presentes, ut intuitu omnipotentis dei et Beate marie semper virginis et omnium sanctorum, quorum res agitur, dignetur vestra paternitas hec premissa ex officio pastorali roborare, confirmare et perhennare pretium inde indeficiens receptura. Datum Brandeborgh, anno domini Millesimo quadringentesimo septuagesimo octavo, ipso die Exaltationis Sancte Crucis nostre Civitatis sub secreto tergotenus impresso.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Nos vero Arnoldus epiſcopus ante memoratus Attendentes, quam veneranda, quam denique omni laude digniſſima ſit virgo virginum, genitrix verbi dei, ſine cujus interceſſione et patrocinio impoſſibile eſt offerre deo quiſquam grati et accepti ſervitii, cum thronum ejus majeſtatis coram accedere plurimum indigni ſumus atque affectum dictorum petentium pium magis confirmandum quam infirmandum fore ac ad divini cultus augmentum ſe extendere, Supplicationi ipſorum tanquam juſte non immerito favorabiliter inclinati dicti altaris ad prefatas horas beatiſſime virginis marie aſſignationem Ceteraque omnia et ſingula in ſepedictis fundationis literis premiſſis quomodolibet contenta rata et grata habentes ac grato animo amplexantes ea ratificamus, auctoriſamus et approbamus ac auctoritate noſtra ordinaria perpetuis temporibus inconvulſa permanenda, dei nomine in hiis ſcriptis confirmamus. Si quis autem contra premiſſa vel aliquot premiſſorum auſu temerario facere preſumpſerit, Indignationem omnipotentis dei et Beatorum petri et pauli apoſtolorum ejus, nec non noſtre Juriſdictionis ſe noverit incurſurum. In quorum omnium et ſingulorum fidem et teſtimonium premiſſorum preſentes noſtras confirmationis literas juſſimus et fecimus Sigilli noſtri appenſione roborari. Datum In caſtro noſtro Sejefer, anno Domini Milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo octavo, feria ſexta poſt franciſci. Hujus autem noſtre confirmationis teſtes ſunt Venerabiles, honorabiles et validi domini magiſtri Petrus cleynſmedt, noſter in ſpiritualibus vicarius, Jacobus wolterftorpp, Curie noſtre Officialis, franciſcus derentyn, Nicolaus herman, Johannes dyuitz et palmus brenthe capellani, Hinricus tzigelheym advocatus, Conradus hartwich, Georgius Borghſtorpp, Jacobus de Badinghen et alii quam plures familiares noſtri fide digni.

Johannes Benedictus, Notarius ad premiſſa.

Nach dem Originale.

Anm. In die Zeit der Stiftung dieſes Altares in der St. Gotthardskirche gehört auch folgende in dieſer Kirche befindliche Inſchrift: Conſecratum eſt hoc altare ipſo die Amalberge virginis per reverendum in Chriſto patrem et dominum dominum Arnoldum Epiſcopum Brandenburgenſem in honorem ſancte et individue trinitatis, Luce ewangeliſte, Dionyſii, Ruſtici et Eleutherii. Gedruckt im Brandenburg. Anz. 1810. 78 St. S. 311.

CDLXXXIV. Ablaßbrief des Biſchofes Arnold für die Capelle des Dorfes Rodelin, vom 30. April 1479.

Arnoldus, Dei et Apoſtolice ſedis gratia Epiſcopus Brandeburgenſis, Univerſis et ſingulis utriuſque ſexus Chriſti fidelibus, ad quos preſentes littere noſtre pervenerint ſalutem et ſinceram in Domino caritatem. Splendor ſempiterne glorie, qui mundum ſua ineffabili claritate illuminat univerſum, pia vota fidelium de clementia majeſtatis ſue ſperantium tunc precipue digno favore proſequitur . . . . . ſi ſanctorum precibus et meritis adjuvantur. Nos igitur juſtis precibus devoti et fidelis populi in villa Rodelin noſtre Brandeburgenſis dioceſis pro cujuſdam capelle prope et infra eandem villam Rodelin, infra limites eccleſie dicte parochialis, edificationem inclinati, ut ibidem eandem capellam ad laudem omnipotentis Dei, nec non ad honorem ſancte crucis Chriſti crucifixi, ac annunciationis glorioſiſſime virginis Marie genitricis Dei, Johannis Evangeliſte infra octavam nativitatis Chriſti, Bartolomei apoſtoli, Michaelis archangeli, Marie Magdalene et Valentini Martiris patronorum erigere, edificare et conſtituere, et ut ea conſtructa in eadem in altari portatili ſuper tabula conſecrata

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ac decenter ornata, uſque ad beneplacitum noſtrum celebrare ſancte poſſint, preſentibus favorabiliter indulgemus, Ita ut eadem eccleſia congruis honoribus ab hominibus frequentetur et a Chriſti fidelibus iugiter veneretur, omnibus fidelibus, qui prefatam eccleſiam ad laudem omnipotentis Dei, nec non ob honorem patronorum predictorum fundatam, cauſa peregrinationis devote acceſſerint, aut cemiterium eiuſdem tranſiverint, ac pro fidelibus vivis et defunctis Deum glorioſum oraverint in prefatis patronorum feſtivitatibus, nec non feria ſecunda paſche, feria ſecunda penthecoſtes, trium Regum, corporis Chriſti, ſinguliſque diebus dominicis et ſextis feriis per anni circulum occurentibus infra hanc capellam extiterint, et quinque pater noſter cum oratione ſalutationis angelice videlicet quinque ave Maria ad honorem et reverentiam quinque vulnerum Jheſu Chriſti devote ad genuflectionem dixerint, vere penitentibus, confeſſis et contritis de omnipotentis Dei miſericordia et Beatorum Petri et Pauli apoſtolorum eius auctoritate confiſi de quolibet vulnere quinque vulnerum Jheſu Chriſti quadraginta dies indulgentiarum de iniunctis ſibi penitentiis miſericorditer in Domino relaxamus, omnibuſque Chriſti fidelibus, qui manus adjutrices ad ſtructuram ejuſdem capelle porrexerint, nec non ornamenta ad divinum cultum ſpectantia, libros, calices aut lumina dederint, Etiam qui in feſtivitatibus ſupradictis in prefata capella ad honorem eiuſdem patronorum miſſam vel alia opera divina videlicet verbum Dei audierint et quicunque . . . totidem ave Maria dixerint intra vel extra prefatam capellam conſtitutis, infra elevationem corporis dominici de quolibet patrono et quolibet vulnere quinque vulnerum Jheſu Chriſti quadraginta dies indulgentiarum de injunctis ſibi penitentiis miſericorditer in Domino relaxamus perpetue durantes. Datum in caſtro noſtro Sejeſer, anno Domini milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo nono, feria ſexta poſt Dominicam Miſericordias Domini, noſtro ſub appenſo ſigillo.

Gercken's Stifts-Hiſtorie S. 739—741.

CDLXXXV. Biſchof Arnold verſichert und vermehrt das Silbergeſchirr des Stifts und fundirt dadurch zugleich ſeine Seelmeſſe, am 11. Auguſt 1480.

Wy Arnold, von Godes gnaden Biſchop tho Brandeburch, Bekennen vor uns und unſe nakomelinghe jn diſſen unſeren apen briffe vor allen dy ehm ſyn edder hören leſen, dath wy medt wolbedachtem mude und fulbordt unſer liuen andechtigen herren Nicolaus Cock proweſtes Herrn Buſſen von Badingen priorſs und gemeynen herren deſs Cappittels unſer Kerken Brandeborch vorkofft hebben und medt Krafft deſſen briſes vorkopen Unſen liuen Andechtigen dem Prior und Conventeſs herren unſer vorgeſcreuen Kerken to Brandeburch twe ſcock groſſchen merkeſcher Weringe alle Jar up ſunte Mertens Dage zu unſer procuration, dy to Brandeburg In der nyenſtadt gegewen wardt effte in der orbeden to Cotzin edder in unſer wiſſeſten renten, wan ſy dy liweſte upnhemen willen, vor twe ſuluern becken, teinen ſuluern vathe und twe ſulueren ſalſen, dy an der wicht hadden ane eyne halwe margk firtich ſyne margk, dy ſy uns jn unſe hewende were geantwordeth hebben. Sodan genanth ſuluer hebben wy medth rade des gnanten unſes Cappittels medt eynen groten ſulwer undt medt twen kleyne ſulueren feten edder ſalſiren gebeſſert und ehm to frame gmeredt. Und lawen den gnanten Prior und gemeynen Capittels herren unſer Kerken Brandehorch dy twe ſcock groſſchen jerlike rente ane ennigerleye hulperede, argelifth edder infall wol thu danke thu betalen und willichlich laten folgen, Und wen wy nha godes Willen van diſſer Welt werden ſcheiden, ſo ſcholen dy ſelwigen

ſulueren becken achte vathe und ſyr ſalſier medt unſem anderen ſulwerwerke medt unſem lichnam dem priori und Cappittels heren vorgeſcreuen geanthwardeth werden von dem proweſte unſer Kerken, Alſo dat unſe nhakomende biſſcop to Brandeburch offth he dath ſuluerwerck hewen wil, dy twe ſcock Groſſchen nha der vorgeſcreuen Wiſe edder war dath den gedachten herrn gedelikeſth is, ſchall vorſcriuen und folgen laten Und vorrechten edder vorwiſſen, dath he dat ſulwerwergk medt den dren marken ſines ſulwers nha deſs capittels rade beweren ſchall und will, Und dath he dath ſuluerwergk nicht vorſetten, vorkopen edder von der ergnanten Kerken Brandeborch entfernen, ane deſs Capittels to Brandeburch ſulbordt. Und ſchol vorthmer den ſelwigen herren vor eyne ewige dechtniſſe vnſer ſelen ghewende und botalen vyff ſcock groſſchen. Und wen alle diſſe owen benende ſtucken und articule alſo ſultagen ſynth, ſo ſcholen dy ſelwigen Conventes herren unſem nhakomelinge dath ſuluer antworden und nicht ehr noch anders. In deſſer vorgeſcrewen wiſſe ſchall dat ſuluerwergk nha dode unſer nhakomelinge den vorgeſcrewen Conventesherren geanthwerdeth vnd van ehn ok nha diſſer vorgeſcrewen Wiſe von den thukamenden Biſſcopen to Brandeburch geloſeth und geannhameth werden. Wereth ok dath enich nhakomende biſcop to Brandeburg dath ſulwer nha der vorgeſcrewen wiſe nicht wolde loſen edder hebben, So mogen dy ſelwigen Conventes herren dath ſelwige genante ſulwerwerk nha ſynen Werden und Wichten jn ore nud und beſte bringen und keren, wen und wan ehn dath gedichlikeſth dunketh. Dath alle deſſe vorgeſcrewen ſtücken und Articule to ewigen tiden werden geholden und ſtede bliwen, So hebbe wy unſe Ingeſegel medt Widtſchap laten hengen an diſſen briff, Dy gegeuen is up unſer Borch Segeſar, nha Godes Gebordt duſent virhundert Jar darnach im Achtentigeſten Jare, am Mondage nha Laurentii des hiligen merterers. Und wy Nicolaus Cock proweſt, Buſſo von Badingen prior, und dath gantze Cappittel der Kerken Brandeborch ſulborden und bewillen alle deſſe vorgeſcrewen ſtücken und Articule und willen ſy thu ewigen tiden ſunder hulperede halden ſo verne dath an uns is. Thu Orkunde hebbe wy unſe grodtſte Ingeſigel medt ſulbordt und willen an deſſen briff laten hengen, Dy gegeuen is in der ſteden unnd tyd ſo vorbenomedt.

Aus dem Copialbuche.

CDLXXXVI. Ablaßbrief des Biſchofs Joachim zu einer zu Brandenburg geſtifteten Marienmeſſe, vom 4. Juli 1487.

Joachim etc., epiſcopus Brandeburgenſis, univerſis etc. ſalutem in domino. Quia licet dominum in ſanctis ejus glorificare in benivolentia, dignum eſt, ipſum qui eſt gloria ſanctorum, altius venerari, ac virgo venuſtiſſima ac omnium virtutum floribus redimita ſponſa virgo Maria, dei genitrix glorioſa, cujus pulcritudinem ſol et luna mirantur, cujus precibus juvatur populus chriſtianus, tanto amplius eſt ab hominibus humiliter invocanda et extollenda preconiis, quanto ſperant ſe ſuis precibus et piis ſuffragiis adjuvari. Nunc ſiquidem coram nobis fuit propoſitum, quod clerici et cives honorati in nova civitate Brandeborgh zelo pie devotionis accenſi, pia veneratione et laude ſpeciali glorioſiſſimi corporis domini noſtri Jheſu Chriſti et glorioſe virginis Marie duos miſſas, unam in feriam quintam de corpore Chriſti, aliam in feriam tertiam de beata virgine in ſeptimana decantari ſolempniter et devote cum non paucis ardentibus cereis ornamentisque decorant easdem et ob hoc pro parte dictorum clericorum et civium nobis extat humiliter ſupplicatum, quatenus ſpiritualia noſtra dona ad ipſas miſſas ob ejusdem glorioſi corporis domini noſtri Jheſu Chriſti et beate Marie virginis reverentiam dare et con-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

cedere dignaremur, ut populus per hoc incitatus ad ipsas missas diligentius confluat deo omnipotenti sua vota reddendo ac ipsam benedictam virginem Mariam dignis preconiis extollendo. Nos igitur cupientes omnes Christi fideles ad cultum divinum et ad opera meritoria pro viribus nostris incitare et glorioſi corporis domini nostri Jhesu Christi et glorioſe virginis Marie laudes ampliare, omnibus vere penitentibus confeſſis et contritis, qui ad dictas missas convenerint easque devote usque ad finem audierint et ad cereas ardere consuetas et alia ornamenta manus suas adjutrices porrexerint, de unaquaque missarum earundem de omnipotentis dei misericordia et beatorum Petri et Pauli, apoſtolorum ejus, auctoritate confisi, quadraginta dies indulgentiarum de injunctis sibi penitentiis in domino misericorditer relaxamus. Datum in castro nostro Seyeser MCCCLXXXVII. feria quarta post visitationem Marie virginis etc.

Nach dem Originale.

CDLXXXVII. Kurfürſt Johann geſtattet dem Biſchofe Joachim von Brandenburg die Erhebung eines Dammgeldes von dem herzuſtellenden Viner Damme, am 15. Juli 1489.

Wir Johanns etc. Bekennen offennlich mit diſem briue vor vnns, vnnſen eruen vnnd nachkommen Marggrauen to Brandemborch vnnd ſus vor alleſweme, Alſzdenn die viner daem tuſchenn Brandemborch vnnd zyeſer In einer gemeinen herſtraſſenn gelegenn, alſo bawfellich vnnd boſze is, dat die kopmann, ſhurlude vnnd gemeine wannderende mann, die die ſtrate buwen, ane ferlicheyt vnd ſchaden mit beqwemigkeyt dar dorch nicht tyhenn, ſunder annder ſtratten, die en vngelegen vnnd wyth vmme ſint, mit vnkoſten beſuckenn vnnd ſharn motten; der haluen di Erwirdige Inn got vnſe gevatter, Rath vnnd beſunder frundt, herr Joachim, Biſchopp to Brandenburg, dem ſuluen kopmann, ſhurluden vnnd gemeinen wanderenden mann to gude bewagenn vnd geneigt wordenn is, Solicken dam to bettern vnnd to buwenn ok in weſzenn to holden, vnnd nadem hie dat ane merckliche koſt muge arbeit vnnd teringe ſunder gemeine hulpe vnnd forderunge nicht vthrichtenn kan, dat wy em vnnd ſinen nakomen Biſchoppenn to Brandemburg, up dat ſie den gnannten viner dam des beth vnnd ſtattlicker buwenn bettern vnnd In weſenlickem bow holdenn, dar mit die koplude, ſhurlude vnnd wandernde mann ane ſchaden vnd ferlickeyt dar dorch ſharn vnnd riden mogenn, vergonnet vnnde erlouet hebbenn, dat ſie vonn einem iewelikenn perde, dat Inn wagenn edder karrenn ghat vnnd gedreuen wert, twe merckiſche penninge to dhamgelde nemen vnd fordernn mogenn: vnnd wy gonnen vnnd erlouen dem gnannten vnnſem frunde, dem Biſchopp von Brandemburg vnd ſinen nakommen Solick damgelt alſo to nemende vnnd den dhamm darmet to betternn vnnd In weſzenn to beholdenn In Craft vnnd macht diſes briues, doch vnns, vnnſen eruen vnd nakommen an vnnſen, ok geiſtlichenn perſonen, Eddelluden vnnd anndern, die dorch recht gefryet ſind, an erenn rechtenn vnd friheit ane ſchadenn. To orkunde, Actum am middwecken diuiſionis, Im LXXXIX^ten Jare.

Nach dem Kurm. Lehns-Copialbuche des K. Geh. Kab.-Archivs XXVII, 351.

CDLXXXVIII. Vergleich des Domstifts mit dem Müller zu Fretzdorf über Verwandlung seiner Naturalabgaben in eine Geldabgabe, vom 8. Dezember 1489.

Wir Segemund Brytzke, probest, Joachim Thammecker prior, Petrus Zander, Kelner, und gantze Capittel der Kirchen Brandenborg, Bekennen und bezügen mit dissen unseren offene Brieffe vor allen, die en sehen edder hören lesen, das wir mith dem vorsichtigen Broffe Molnere, unseren lieben getreuen wonhaftig uf der Molen zw Freistorp, die derselbige Mölner von uns zw lehen hath, eyntrechtiglichen In eyner Sampt eyn geworden synt, das uns die gnante Molner von sodane eynen Wispel Roggen jerliker Renthe, die er uns jerliken plichtig ist uff Martini zu geben, vorder mehr uns darvon das Korne gelde, so viel odder wenigk alle Jar uff sulch var bestimpter Zeit ses schillingk groschen Merkischer Werunghe und betalinge, acht Brandeborgsche pfennige auf eynen groschen gerechnet — verwillet hath zu geben, Und wie obgenanten alle eyn sulchs — geannahmeth haben und entpfangenn. Des zw mehrer Bekentnifs und orkunde heben wir dissen unsern offen brieff mit unsern Insigel anhengende versigelt. Der gegeben ist nach Christi geburth viertzenhundert dar nach In dem Negen und achtizigesten Jare, an unnser liben frauen tage der entfangunge.

Vom Jahre 1489 befindet sich im Domarchive noch folgende Urkunde: Achim hake zu Bornim und Asmus hake zu Machenow verkaufen auf Wiederkauf eine jährliche Rente aus ihren Gütern dem Hern Bartolemeo Laurentius, Thumhern uff der Burg Brandemborg und dem ganzen Capitel.

CDLXXXIX. Der Erzbischof Ernst von Magdeburg und Markgraf Johann entscheiden einen Streit zwischen dem Domcapitel zu Brandenburg und Henning Direken wegen der Fischerei auf der Havel, am 15. März 1490.

Von Gots Gnaden wir Ernst, Ertzbischof zu Magdeburg etc. und Johanns, Marggrafe zu Brandemburg etc. bekennen etc. Nachdem in den Irrungen, Schelungen und Gebrechen, als sich zewischen den wirdigen Heren Sygemunden Brietzk, Probste uf der Burg vor Brandemburg und seynem Capittel eyns und Hennigen Direken zu Gutzkaw, unsern lieben Andechtigen und Getrewen anders Teyls etlicher Wasser und Fyscherey halben uf der Habel etwan lange Zeyt gehalten, durch unser beyder Seyt darzu geordenthen Rethen nemlich die Werdigen und Gestrengen: Ern Albrechten Clytzing, Techand zu Magdburg etc., Ern Cristof vom Hayn, Doctor und Hofemeister, Hans Kotzen und Connen von Thümen, Hewbtman zu Plote, von unser Ernsts, Ertzbischoves obgnant, und Hern Symon Mathien, Probsts zu Stendal, Hern Jorgen von Waldenfels, Rittere und Herr Sygemundt Zcehrer, in geystlichen Rechten Doctor und Cantzler von unser Johannses Marggrafen zu Brandemburg wegen aus unserm sunderlichen Bevehel mit beyder obgerurten Parthien Wissen und Verwilligen gutlich abegeredt und bethedigt ist in Massen hienach folgt und also: das der obgedachte Probst und Capittel zu Brandemburg Henninge Diriken zwene Khan mit Flackerey, Pobarten und Klebenettzen uf der halben Havel von seyner Wonhung zcu Gutzkaw an zcu hebben bis an den Stechow zcu fischen gestaten und zcugeben sollen, doch so bescheiden, das er nicht eher ausfare zcu flacken mit den Bobardt zcu vagen, auch nicht enger Nettzen gebrauchen, wan di von Pritzerve thun anheben und gebruchen. Das wir

follichen gutlichen Entſcheid und Bethedingt, wie obin gemelt, beſtetigt und unſern Willen und Volbordt darzcu gegeben haben, beſtetigen etc. Geben ztu Tzerwiſt, am Mantage nach dem Sontage Oculi, MCCCCXC.

Nach dem Originale.

CDXC. Der Prediger-Mönchsorden nimmt die Mitglieder des Domcapitels in seine Brüderschaft auf, am 22. Mai 1491.

Venerando ac ſpectabili viro, domino Sigismundo Britzken, ſancte eccleſie Brandenburgenſis archidyacono atque canonicorum monaſterii ac capituli Brandenburg. ſacri ordinis Premonſtratenſis prepoſito benedigno, omnibuſque et ſingulis concanonicis fratribus ſuis: Joachim Dameker priori, Hinrico Hyndenberch, Paulo Lyveſyle et Buſſoni de Gulen, ſenioribus, Andree Grantzow, Johanni Kruger, Sigismundo Netzen, Petro Wetzel, Johanni de Hagen, Petro Zander, celerario, Martino Arentſe, Gerardo Dyſeko, Thome Briſt, Matheo Randow, Hinrico Haken, Rudolfo de Kloden, Petro Diriken, Johanni Lyeſt, licentiato, Bartholomeo Molner, Petro Ribbeke, Paulo Haddernsleve, Matthie Termo, Johanni Schonnemarke, Philippo Klitzynk, Johanni Priorth, Lodewico Luderitz, Nicholao Broſeke, Johanni Bodeker, Balthaſar Lyecen, Petro Beme, Wilhelmo Noppen, Georgio Ryno, dominis et eorum ſucceſſoribus ſibi in Chriſto ſinceriter predilectis frater Joacinus Turrianus Venetus, ſacre theologie profeſſor ac totius ordinis predicatorum humilis magiſter et ſervus, divine gratie redundanciam et ſpiritus ſancti conſolationem. Nuper fide digna michi in Chriſto kariſſimi fratris Johannis Botzyn, ordinis memorati predicatorum et ſacre dicte facultatis theologice magiſtri et profeſſoris conventus Brandenburgenſis informatione accepi, quod vos et veſtri predeceſſores ab olim uſque hodie fratribus dicti conventus noſtri indiſſolubili caritatis vinculo uniti fuiſtis, nec ipſos et ſpiritualium et temporalium bonorum benedictionibus non deſiſtitis prevenire, laudabili atque omni acceptione digna exequiarum ipſorum perſonali viſitatione id atteſtante et ut pro collatis ipſis beneficiis de ſpirituali theſauro ordinis noſtri grata viciſſitudine recompenſare dignaremur ab eodem magiſtro Johanne, preſentis capituli diffinitore, michi extitit humiliter ſupplicatum. Penſatis ergo veſtris diuturnis meritis erga ordinem noſtrum ſedulo peractis, veſtris caritatis operibus congratulamus, vobis omnium miſſarum, vigiliarum, orationum, predicationum, jejuniorum, abſtinentiarum, caſtigationum, laborum ceterorumque bonorum omnium, que per fratres et ſorores noſtri ſacri ordinis dominus noſter Jheſus Chriſtus per mundum fieri dederit univerſum, participationem tenore preſentium concedo in omnibus ſpecialem in vita pariter et in morte, volens inſuper et concedens, ut cum veſtri obitus in noſtro generali capitulo fuerint nunctiati, pro vobis miſſe et orationes et alia ſuffragia injungantur, ſicut pro fratribus noſtri ordinis defunctis communiter fieri conſuevit, ut multiplici ſuffragiorum preſidio et hic augmentum gratie et in futuro mereamini eterne vite premium poſſidere. In cujus conceſſionis teſtimonium ſigillum mei magiſtratus officii duxi preſentibus appendendum. Datum Cenomanis provincie Francie in noſtro generali capitulo anno domini MCCCCXCI. in feſto Penteceſtes ibidem celebrato.

Nach dem Originale.

Anm. Dies die älteſte Urk., wo die Jahreszahl mit arabiſchen Zahlen geſchrieben iſt, im Archive des Brandenb. Stifts.

CDXCI. Der Bischof Joachim bestätigt die Stiftung einer wöchentlichen Messe in der St. Gotthardskirche, am 13. Aug. 1492.

Joachim etc., epiſcopus Brandemburgenſis etc. Quia providus Clawes Framholt, civis et incola veteris civitatis Brandemborg, laicus noſtre dioceſis, cupiens ſue et ſuorum progenitorum et liberorum anime et animarum ſaluti ſalubriter intendere volensque ut orthodoxa catholica fides ſuis temporibus exaltetur et divinus cultus augmentetur devotuſque fidelis amplius devocius efficiatur, qualibet ſexta feria cujuslibet ebdomade ad altare beate Marie virginis ſitum in eccleſia parrochiali ſancti Godehardi veteris civitatis Brandemborgh unam miſſam de ſancta et invictorioſiſſima cruce per poſſeſſorem dicti altaris legi et teneri pie ordinavit et procuravit, pro qua duodecim ſexagenas Marchie in ſumma capitali una cum redditibus inde provenientibus ad dictum altare appropriavit atque donavit perpetuis futuris temporibus permanendis. Quare dictus Clawes Framholt debita cum inſtancia requiſivit et a nobis poſtulavit, quatenus hujusmodi ipſius pium et devotum affectum proſequi et exequi vellemus eumque noſtra auctoritate ordinaria approbare et confirmare. Nos vero ipſius requiſitionibus et petitionibus tamquam devotis et juſtis merito annuentes predicte miſſe celebrationem et donationem ac fundationem approbamus, ratificamus, grata, rata et approbata habentes eaque in hiis ſcriptis dei nomine confirmamus perpetuis futuris temporibus inconvulſa permanenda. In cujus rei evidens teſtimonium ſigillum noſtrum preſentibus eſt appenſum. Datum in caſtro noſtro Seieſer anno domini MCCCCXCII. feria ſecunda, ipſo die Ypoliti et ſociorum martirum. Teſtes vero hujusmodi noſtre confirmationis ſunt venerabiles et validi viri domini Matheus Molitoris, decretorum doctor, noſter in ſpiritualibus vicarius, Baltaſar Boytz, noſtre curie officialis, Bartholomeus Golſtorp, notarius conſiſtorialis, Haſſo de Bredow Marſchallus, Rudiger de Seieſer et alii quam plures curiales et domeſtici noſtri fide digni.

Nach dem Originale.

CDXCII. Propſt Sigismund Brietzke überläßt dem Domcapitel zwei frühere Hoſpitalhufen zu Ferchesar zu ſeinem Gedächtniſſe, am 11. Nov. 1492.

Wie Segemunde Britzke, proveſt der Kerken thu Brandemborch, Bekennen und dhonn kundt mit deſſemen unſern apen briue vor uns und alle nhakomende proueſte der Kerken in Brandenborch, dat wie gegeuenen hebben, geuen und vorlighen in Crafft deſſes briues, dem werdighen andechtigen paulo Liveſelenn priori, Buſſoni von Gulenn Seniori und dem gantzen Capitel der Kerken Brandemburch twe Wiſpel Korns an Roggen, Gerſten und Hauern, to Fercheſer gelegen, die in vorgangnen tiden to dem Hoſpital vor der Borch Brandemborch gehoret hebben: dar vor ſchalen nun und willenn die gnannten Herren der Kerken Brandemborch holdenn Ewichlich alle Jar nha gebor und utwiſinghe des dodenn Buckes twe grothe Villighen. Des to orkundhe dath wie en ſulches Ewich vor uns und alle unſen nhakomenden proweſten unvorrucket holdenen willen, hebbe wie deſſenen unſerm Brieff mit dem Sigille unſer proueſtie befeſtiget und vorſigelt, die gegeuenen is nha der Bordt Chriſti Duſent vierhundert dar nha jm twe und negentigeſten Jare, am Daghe Martini des hillighen Biſſchops.

Aus dem Copialbuche.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CDXCIII. Jacob von Beiern zu Wusterwitz verpfändet Hebungen an das Domstift Brandenburg, am 21. Dezember 1494.

Vor allen und einen jederman, die deſſen meinen apen brief ſehen, horen oder leſen, Bekenne ick Jacob von Beiern thu luthken Wuſterwitz geſeten, vor mie meine Rechte lenh und liues eruen, dat ick mit Willen und fulbordt Churdt von Beieren mynſs natürlichen veders wolbedacht Recht und Redelich up einen rechten Rechten wedderkoep verkofft hebbe. und gegenwardich vorkope, dem werdigen herren Sigmund Britzk proueſt, Matheo Randow priori, Paulo Lewefelen Seniori und dem gantzen Capittel der Kerken thu Brandemburch und eren nhakomenden Einen Wiſpel Haidekorns, nemlich achtein Scepel Rogghen und ſoefs Schepel gerſten jerligher Rente up dem houe, hufen, thu behorenden Acker, den itzundt Claus Buffow thu lutken Wuſterwitz beſitt und bedriuet oder die den Inthukünftigen tiden werdt beſittenen und ſunſt uth mynen Redeſten güdern bewechlich oder unbewechlich, wor ſie gelegen ſeyn keinerleie butenbeſcheiden. Dar vor mie die vorbenomden herren wol thu dancke betalt und vornugeth hebben drudtich gude fulwichtige Rinſche gulden, die ick forth zu meinen nutt und from gekerth und gewandt hebbe, — nha der Borth Criſti Duſent vierhundert dar nha Im vier und negentigeſten Jare, am Dâghe thome Apoſtoli.

Aus dem Copialbuche.

CDXCIV. Siegmund Brietzke, Dompropſt zu Brandenburg, ſtiftet eine tägliche Meſſe, ſogenannte große Propſt-Meſſe und eine ewig brennende Lampe mit Hebungen aus Tremmen und Markede, am 29. Juni 1494.

Wy Sigismundus Britzke, Probſt der Kerken to Brandemborch, Bekenne offentliken, vor uns und unſem nhakomenden proueſten und ſunſt vor allen Chriſten Menſchen, dy deſſen unſen apen bryff ſyhen oder horen leſen, dat wi angeſehen hebben und betrachtet hebben dyt arme elende vorgencklige leuent und wat wi in deſſem leuende ſtiften, gudes wercken und dhon, dat uns dhat in dem tokünftigen leuende bohulplich fruchtbar und nuthe iſs. Wan wy nu kamen Im Gerichte Godes, dar wi entfanghen nha unſerm Vordinſte; Syndt wi bowagen, ſodann unſen vordinſt to merende. Darumme Gode dem Almechtigen und Marien der Hemmelkoninghynen tho laue, Sunderliken ock unſen lyuen hoffthern unde lyuen patronen Sancto Petro und Sanct Paulo, Sancto Andree, ſancto Auguſtino, Sanct Erasmo, Sanct Martino, den hilligen dren Koninghen, den hilligen teyn duſſent Ridderen, den hilligen elff duſſent Juncfrowen, der hilligen frowen Sanct Annen unde den hilligen Juncfrowen und Merteſerſchen Barbare, Katherine, Dorothee unde Hedwigis, und ock allen hemmeliſchen here to eren und groth werdicheit unnſen olderen und vorfarenn, Ock unnſen nhakomen und allen Criſten ſylenn tho troſte wolfardt und ſalicheit, uppe dat Godesdinſt geſtercket und gemeret werde, Hebbe wy eyn Altar in unſer Kerken tho Brandemborch medt deghelcken Ewigen Leſſen Miſſen angefanghen, dat gewiet is In dye ere Aller lyuen Hilligen, medt eyner ewighenn brenenden lampe hengende vor dem ſeluighen Altare: Welghe deghelike ewigen miſſen, van uns geſtifftet und fundiret, nha uthwiſinghe wiſſe und forme deſſer fundacien, Nu und to ewighen tiden ſcholen geleſen und geholden werden. Beſundern alle Sundage ſchal werden geleſen dy miſſe von der hilligen dryvaldickeit, unde nha der yrſtenn Collecten ſchall man ſuffragiren von ſanct Andrea — Darnegeſt von ſanct Barbaren etc. — (Es folgen nun die

einzelnen Meſſen). Vor ſodane unnſem Teſtament und Ewige miſſen und ewige brennende Lampe medt officia und Collecten, ſo beruret und uthgedrucket van uns fundyret und dotyret, itzundes vor uns unde unſen nhakomenden prowſten fundiren und dotyren In Crafft und Macht deſſes bryues, medt ewigen tynſſen, pechten und renthen bonemeliken neghen ſcock und achteyn groſchen an gelde Brandeborgiſcher Weringe in deme Dorpe to Tremmen gelegen, by dy gemeyne buren, ſoſs Wiſpel hartes Korn, halb Roggen und halb Gerſte, In dem Dorpe to Markede gelegen up dem houe und huffen den itzundes nu boſittet und bodryuet Hans Eyke und twelf Wiſpel Havere In dem Dorpe to Tremmen gelegen by dy gemeyne buren, welghe beſtimde ewige tinſſe, Pächte und Renthe an uns gekamen ſindt van den geſtrenghen und erenfaſten Her Hans van Rochow, up eynen rechten Wedderkopp gekofft hebben, Dar wi em vorbothalet und to eyner gantzen geniige gegheuen hebben und vorgereyket Negenhundert rinſche Guldenne und negendrittich rinſche Guldenne. Des wi des upgnanten her Hans von Rochow ſinen vorſegelden bryff hebben medt unſers gnedigeſten herren Marggraue Hanſen wil briff. Quemeth ouerſs In vorlopenden tyden, dat Her Hans von Rochow odder ſine rechte Lehen eruen ſolche Pechte, renthe und Wedderkop wedder aff loſſen und kopen wolde und denne ſodanne ſumme ſo vorbeſtimmet Negenhundert und Negen und drittich rinſche guldenne houeth ſumme, ſchal dy Prior medt den gemeynen herren und vulbordt der beiden perren anhe engherleye Inſaghe edder bohelp des prowſtes wedder an leggen und wedder in ewighen renthen brengen war man beſt kann und mach. Jedoch ſodanne ewige tinſſe unde pechte ſo upgeſcreuen, wi ſo vorfugen — und ordinyren, dat dy twelff Wiſpel haueren ewich ſcholenn blyuen by den gemeynen herren Kelre thu owckenghe unde merynghe ores gedrenckes. Käme es dat dy Haver gewandelt worde in der affkopinge Im gelde, Denne ſcholen alle Jar ierligen vor dy twelf Wiſpel Haueren ſeſteyn rinſche guldenne ewighe renthe tofallende und tokomen ſin to tem Kelre und gedrencke der gemeynen herren. Sunder dy neghen ſcock und achteyn groſchen an gelde, dar ſchal man aue jerliken gheuen dem Sacriſten dry punth jerlike und ewige renthe to der Lampe ewigen vor dem Altare to holdenne eder ouer gelt ſunderken Achtehalff ſcock und achteyn groſchen. Medt den ſefs Wiſpel hardes Korne Scholen die Herren nun dy dy miſſen degeliken holden In Eyn ſampt gelike deylen, upp dat eyn jegliches here vor ſinen arbeyt und müghe beloneth werdt, thu betherynge erer Klederre, welghe ewighe unſe Teſtament und godesdinſte medt ewigen Meſſen und brennende Lampe ſo uppgeſchreuen is In fulre meynunghe medt allen puncten und ſtucken ſunder engerleye vor nyinghe, Inſaghe und bohelp Schall nu und thu ewigen tiden Ernſtliken van uns und unſen nhakamenden prowſten geholden werden. Des to orkunde unde grotten ſicherynge hebbe wi Sigismundus Britzke vor uns und unſen nhakomenden prowſten unſer prowſtigen Sigill nedden an unſen deſſen briff lathen hengen. Derhalben ſin wi Matheus Randow prior, Buſſe van Gulen Senior und gemeine herren und Kanonike der Kerken to Brandenburg bewäghen und hebben angeſyen ſo wi geiſtlike perſonen ſindt, Gade dem almechtigen Marien ſiner benedieden muder und unſen lyuen patronen ſtedes thu dynende und godesdinſt nicht to ſweckende odder tovorſumede, ſunder ſtedes to merende, hebbe wy angeſyen In we grodt werdicheit, grothe gunſt lyben und guden willen, dy juwe grodt werdicheit to uns und to unſen nhakomenden und to Ehren unſer Kerken to Brandenborch hebben, ſodanes Teſtament medt allen puncten ſo vorgeſcreven wi demudichliken und medt groten willen upp nhemen, annhemen und entfangen In Crafft deſſes bryues vor uns und unſe nhakomende heren der Kerken to Brandeborch Sodan Teſtament und ewige Miſſen und ewige Lampe medt allen puncten, ſtücken und Articlen wiſſe und frome, ſo upp geſcreuen is, Nu und to ewige tiden von uns und unſen nhakomenden Ewichlicken ſchall geholden werden. Ock rede wi upgemelden herren an beyden parten offt deſſe brief offte fundacien etlike macule

edder feringe krege, Schall deſſem teſtamente und godesdienſt nicht ſchedelich oder hinderlich ſin, Sunder faſte und ewich to holdenne. Des to orkunde und grother ſicherheit hebbe wi Matheus Randow pryor, und gemeyne herren des Cappittels der Kerken to Brandenborch Eyndrechtichliken mit Rypenrade unde wolbedachten mude vor uns und unſen nhakomenden unſe des Cappittels grothe Ingeſegell ock nedden an deſſen apen briff lathen henghen. Dy ghegeuen iſs Na Chriſti unſes Herrn Gebort Duſent vyrhundert dar nha in dem vyer nnd negentigeſten Jare, am Daghe Petri et Pauli Apoſtolorum.

Aus dem Copialbuche.

CDXCV. Biſchof Joachim beſtätigt einen in der St. Annen-Kapelle geſtifteten Altar, am 4. Juni 1496.

Joachim etc., epiſcopus Brandenburgenſis, pro parte — domini Nicolai Honow, presbyteri et proviſorum capelle ſancte Anne prope et extra muros nove civitatis Brandemburgh rite oblata nobis petitio continebat, quod cum ipſi altare novum in dicta capella ſancte Anne in honorem ſanctarum Anne, matris Marie virginis glorioſe, Barbare, Gertrudis ac Dorothee virginum de novo erexerint atque fundaverint et certis annuis redditibus, piorum Chriſti fidelium ſubſidio mediante, qui ad hoc ſuas elemoſinas largiti fuerint, pro presbyteri ſuſtentatione ipſum pro tempore regentis dotaverint, juſque patronatus proviſoribus prefate capelle interea, quoad ipſa fraternitas ſancte Anne in vigore permanſerit, aſſignantes, quem ad modum hec omnia in literis fundationis ſubinſertis, ſanis, integris, illeſis, non vitiatis, non concellatis, non abolitis neque abraſis ſed omni prorſus vitio et ſuſpicione carentibus, ſigillo vero memoratorum proviſorum ſancte Anne rotundo de cera viridi glauce impreſſo, in cujus medio imago beate Anne in circumferentia vero caracteres has dictiones repreſentantes: S. Sancte Anne, appoſuerunt, pergameni preſſula impendente, ut prima facie apparuit, ſigillatis, plenius apparent, quatenus dictas fundationem, dotationem, juris patronatus aſſignationem, poſſeſſionem et ſucceſſionem ceteraque in dictis fundationis literis quomodolibet contenta ratificare et confirmare dignaremur, quarum quidem literarum tenor ſequitur et eſt talis.

Iw erwerdige in Gott Vater und Herren, Herrn Joachim, Biſſchoppe thu Brandemborch, unſerm gnedigen Herrn, entbieden ick Ern Nicolaus Honow, iwir Gnaden undirdanige Capellan, und wy Vorſtender und Guldemeiſter der Bruderſchapp ſanct Annen, unſe vorplichte, willige, underdanige, gehorſame Dinſte. Gnedige Herre, nachdem alle irdiſche Gudere vorgencklich und kein boſtendich Weſen hebben, und wy alle na der Sprake des hilligen Apoſtels vor dat geſtrenge Gerichte ſtan werden unſers Herren Jheſu Chriſti, na unſen Vordinſten Belonunge thu nehmen; iſt derwegen nodt, ſo wy alle gude Belonunge entpfangen willen, wy uns hyr upp Erden mit guden Werken ummegeven, darinne uſen und dy alſo fügen, dat wy thur leſten Erven mit mannigfeldigen Fruchten dorch dy milde Barmhertichheit Gades weddir umb ynn nehmen und ſamelen mogen. Der Orſaken halven, dath wy all ſodann gude Belonunge averkamen mögen, hebben ick, Ern Nicolaus Honow, ock wy gnanten Vorſtendere und Meiſtere ſunte Annen mit unſern milden Almiſſen unſeren Zelen, ock unſern Oldern und Frunden, und vor allen wy dath gunnen ock den gemeinen Brudern ſunte Annen Bruderſchapp, dy itzunt ſyn und in thukunftigen Tiden werden daruth vorſterven und vorſtorven ſinth, ynn der Capellen ſunte Annen, vor dem Schmertzken Dare der nien Stadt Brandenborch gelegen, dath hoge Altare ynn der Ehren des almechtigen Gades, Marien der Hemmelkonigen und allen hemmeliſchen

Here thu Ehren und thu Lave, ſunderliken yun der Ehren der hilligen Frawesnamen ſunthe Annen, forder mehr ynn dy Ehre Barbare, Dorothee und Gertrudis, der hilligen Junckfrowen uppgericht, geſtift und gemaket und mit tidtligen, jerligen Renten beforget, nemeliken ſoventehalven Schocke merkeſcher Weringe, ſoſtich Groſchen upp eyn Schock und eynen Groſchen upp achte Penninge, alſe dy Munthe genge und geve iſt dato diſſes Brives, vor eyn iſslich Schock ynn der Hofſtſummen twelff merckſche Schock der gemelten Munthe und Werunge, upp rechte Weddirkope aff thu loſſen. Sodann gemelte Tinſe und jerlige Rente ſcholen tho ewigen Tiden unverrucket by dem gemelten Altare blyuen, und des beholden wy Vorſtender und Meiſtere der Bruderſchapp des gnanten Altares Sanct Annen, dy itzt ader ynn thukunfftigen Tiden ſyn werden alſe Stifftere des gemelten Altares, wu ſich dath na Rechte gehoret, jus patronatus und Ligunge, alſo wen ſulch Altare loſs werdt werden, alſe danne, wenn edt loſs iſt, ſollen dy gnanten Vorſtendere und Meiſtere dath Lehn Macht hebben thu vorlihen, nicht dy gemeinen Brudere, und ſcholen dath eynen framen armen Geſellen umb Gades willen vorlihen. Iſs he nicht Prieſter, ſchall he ym Jare Priſter werden und thur Stede in der Nienſtadt Brandemborch wonende bliven und nicht wech thien noch vorandern, reſigniren noch offitiiren laten, edt ſy danne mit der Vorſtendere und Meiſtere Willen, und ſcall dath mit gnanten Miſſen vorſorgen, alſe thur Weken dry Miſſen, dy eyne van der hilligen Dryfaldicheit, dy andere van ſunte Annen, thum drudde Male eyne Zelemeſſe. Des Sondages ſcall he dy eine holden, dy andern beide, wen he dar thu geſchickt is. Weret Sake, (dat) dy Vorſtendere und Meiſter der gedachten Gulde yn Unmacht quemen und dy Affbrock nehme, ſcall jus patronatus und dy Ligunge bi und an dem Rade der nien Stadt Brandemborch kamen, dath Lehn und Altare thu vorlihen. Ock ſchall dy Priſter, dy dath Altar beſitten iſs, alle Jare den Prieſtern der Nienſtadt Brandenborch van dem ſovendehalven Schocke eyne Memorien van eynen halven merckſchen Schocke thu ewigen Tiden des negeſten Sontages na ſunte Annen-Dage des Avendes mit Vigilien und des Mandages forth dar na mit Zelemiſſen laten holden vor den gemelten Ern Nicolao, ſinen Oldern und Frunden und vor den he edt gunnen und begern iſt, ock allen Guldebrudern ſunte Annen und dy jus patronatus hebben. Gnediger Herre, iſs derhalven unſe demotige, vlitige Bede, ſodan gude Wercke angeſihen, iwe Gnade will unſern guden Willen dem allmechtigen Gade thu Lave und Ehren, den Zelen thu Hulpe und thu Troſte dorch iwir Gnaden ordentliche Gewalt und Crafft bekrefftigen und boveſten und dy acht und ſoventich Schock Hovetſummen und dy bonanten Tinſen geiſtlik maken, alſo dath ſy thukunfftich thu keynen wertlichen Handel mehr kamen, beſundern ewig thu ſodann geiſtligen Lehne bliven, iwe Gnade ſich thu ſulker Boveſtinge willich bewiſe. Wert Gott der almechtige ſunder Twivell iwir Gnaden wol belonen, und willen dath mit unſern demotigen willigen Dinſten flitigh vordinen. Und ſunderlich wert iwir Gnaden obgnante undirdanige Capellan kegen Gott und iwir Gnaden lange Leven thu bidden ſtedes ingedenck ſynn. Gegeven tho Brandemborch am achten Dage unſers Herrn Hemmelfarth, vorſegelt mit ſunte Annen nedden anhangenden Ingeſegell. Na der Gebort Chriſti vierteynhundert und ſefs und negentigſten Jare.

Nos vero, Joachim, epiſcopus prefatus, attendentes hujusmodi pium et devotum affectum noſtrorum ſubditorum maxime omnium nobis commiſſorum plus confirmandum quam infirmandum fore ideoque dictorum petentium ſupplicationi nedum ſed et divine cultus augmentationi ſerventius inclinati predictas fundationem, dotationem, juris patronatus aſſignationem, poſſeſſionem et ſucceſſionem cum omnibus et ſingulis aliis clauſulis et articulis in preinſerte fundationis literis quomodolibet contentis ratificamus, autoriſamus et approbamus ac auctoritate noſtra ordinaria dei nomine in his ſcriptis perpetuis temporibus inconvulſe permanendas confirmamus, decernentes reditus ac proventus, dicto altari pro tempore appropriatos, eccleſiaſtici juris privilegio tueri ac gaudere debere, inhibentes omnibus et

singulis utriusque sexus hominibus, ne de dictis bonis imminuere vel alienare aut contra hujusmodi nostram confirmationem ausu temerario quicquam attemptare presumant; alioquin indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli, apostolorum ejus, ac nostram se noverint incursuros. In quorum etc. fidem etc. Datum Brandenborch in aula nostra episcopali, anno MCCCCXCVI. sabbatho infra solemnes octogenas corporis Christi. Hujus autem nostre confirmationis testes sunt venerabiles ac validi domini: Matheus Molitoris, decretorum doctor, Petrus Dosmann, curie nostre officialis, Petrus Schonremarck, in Berlin commissarius, Andreas Rade, capellanus, Caspar nobilis de Plathe, marschallus, Achim Wiltberg, Sigismundus Knobelouck, Bartholomeus Golstorp, protho-notarius et alii quam plures familiares nostri continui fide digni.

Nach dem Originale.

CDXCVI. Das Lebuser Domcapitel verkauft dem Domcapitel zu Brandenburg Hebungen in Niebehde, am 15. Juli 1496.

Winſpel Roggen jerlike plege dar ſyne ehelike huſſfrowe Eliſabeth dorch unſe vorfaren mit beliff gedinget iſt und upp der Molne darſulueſt tho Fretzſtorpp verlegen hebben und verlygen demſeluigen gores Tylen ſolchen Winſpel Roggen alſo, offt dy gedachte ſyne eheliche huſſrowe Eliſabeth van Dodes aue gynge eher he, dat he alſdenne ſodanen einen Winſpel Roggen jerliche plege von der ſuluigen Molne tho Fretzſtorpp dy tidt ſynes leuendes und nicht lenger jerlich vor uns und unſen nhakomelingen magh hebben entfangen und In ſynen nuth brengen, Und uns ock unſern nhakomelingen darvon ſchall dhon und dynen alſe lehen gewonheit und Landes Recht iſt, und dy ſuluige ſyne fruwe Eliſabeth ſchall den Winſpel roggen tho lyffgedinge hebben alſe lyffgedinges Recht und gewonheyt iſt, doch uns und unſen nhakomelingen In den Renthen an der bemelten Molnen to Fretzſtorp und ock eyns Jedermans Recht unſchedelich. Tho orkunde mit unſers Capitels Ingeſegell anhangende verſegelt und gegeben nach der geborth Chriſti Im veffteynhundert und Elfften Jare, Sundagg am Dage Clementis des hilligen Biſſchofs und Martyrers.

Brand. Copialbuch III, 43.

DXV. Inſtrument über die dem Biſchofe Hieronymus auf einer Synode zu Zieſar bewilligten Abgaben und das Ausbleiben des Wittenberger Clerus, vom 22. Juni 1512.

Anno Domini milleſimo quingenteſimo duodecimo, indictione quinta decima, die vero Martis, viceſima ſecunda menſis Junii, pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto patris et domini noſtri domini Julii divina providentia pape ſecundi anno nono, hora tertia, Reverendus in Chriſto pater et dominus dominus Hieronimus dei et apoſtolice ſedis gratia eccleſie Brandenburgenſis Epiſcopus venerabiles et honorabiles ſue dioceſis prepoſitos Decanos ac proviſores curatos et non curatos pro celebranda ſinodo vocari et citari fecerat et mandaverat. Comparentibus igitur venerabilibus viris dominis Friderico Brizke Brandenburgenſi, Georgi Maſkov Liezkenſi, Theodorico de Schulenborg Doctore Berlinenſi, Johanne de Thumen Doctore Bernovienſi, Gregorio Wener doctore Angermundenſi ac Georgio de Alem Templinenſi prepoſitis, nec non Petro Kleinſmidt Zerveſtenſi ac. N. Coſvicenſi decanis cathedralium et collegiatarum eccleſiarum Brandenburgenſium prelatis ac nonnullis preſbiteris de et ex ſedibus diſtrictibus ſive Bannis Beliz, Briezen, Juterbock, Coſvick, Zerviſt, Lezka, Zieſar, Brandenborg, Rhatenov, Nauen, Spandov, Bernov, Zedenick, Templin, Angermunde, Fredeland, Struzberg et Berlin pro celebranda comparentibus ac ad id congregati. Volens idem dominus Reverendus dominus Hieronimus Epiſcopus videre et experiri an de ſingulis ſedibus pro more et conſuetudine hactenus obſervatis ſaltem duo ex preſbiteris ſeu clerici beneficiati, qui aliorum nomine negotia in ſinodo proponenda tractarent, forent preſentes; Reperit de ſingulis ſedibus aliis duos nomine aliorum clericorum miſſos abſque . . quod quidam Gregorius Hainis de Bruck et Sebaldus Stigeler ex Wittenberga afferebant, ſe nomine clericorum ſedis Wittenberg comparere exhibentes mandatum conſtitutionis nonnullorum clericorum in inſtrumento publico notatorum non tamen ſingulorum clericorum. Quo per Reverend. Dn. Dn. Hieronimum Epiſcopum viſo ac comperto ac ex confeſſione eorundem Gregorii et Sebaldi, quod non forent clerici ordinarii neque clerici ſeu beneficiati Brandenburg. dioceſis aut dicte ſedis Wittenberg; Idem Reverend. Dn. Epiſcopus tam eorundem Gregorii et Sebaldi aſſertum mandatum . . . . . eorundem comparitionem

insufficientem, nec non Clerum Wittenbergensem citatum non comparentem merito prout fuerat reputat contumacem, et in eorum contumaciam de consensu scitu voluntate et sciencia omnium et singulorum prelatorum et presbiterorum ex sedibus supra dictis hinc inde deputatorum . . . . . et consentientium ad actum sinodalem procedendum duxit atque processit, et inprimis invocato auxilio divino per decantationem solennis antiphone Veni Sancte Spiritus et aliqualem exhortationem ad clerum presentem de et super emendatione vite et defectuum ad gratiam suam delatorum pronuntiari et publicari, nec non et suas et ecclesie sue Brandenburg. necessitates et onera exponi fecit sub verbis subsequentibus. Constat namque evidenter procurationem pro sustentatione Episcopi a jure permissam, constat etiam civitates oppida, terras, castra, census et redditus ad Reverend. Dn. Episcopum Brandenburg. ratione Episcopatus et ecclesie Brandenburg. spectantes per antecessores Episcopos Brandenburg. adeo oneribus et censibus gravatos et obligatos, quod sua reverenda paternitas ex eisdem vix census aliis venditos exsolvere possit. Vnde etiam venit quod dicta loca castra opida et civitates in suis edificiis ruinas minantur. Constare etiam — Dominum Brandenburgensis ecclesie Episcopum pacem et quietem veram suis subditis hucusque deo adjuvante conservasse, quodque sua paternitas absque modica familia — expedire non possit, pro quibus sue Reverend. paternitati simplex procuratio solvenda nullo modo sufficit, sed neque his temporibus duplex procuratio suam gratiam in nullo relevaret immo cogeretur dictas terras opida et castra plus onerare et suis creditoribus obligare, Vnde ex tunc ut tandem Episcopatus in suis redditibus omnino deficeret. Evidens igitur atque urgens necessitas suam cogit gratiam, triplicem et aliquando quadruplicem petere procurationem et ultra procurationem subsidium caritativum ut taliter suis aliquo modo possit ab oneribus relevari.

Et his expositis idem Dn. Reverendus a prelatis presbiteris beneficiatis et clero sue dioceseos procurationem quadruplicem unacum subsidio caritativo ex fructibus ecclesiarum et beneficiorum sue dioceseos ad relevandum onera sua et reficiendum edificia desolata petiit et postulavit. Qui quidem prelati presbiteri et clerici habita deliberatione . . . . . quadruplicem procurationem aut subsidium per Dn. Reverendum non fore petendum pro eo, quod . . . . elapsis annis subsidium caritativum cum quadruplici portione tunc inita concorditer reddidissent et postulassent petentes humiliter quatenus sua gratia de simplici procuratione ac duplici procuratione loco subsidii et ita ex toto in triplici procuratione dignaretur esse contenta. Ex tunc altera vice in subveniendis necessitatibus sue gratie se vellent exhibere obedientes. Et quia tunc instabat hora prandii, Reverendus Episcopus prelati et clerici hujusmodi negotiis ulteriorem expeditionem in horam primam post meridiem prorogarunt. Qua hora adveniente et iterum necessitates et onera tam Reverendi Domini Episcopi quam ecclesie Brandenburg. mature pensantes post multas et varias deliberationes et interlocutiones hinc inde habitas singuli prelati ac Clerici presbiteri presentes et nomine aliorum clericorum in procurationem vulgariter nuncupatam triplicem videlicet simplicem loco procurationis anni currentis et duplicem loco subsidii charitativi de anno presenti tempore visitationis . . . . solvendam concorditer et expresse consenserunt et concluserunt. Prefati vero Gregorius Haynis de Bruck et Sebaldus Stigeler procuratores nonnullorum clericorum Wittenbergensium de hujusmodi suis principalibus referre ac cum eis desuper velle interloqui nec non quantocius Reverendo Domino Episcopo Brandenburgensi velle respondere allegarunt.

Acta fuerunt hec in arce Ziesar sub anno domini, indictione die mense horis et pontificatu quibus supra, presentibus honorabilibus providis et validis viris Thoma Baniz, Sigismundo Brizke, Hans Borg.., Richardo Bardeleve ac quam pluribus aliis fide dignis testibus ad premissa vocatis et requisitis.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

De premissis omnibus et singulis Ego Hinricus Laurentii pro tempore Reverendi Domini Hieronimi Episcopi Brandenburgensi Vicarius protestor manu propria.

Gercken's Stifts-Historie S. 676—680.

DXVI. Bischof Hieronymus befiehlt der Stadt Wittenberg einen gefänglich eingezogenen Geistlichen freizulassen, am 21. Nov. 1512.

Hieronimus, Dei gratia Episcopus Brandenburgensis, universis et singulis plebanis viceplebanis divinorum rectoribus et clericis in et per sedem Wittenberg ubilibet constitutis et presertim divinorum rectoribus in oppido Wittenberg salutem in Domino. Fide digna relatione accepimus, Quoniam Caspar Tenschel Judex, Tilo Dehne, Hans Ritter, Matheus Globbigk, Jacob Dranstorff, Meister Claues Bildenhauer, Andreas Kelner, Hans Richter, Paul Baytz, Ambrosius Amdar, Hans Modde, Hans Hogendorff, Hans Burchart, Blasius Risch, Otto Sulftorff, Benedictus Schulte proconsules et consules dicti oppidi Wittenberg cum eorum complicibus multis diebus effluxis quendam Clericum Glorium Swahn qui clericus communiter habebatur habitu et tonsura incessit clericali in ecclesiastice immunitatis derogationem propria autoritate cepissent et incarcerassent seu capi et incarcerari fecissent. Et quamvis per commissarium nostrum aliosque consiliarios nostros ut ad nostram curiam eundem remitterent eosdem monere et requiri fecimus ac de clericatu ipsius ultra famam publicam et quod pro tali se gesserat per literas pontificis et sui ordinatoris probatum fuerat; Ipsi nihilominus tamen tradere et presentare renuerunt ac expresse recusaverunt, sed ipsum huc usque contra sacrorum canonum instituta et ecclesie libertatem in carceribus ausu temerario detinuerunt ac detinent principalis excommunicationis sententiam juxta Canonem: Si quis suadente diabolo damnabiliter etc. Vnde nolens hoc facinus temerarium surda aure pertransire impuniter, quinimo quantum poterimus temeritatem et audaciam dictorum judicis proconsulum et consulum ac eorum complicium refrenare, vobis omnibus et singulis predictis et uni cuilibet in virtute sancte obedientie et sub excommunicationis sententie pena districte precipiendo mandamus, quatenus mox visis et receptis presentibus accedatis quo fuerit accedendum, Et predictum judicem proconsules et consules ac eorum complices autoritate nostra exsuperabundanti moneatis, ut dictum Glorium Swahn quem ad nostram curiam revocamus per presentes adhuc infra spacium viginti horarum insinuacioni presentium immediate sequentium a dicta captivitate sine aliquo gravamine . . . . . liberent et relaxent eumque liberum et solutum dimittant sub excommunicationis et Centum florenorum Camere nostre applicandorum penis et muletis, offerentes cuilibet querulanti de predicto clerico justitie complementum nos reddituros. Alioquin quamdiu predictus clericus in captura hujusmodi detentus fuerit in omnibus et singulis ecclesiis monasteriis capellis et locis in et per oppidum Wittenberg servetur et servari faciatis strictissimum ecclesiasticum interdictum non recessuri ab his donec aliud a nobis receperitis in mandatis. Quod quidem interdictum ad locum prefatum Dei nomine in his scriptis ferimus et promulgamus citantes quoque peremtorie antedictum judicem proconsules et consules cum eorum complicibus omnesque et singulos, qui prefatum clericum Glorium Swan incarceratum detentioni et incarcerationi auxilium et favorem dederunt, ut tertia die executioni presentium immediate sequenti si juridica fuerit, sin autem prima die juridica extunc statim secutura coram nobis aut nostro in hac parte surrogato et surrogando Siefar

in judicio compareant ad videndum et audiendum se predicte principalis excommunicationis sententiam Canon. VI. Si quis suadente diabolo damnabiliter incidisse declarari declaratosque publice denunciari mandari literasque desuper declaratoriales in forma solita et consueta decerni et concedi vel dicendum et causas rationabiles in contrarium allegandum nec non ad procedendum, et procedi videndum et audiendum in negotio declaracionis hujusmodi usque ad totalem ipsius negotii expeditionem inclusive debitis terminis et dilatione interveniente quantum de jure seu consuetudine opus et necessarium fuerit certificari eosdem quod comparuerint et causas rationabiles in contrarium allegaverint ad prefate principalis excommunicationis sentencie declarationem ac alias prout justum fuerit procedemus . . . . . ad predicta et alia . . . . et quotiens opus fuerit alibi preterquam in valvis ecclesie parochialis oppidi nostri Siesar de cetero . . . . citatum sive vocatum. Datum in arce nostra episcopali Seyesar, anno domini millesimo quingentesimo duodecimo, die dominica vicesima prima mensis Novembris, majori nostro sub sigillo presentibus appresso.

Gercken's Stifts-Historie S. 680—683.

DXVII. Papst Leo X. trägt dem Bischof von Brandenburg und dem von Lebus auf, dem Erzbischof von Magdeburg, Albrecht, das Pallium zu überreichen, am 9. Jan. 1513.

Leo, episcopus, servus servorum dei, venerabilibus fratribus Lubucensi et Brandeburgensi episcopis, salutem et apostolicam benedictionem. Quum pallium, insigne videlicet plenitudinis pontificalis officii, ex parte dilecti filii Alberti, electi Magdeburgensis, quem nuper tunc in vicesimo quarto vel circa sue etatis anno constitutum administratorem in spiritualibus et temporalibus ecclesie Magdeburgensis, tunc certo modo pastoris solatio destitute, donec vicesimum septimum ejusdem etatis annum attigisset, de fratrum nostrorum consilio apostolica auctoritate constituerimus et deputaverimus, et de cujus persona, nobis et eisdem fratribus ob suorum exigentiam meritorum accepta, quam primum dictum vicesimum septimum annum attigisset, extunc eidem ecclesie de simili consilio auctoritate predicta duximus providendum ipsumque illi prefecimus in archiepiscopum et pastorem, curam et administrationem ipsius ecclesie sibi in spiritualibus et temporalibus plenarie committendo, prout in nostris inde confectis litteris plenius continetur per dilectum filium Buffonen de Alvensleven, canonicum Magdeburgensem, nuntium suum fuerit a nobis cum ea, qua decuit, instantia postulatum: nos ipsius precibus annuentes, pallium ipsum de corpore beati Petri sumptum per vos vel vestrum alterum assignandum eidem secundum formam juramenti, quam vobis sub bulla nostra mittimus introclusam, per prefatum Buffonem duximus destinandum. Quocirca fraternitati vestre per apostolica scripta mandamus, quatenus vos vel alter vestrum pallium ipsum juxta premissam formam sibi assignare curetis et ab ipso nostro et ecclesie Romane nomine sub forma, quam sub eadem bulla dirigimus, fidelitatis debite solitum recipiatis seu alter vestrum recipiat juramentum. Formam autem juramenti, quod dictus archiepiscopus prestabit, nobis de verbo ad verbum per ejus patentes litteras suo sigillo signatas per proprium nuntium quantocius destinare curetis. Datum Rome, apud sanctum Petrum anno incarnationis dominice millesimo quingentesimo tertio decimo, quinto idus Januarii, pontificatus nostri anno primo.

Nach dem Original.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

DXVIII. Papst Leo bestellt Joachim Klitzing, Geistlichen der Havelberger Diöcese, zum Coadjutor des Dompropstes Friedrich Brietzke zu Brandenburg, am 9. Jan. 1514.

Leo episcopus, seruus seruorum, Dilecto filio Joachim Clitzingk clerico hauelbergensis dyocesis Salutem et apostolicam benedictionem. Circumspecta sedis apostolice prouidentia ad ea libenter intendit, per que beneficiorum ecclesiasticorum presertim dignitatum in ecclesiis Cathedralibus post pontificales maiorum indemnitatibus consuli possit, ac illos quoque dexteram sue liberalitatis extendit, quos ad id propria virtutum merita multipliciter recommendant. Sane pro parte dilecti filii Friderici Bretzke, Prepositi ecclesie Brandenburgensis, nobis nuper exhibita petitio continebat, quod tam ipse ob podagram et alios nonnullas infirmitates quibus grauatur Preposituram dicte ecclesie quam obtinet, ut decet, in spiritualibus et temporalibus regere et gubernare ac in diuinis in dicta ecclesia prout desiderat interesse commode non possit et propterea Coadiutore ydoneo indigere plurimum nosceatur ac de tuis fide et ydoneitate plurimum in domino confisus cupiat te sibi, quoad uixerit ac dictam preposituram obtinuerit, in perpetuum et irreuocabilem coadiutorem dari et deputari. Quare tam pro parte tua quam dicti Friderici nobis fuit humiliter supplicatum, ut te eidem Friderico quoad uixerit et dictam preposituram obtinuerit, in perpetuum et irreuocabilem Coadiutorem in regimine et administratione dicte prepositure dare, constituere et deputare aliasque in premissis oportune prouidere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur qui dignitatum et aliorum beneficiorum ecclesiasticorum indemnitati libenter consulimus uolentes tibi, qui per dilectum filium Nobilem uirum Joachim Marchionem Brandenburgensem principem et sacri Imperii electorem ad nos et sedem apostolicam Orator destinatus et ut asseritur de nobili genere procreatus existis apud nos de nobilitate generis uite ac morum honestate aliisque probitatis et uirtutum meritis multipliciter commendaris, horum intuitu gratiam facere specialem teque a quibusuis excommunicationis suspensionis et interdicti aliisque ecclesiasticis sententiis censuris et penis a iure uel ab homine quavis occasione uel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existis, ad effectum presentium duntaxat consequendum, harum serie absoluentes et absolutum fore censentes necnon omnia et singula beneficia ecclesiastica cum cura et sine cura, que etiam ex quibusuis apostolicis dispensationibus obtines — ac in quibus es ad que ius tibi quomodolibet competit, quecumque quocunque et qualiacunque sint, eorumque fructuum reddituum et prouentuum ueros annuos valores ac huiusmodi dispensationum tenores presentibus pro expressis habentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, te eidem Friderico, quoad uixerit et dictam Preposituram obtinuerit, perpetuum et irreuocabilem Coadiutorem in regimine et administratione Prepositure huiusmodi cum plena libera et omnimoda facultate, potestate et auctoritate omni et singula, que ad Coadiutoris officium huiusmodi de iure uel consuetudine aut alias quomodolibet pertinent faciendi, dicendi, gerendi et exequendi, cum ad hoc ipsum Friderici Prepositi per dilectum filium Theodericum de Rynerz clericum Maguntinensis diocesis procuratorem suum ad hoc ab eo specialiter constitutum expressus accedat assensus auctoritate apostolica tenore presentium damus, facimus, constituimus et deputamus etc. Datum Rome apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis dominice Millesimo quingentesimo quarto decimo, quinto Id. Januarii, Pontificatus nostri anno primo.

Nach dem Originale im Besitz des Herausgebers.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

DXIX. Uebereinkommen des Erzbischofs Albrecht von Magdeburg mit dem Papst über einen in den Erzdiöcesen Magdeburg und Mainz und in der ganzen Mark Brandenburg auszuschreibenden Ablaß, dessen Ertrag dem Erzbischofe zur Hälfte zukomme und wogegen dem Kurfürsten von Brandenburg das Patronat über die Dompropsteien zu Brandenburg und Havelberg überlassen werde, vom 1. Aug. 1514.

Pro Archiepiscopo Magdeburgensi et postulato Moguntino. — Placeat S. V. concedere indulgentias fabrice Basilice Sancti Petri de urbe, per provincias Moguntinam et Magdeburgensem, ac directa et utilia dominia Archiepiscoporum Moguntini et Magdeburgensis ac episcopi Halberstadiensis, nec non directa et utilia dominia Marchionum Brandenburgensium, duraturas ad annos octo a die publicationis illarum, cum facultatibus concessis quibuscunque illarum commissariis, et ad instar indulgentiarum olim per fel. rec. Julium papam II. in favorem partium Livonie concessarum; ita tamen quod indulgentie S. V. concesse ecclesie Constantiensi et domui Fratrum ordinis predicatorum civitatis Augustensis non sint suspense pro eo tempore, quo concesse fuerunt. — Medietas eleomosynarum et emolumentorum colligendorum, deductis oneribus, debet cedere S. Vestre pro dicta Fabrica, alia vero medietas dicto Archiepiscopo et ecclesiis Moguntine, Magdeburgensi et Halberstadensi. — Item Archiepiscopus publicabit seu publicari faciet dictas indulgentias infra annum a dato presentium, videlicet die primo Augusti anni MDXIV, et diligenter prosequetur et prosequi faciet illarum negotium, fideliter etiam respondebit et responderi faciet singulis annis S. Vestre de dicta medietate in dicta Urbe, et ex nunc solvet S. Vre. per oratores suos decem millia ducatorum auri de causa libere, et cum pacto expresso, quod illi ex dicta medietate S. Vre. minime deduci debeant. Et placeat S. Vre. dare cautionem camere apostolice, ac promittere in vim contractus et pacti, dictas indulgentias non revocare vel suspendere, et nullas alias indulgentias plenarias etiam pro Fabrica ad dictas provincias, dictis octo annis durantibus, concedere, vel jam concessas ibidem publicare seu publicari facere, preter supra nominatas. — Item placeat S. V. providere, quod pro annatis et juribus camere et collegii ratione retentionis ecclesiarum Magdeburgensis et Halberstadensis, Archiepiscopus contra concordata Alamannie non cogatur solvere. — Item placeat S. V. concedere Marchioni Brandenburgensi principi electori, fratri dicti Archiepiscopi, et suis successoribus in perpetuum jus patronatus ad preposituras ecclesiarum Brandenburgensis et Havelbergensis, quas ecclesias progenitores et predecessores sui fundarunt et dotarunt. Ita tamen, quod ipse princeps et successores sui teneantur augmentare dotem ipsarum prepositurarum in aliqua parte, quarum fructus in simul non excedunt valorem annuum XX marcharum argenti puri, Et declarare dictum jus patronatus fundationis et dotationis, non autem privilegii jure eis competere, Et quod presentati sine alia institutione possint administrare, dummodo infra sex menses impetrent novam provisionem a sede apostolica, et expediant literas apostolicas, ac solvant omnia jura camere apostolice debita. — Item S. V. dignetur gratiose concedere signaturam suppositionis, alias pro parte b. M. Urielis Archiepiscopi Moguntini ultimi defuncti super charitativis subsidiis imponendis oblate.

Placet.

Nach einem in Erhard's Ueberlieferungen zur vaterländischen Geschichte Heft 3, S. 12 bereits abgedruckten Actenstücke des K. Prov.-Archivs zu Magdeburg.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

DXX. Papst Leo überläßt dem Kurfürsten das Patronat und Präsentationsrecht über die Dompropsteien zu Brandenburg und Havelberg, am 9. Sept. 1514.

Leo, Epiſcopus, ſeruus ſeruorum dei, dilecto filio nobili viro Joachim Marchioni Brandenburgenſi etc. Sane pro parte tua nobis nuper exhibita pelicio continebat, quod cum Brandenburgenſis et Hauelbergenſis Eccleſie olim Premoſtratenſis ordinis, nunc vero ad ſtatum ſecularem auctoritate apoſtolica redacte, a Marchionibus Brandenburgenſis progenitoribus tuis fundate et dotate fuerint ac plurimum interſit Marchionis Brandenburgenſis pro tempore, qui eciam ſacri Romani Imperii princeps Elector et dictarum Eccleſiarum defenſor exiſtit, ut in eiſdem eccleſiis, que cum variis bonis in eius marchionatu temporali dominio conſiſtunt, ſint Miniſtri et ſtatui ſuo affecti ſaltem non ſuſpecti et qui aliquid contra ſtatum ſuum attemptare non poſſint, ac propterea tamen, qui eciam ad dictas eccleſias ſingularem gerens deuotionis affectum ſummopere deſideres, Juſpatronatus et preſentandi ordinariis locorum perſonas ydoneas ad Prepoſituras dictarum Eccleſiarum, que jnibi reſpectiue dignitates poſt pontificales maiores exiſtunt — Tibi et eiſdem Succeſſoribus tuis Marchionibus Brandenburgenſibus — perpetuo reſeruari et concedi, Pro parte tua nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt tibi et ſucceſſoribus tuis prefatis Juſpatronatus et preſentandi perſonas jdoneas ad dictas Prepoſituras — concedere — dignaremur. Nos igitur ad tua tuorumque predeceſſorum grandia merita condignum reſpectum habentes ac propterea te et ſucceſſores tuos prefatos ſpecialis gratie fauore proſequi volentes — Juspatronatus et preſentandi — ad dictas Prepoſituras — dum illas deinceps per ceſſionem vel deceſſum dilectorum filiorum Friderici Brifick Brandenburgenſis et Criſtiani Wulffke Hauelbergenſis et qui eidem Criſtiano in Regimine et adminiſtratione prepoſiture Hauelbergenſis huiuſmodi cum prouiſione illius extunc prout ex ea die et econtra cum vacauerit Coadiutor — deputatus exiſtit Magiſtri Johannis Blankfeldt clerici Brandenburgenſis dioceſis Notarii noſtri — Tibi poſtquam dotem vtriuſque dictarum Prepoſiturarum ad quartam partem ipſius dotis aucmentaris — concedimus et reſeruamus — Datum Rome apud ſanctum Petrum, Anno jncarn. dom. Milleſimo quingenteſimo quarto decimo, quinto idus Septembris, pontificatus noſtri Anno ſecundo.

Nach dem Kurm. Lehns-Copialbuche des K. Geh. Kab.-Archivs III, 315.

DXXI. Bischof Hieronymus bestätigt die Anlegung einer neuen Kapelle an dem Orte bei Brandenburg, wo die Juden den Leib Christi gemißhandelt haben, am 6. Nov. 1516.

Hieronymus, dei et apoſtolice ſedis gratia Brandenburgenſis eccleſie Epiſcopus, Ad perpetuam rei memoriam vniverſorumque notitiam per has noſtras patentes literas deducimus, Quod nobis nuper pro parte circumſpectorum nobis in Chriſto dilectorum proconſulum et Conſulum veteris Brandenburgenſis civitatis oblata continebat peticio, Quatenus ipſi pro ſummi dei laude genitricisque ſue glorioſiſſime virginis Marie omniumque ſupernorum civium honore ac preſertim vivifici Corporis domini noſtri Jheſu Chriſti ac ſuarum ſuorumque ſequatium et predeceſſorum viuorum et defunctorum animarum ſalute et refrigerio, quandam Novam capellam In loco, quo perfidiſſimi Judei Teyle ſacramentum Corporis domini noſtri Jheſu Chriſti variis affecerunt contumeliis et opprobriis manibusque ſuis Indigniſſimis contractarunt, de novo erigere cumque annua penſione dotare et fundare deliberarunt,

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

proque dote ipſius quindecim florenos annui cenſus videlicet apud quendam dictam Prummenaw duas ſexagenas Marchiticas, apud quendam dictum Schatten vnam ſexagenam, apud Valentinum Wulff Braſiken vnam ſexagenam In villa Crane tres florenos, apud proviſores ejusdem Capelle pro tempore exiſtentes duas ſexagenas et apud Achim Balizs mediam ſexagenam ſub titulo emptionis de retrovendendo emptos et comparatos, prout hec in literis et regiſtraturis deſuper confectis latius continentur, ſingulis annis per magiſtrum et poſſeſſorem dicti altaris ſublevandos, percipiendos et emonendos ac vnam domum prope eandem capellam de novo extructam perpetuis futuris temporibus dederunt, deputarunt et aſſignarunt. Qua propter nobis tam humiliter quam devote ſupplicari fecerunt, quatenus cenſus antedictos cum eorum ſummis capitalibus acceptare Juribusque, privilegiis, immunitatibus et libertatibus eccleſiaſticis Inſignire et decorare, Literisque bonis eccleſiaſticis munerare Ipſosque capelle antedicte pro dote et ſui miniſtri pro tempore exiſtentis competenti ſuſtentatione unire, Inferere, appropriare et Incorporare Ipſamque capellam ſic dotatam in beneficium eccleſiaſticum ſive jura erigere, creare et auctoritate noſtra ordinaria generoſius confirmare dignaremur. Nos igitur, Hieronymus Epiſcopus antedictus, qui ad apicem pontificalis dignitatis divina ſuffragante clementia ſumus evecti, divini cultus augmentum noſtris temporibus diligimus et quantum poſſumus, fovemus et Juvamus, In nos ſuſam ſupplicationem Juſtam et honorabilem eſtimamus ipſamque admittendam duximus et admittimus, cenſus nobis oblatos cum eorum ſummis capitalibus gratanter in domino acceptamus, Juribus, privilegiis, immunitatibus et libertatibus eccleſiaſticis Inſignimus et decoramus literisque bonis eccleſiaſticis muneramus, Capelle ſive beneficii antedicto ac ſui miniſtri et rectoris competenti ſuſtentatione vnimus, Inferimus appropriamus et Incorporamus Ipſamque capellam ſic dotatam in beneficium eccleſiaſticum ſive iura ſub titulo ſue Innovationis corporis domini noſtri Jheſu chriſti erigimus, creamus, decernentes cenſus ipſos, etiam ſi In toto vel in parte temporis, ſucceſſu reempti fuerint aliique in eorundem locum empti, quod tamen abſque ſumme capitalis diminutione fieri volumus ac de ſcitu et conſenſu proviſorum dicte cappelle, Etiam ſi per cenſus futuros melioratio per quoſcunque quomodolibet fuerit facta, eccleſiaſticos eſſe et fieri Jurique et foro eccleſiaſtico inſtar aliorum deo dicatorum bonorum gaudere et ſubjacere, Invaſores et diſtractores eorundem ſacrilegos eſſe utque tales cenſura eccleſiaſtica cohercendos et compellendos. Ne autem ſtipendium, quod laboris gratia aſſignari conſuevit, gratis datum videatur, ſtatuimus et ordinamus, quod poſſeſſor ejusdem capelle pro tempore exiſtens, quem primum venerabilem nobis in Chriſto dilectum fidelem Vicarium noſtrum dominum Jacobum Groper eſſe volumus, cenſus ipſos in ſuis ſolitis terminis percipere, colligere et extorquere Inque ſuos et dicte capelle vſus convertere poſſit et valeat ac propterea pro fundatorum eorumque ſequatium et predeceſſorum ſuorumque parentum, amicorum, fratrum, ſororum, benefactorum, viuorum et mortuorum ac omnium aliorum, qui conſilium, auxilium et Juuamen ad hujusmodi fundationem preſtiterint, animarum ſalute et refrigerio ſingulis ſeptimanis ſuo tempore tres miſſas, unam dominica die de tempore, etiam ſingulis quintis feriis cum certis ſcholaſticis ſibi per rectorem ſcholarum prenarrato antedicte veteris Civitatis Brandenburgenſis aſſociatis et adjunctis de prelibato vivifico corpore Chriſti cantabit, pro quo rector ejusdem capelle pro tempore exiſtens rectori ſcholarum prenarrato ſimiliter pro tempore exiſtenti unum florenum annuatim ſemotis excuſationibus perſolvat, Tertiam vero de Beata virgine Maria aut pro defunctis ſingulis Sabatinis diebus peragere et celebrare ſit aſtrictus. Nobis vero et Succeſſoribus noſtris pro procuratione ſimplici de quatuor fruſtis ſeu portionibus pro quolibet fruſto vndecim denarios monete currentis dare et ſatisfacere, in procurationibus vero aliis reliquo clero noſtre dioceſis ſe conformare debeat et teneatur, Volentes etiam in antea dictam capellam ſive beneficium nulli niſi honeſto preſbytero aut illi qui qui infra annum a tempore vacationis ordinem ſacrum preſbyterii ſuſcipiet conferri.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Si secus fuerit factum, Id irritum et inane decernimus per presentes. Jus autem patronatus sive presentandi dicte capelle vacationis tempore apud prelibatos viros Proconsules et Consules veteris Brandenburgensis Civitatis de vnanimi eorum consensu perpetuis futuris temporibus manere spectare et pertinere volumus; Primariis nihilominus nostris precibus et aliis juribus nobis in premissis competentibus ac etiam parochialibus In et per omnia semper salvis, premissis omnibus et singulis auctoritatem nostram ordinariam et decretum Interponimus per presentes. Nulli igitur homini liceat hanc paginam nostre acceptationis infringere aut ei ausu temerario quovismodo contravenire. Si quis autem hoc attentare presumpserit, Indignationem omnipotentis dei et Beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus, se noverit incursurum. Datum in arce nostra Episc. Ziieser, Anno domini Millesimo quingentesimo sexto decimo, die Mercurii sexta mensis Novembris. Vicariatus ob muneris nostri sigilli carentiam sub sigillo presentibus in evidens testimonium premissorum subappensi.

Petrus Conradi Notarius ad premissa manupropria.

Nach dem Originale.

DXXII. Notariats-Instrument über das vom Bischof Hieronymus von Brandenburg dem Erzbischof Albrecht zu Magdeburg geleistete Suffragan-Gelöbniß, vom 2. Nov. 1518.

In nomine domini Amen. Anno a natiuitate eiusdem Millesimo quingentesimo decimo octauo, Indictione Sexta, die vero Martis, secunda Mensis Nouembris pontificatus Sanctissimi in christo patris et domini nostri domini Leonis diuina prouidentia pape decimi anno Sexto, In Reuerendissimi et Illustrissimi principis et domini domini Alberti Miseratione diuina tituli Sancti Chrisogoni sacrosancte Romane ecclesie presbiteri Cardinalis, sancte Maguntinensis sedis et Magdeburgensis ecclesie Archiepiscopi sacri Romani Imperii Archicancellarii, Principis Electoris ac primatis, Administratoris halberstadensis, Marchionis Brandenburgensis, Stettinensis, pomeranie, Cassuborum et Schlauorum ducis Burggrauii Nurenbergensis ac Rugie principis, Meique Notarii publici testiumque infrascriptorum ad hoc specialiter vocatorum et rogatorum presentia personaliter constitutus Reuerendus in christo pater et dominus dominus hieronimus Episcopus Brandenburgensis, prefati Reuerendissimi ac Illustrissimi principis Cardinalis Archiepiscopi Magdeburg etc. Suffraganeus, Principalis principaliter pro se ipso ad requisitionem pro et dicti domini Archiepiscopi nomine prius factam se ad fidelitatis obedientie et reuerentie solitam et consuetam promissionem sponsionem atque manualem prestationem ceteraque in et circa huiusmodi fieri obseruari solita atque consueta admitti debitis cum reuerentia et Instantia postulauit. Quam petitionem Reuerendissimus et Illustrissimus princeps et dominus Cardinalis ac Archiepiscopus supradictus Justam atque rationi consonam fore attendens prius consilio et premeditatione cum sue Reuerendissime et Illustrissime paternitatis consiliariis habitis, prenominatum Reuerendum patrem et dominum dominum Jheronimum Episcopum Brandenburgensem Suffraganeum suum ad huiusmodi obedientie ac reuerentie solite et consuete promissionem pollicitationem et manualem prestationem admittendum duxit et admisit. Cui Episcopus Brandenb. principalis et principaliter admissus Omnibus melioribus modo Jure via causa forma et ordine quibus debuit et potuit animo tranquillo ac deliberato huiusmodi fidelitatis obedientie et reuerentie debite realem et effectualem dedit et fecit prestationem atque manualem promissionem eandem vice ac loco Juramenti fideliter ac Inuiola-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

biliter obſeruandam Cum omnibus ſuis annexis et connexis Ipſi Reuerendiſſimo et Illuſtriſſimo Archiepiſcopo Magdeburgenſi de Jure obſeruantia ſeu conſuetudine a gratia ſua Suffraganeo debitis libere palam et publice in manibus eiuſdem Reuerendiſſimi et Illuſtriſſimi Cardinalis principis et Archiepiſcopi Ipſo principaliter recipiente et ſtipulante realiter et effectualiter preſtitit atque ipſi Archiepiſcopo ſuo Magdeburgenſi in omnibus licitis et honeſtis vt ſuffraganeum decet parendum et obediendum expreſſe obligauit, Stipulatus eſt atque Promiſit. Super quibus omnibus et ſingulis premiſſis prefatus Reuerendiſſimus et Illuſtriſſimus Cardinalis et Archiepiſcopus Juſſit et mandauit per me Notarium publicum infraſcriptum publicum et publica fieri et confici Inſtrumentum et Inſtrumenta. Acta fuerunt hec in arce diui Mauricii opidi hall Magdeburgenſis dyoceſis Inque Stuba maiori vulgariter ad Roſam nunccupata Sub anno Indictione die Menſe et pontificatu quibus ſupra. Preſentibus ibidem Generoſis Nobilibus Egregiis et Strenuis viris dominis Bottone Comite in Stolberg, Magiſtro curie, Wolfgango de Schonberg, Comite domino in Gleuchen et Waldenberg, Buſſone de Aluenſleuen doctore prepoſito Brandenburg. Laurentio Zceh doctore et Cancellario et aliis conſiliariis prefati Reuerendiſſimi et Illuſtriſſimi domini Cardinalis Archiepiſcopi etc. teſtibus ad premiſſa vocatis ſpecialiter atque rogatis.

Et ego Tielmannus kreych preſbiter Maguntinenſis dyoceſis publicus Sacra Imperiali auctoritate Notarius quia dictis obedientie preſtationi Promiſſioni ac Receptioni omnibuſque aliis et ſingulis premiſſis dum ſic vt premittitur coram prefato Reuerendiſſimo et Illuſtriſſimo Cardinali principe archiepiſcopo etc. fierent et agerentur vnacum prenominatis teſtibus preſens Interfui Eaque omnia et ſingula ſic fieri vidi et audiui Ideo hoc preſens publicum Inſtrumentum manu mea propria ſcriptum exinde confeci ſubſcripſi publicaui, Et in hanc publicam formam redegi Signoque nomine et cognomine meis ſolitis et conſuetis ſignaui In fidem et teſtimonium omnium et ſingulorum premiſſorum rogatus atque Requiſitus.

Nach dem Original des K. Provinzial-Archivs zu Magdeburg.

DXXIII. Vergleich zwiſchen dem Biſchof Hieronymus und dem Domcapitel, wornach der Biſchof und jedes Mitglied des letztern über ſein Vermögen frei teſtiren kann, vom 29. Okt. 1518.

Wir Hieronimus, von Gots Gnaden Biffchoff zu Brandenburg, und wir hernochgeſcribbene Nicolaus Broſken, Dechandt, Petrus Behem Cantor, Philippus Klytzingk, Theſaurarius, Thomas Brytzke, Senior, und das gantze Capittel der Kirchen zu Brandenburg, bekennen etc. nachdeme wir Hieronimus in negſter unſer Krangkheit eyn gotlich zeymlich Teſtament am mehern Teyll unſer Thumkirchen zu Mherung Gotts Dienſt und Enthaltung der Perſonen derſelben beſchloſſen und im aller Peſten unſer Bruder, Thechants und des Capittels Vorwillung dorzu erſucht, das och erſtlich aus irer guter Vernunfft gutwillig von inen vor unſern Geſchigten gefulwort und dornach durch eyn beſze Verſarung widder geweygert iſt wurden, doraus ſich ervolget hat, das wir aus guten Grunden unſerer Thumherren Teſtament noch nit haben iren Furgang geſtatten ader och dieſelbigen beſtettigen wollen: derhalben haben wir und unſer Capittel uns eynmüdtig derſelben Infall volgender Meynunge vor unſer und alle ire Nachkomende vereiniget und vertragen, nemlich alſo, das

wir obengeſcrebene Dechandt, Cantor, Theſaurarius, Senior und gantze Capittel der Kirchen zu Brandenburg den itzigen unſern gnedigen Herren dem Biſchoff zu Brandenburg und ſeyner Gnaden nachkomende Biſchoffe an Beſtellung irer Gnaden letzten Willen und Teſtament nicht verhyndern, ſperren, irren, ader och nach irer Gnaden Tode uffhalden wollen, ſonder eynes itzlichen Biſſchoffs und ſonderlich des itzunder regirenden unſers gnedigen Herrn, Herrn Hieronimi, unſers Biſchoffs, Teſtament und letzten Willen eynen freyen ſtracken Vorgang noch Laudt deſſelbenen haben und volgen laſſen, och ſelbſt dor an ſeyn, das dem geborlich Executien und Volge geſchee ane alle Eynrede und Geferde, doch alſo, das ſeyn furſtliche Gnade und deſſelben Nachkomenden von den lygenden Gütern, Zinſen, Pechten, Nutzungen, die ſye bey irem Stifft gefunden, und dem biſchofflichen Tyſche zugehorig ſein, auch von dem Silber und Clenottien, dye ſye im Eingang ires Regiments funden und die Nachkomende kunftiglich finden werden, nichts teſtiren, legiren oder beſcheden ſollen, ſonder allene von deme, das ſye mit innin das Stifft gebracht, bey irer Regirung erworben und erübert haben, dovon ſollen und megen ire Gnade frey ſthen iren letzten Willen zu Seligkeit irer Selen zu ordenen und beſtellen nach irer Gnaden Willen und Gefallen. Doran wir und alle unſer Nachkomende ire Gnaden nicht ſullen vorhindern ader och nicht weren ader wercken ſo wenig noch irer Gnaden tödtlichem Abegange, als an irem Leben keynerley Weyſs. Widderumb haben wir, Hieronimus, Biſchoff zu Brandenburg, freyes Willens und aus gutter Vorbetrachtung verwilliget und nachgegeben, das alle unſer Thumkirchen Prelaten und Dhumherren, keynen ausgefloſſen, und och ire Nachkomende ſollen vollen Gewalt und Macht haben, von den Guttern, die irem jedem von Got verlegen ſeyn und werden, eyn ordentlich Teſtament oder letzten Willen zu machen nach Form und Weyſe der Recht, Gewohnheit und der Statuta ſinodalia, wie ander wertliche Prelaten, Dumherren und geiſtliche Perſonen, die wir und unſere Nachkomende och wollen gleich aller anderer wertlichen Prelaten und geiſtliche Perſonen Teſtament und letzten Willen beſtettigen, confirmiren und mit gantzen Vleys doran ſeyn, das ſye ires Rechtes ſtragken Inhaltes exequiret und geborlicher Execution werden demandiret. Solch oben beſcrebene alle Stugk, Punct und Artickell verſprechen und globen wir Hieronimus vor uns und unſer Nachkomend Biſchoff und wir Dechant, Cantor, Theſaurarius, Senior und gantze Capittel der Kirchen zu Brandenburg vor uns und alle unſer Nachkomende und itzlicher inſunderheit gegen einander für und fur zu ewigen Zeyten vheſtiglich zu halden bey unſern fürſtlichen Wirden und bey unſern andern guten Treuen und der Warheit. Des zu Urkundt etc. Gegeben MDXVIII. am Freytag nach Simonis et Jude der heiligen Apoſteln.

Nach dem Originale.

DXXIV. Papſt Leo X. befiehlt dem Archidiaconus in Wittenberg den Streit des Dompropſtes mit dem Dechanten und Domcapitel in Brandenburg über Kirchenviſitationen und die üblichen Gebühren zu unterſuchen und beizulegen, am 26. Mai 1518.

Leo, epiſcopus, ſervus ſervorum dei, dilectis filiis archidiacono et ſcolaſtico eccleſie omnium ſanctorum in Wittenbergh, Brandeburg. dioceſis, ſalutem et apoſtolicam benedictionem. Querelam dilectorum filiorum, decani et capituli eccleſie Brandeburgenſis, accepimus, continentem, quod licet jus viſitandi eccleſias, hoſpitalia et alia pia loca infra limites jurisdictionis prepoſiture

Brandeburgenſis nuncupate conſiſtentia, ac perſonas eccleſiarum hoſpitalium et locorum piorum eorundem celebrandique ſinodum in eisdem ac exceſſus, crimina et delicta eorum corrigendi et reformandi ac alia, que inibi ad viſitationis officium pertineant, exercendi et ratione viſitationis per eos pro tempore facte ac aliorum premiſſorum procurationes ac ſinodaticum et cathedraticum recipiendi de antiquo et approbata legitimeque preſcripta ac per tempus, de cujus initio ſive contrario hominum memoria non exiſtit, inconcuſſe obſervata conſuetudine ad pro tempore exiſtentem decanum et capitulum prefatos et minime ad pro tempore exiſtentem prepoſitum dicte ecclefie ſpectaverit et pertinuerit, ſpectetque et pertineat, fuerintque et ſint decanus et capitulum prefati per tempus immemorabile hujusmodi ſalvis infradicendis in poſſeſſione ſeu quaſi pacifica et quieta juris premiſſorum ſcientibus et patientibus epiſcopo Brandeburgenſi, qui pro tempore fuit, et prepoſito prefato, tamen moderni presbiteri et clerici infra limites jurifdictionis hujusmodi et preſertim beneficia eccleſiaſtica inibi obtinentes a certo tempore citra decanum et capitulum prefatos quominus viſitationem, ſinodi celebrationes ac alia jura predicta libere exercere ipſorumque exceſſus, crimina et delicta corrigere et que reformanda fuerint reformare ac procurationes, Sinodaticum, Cathedraticum et alia jura ratione viſitationis et ſinodi hujusmodi ad eos ſpectantia eisque debita percipere valerent impedire ac deſuper eos perturbare preſumpſerunt hactenus et preſumunt in animarum ſuarum periculum et ipſorum decani et capituli prejudicium non modicum et gravamen: quare pro parte dictorum decani et capituli nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut eis ſuper hiis juſtitie miniſterio oportune providere paterna diligentia curaremus. Quocirca diſcretioni veſtre per apoſtolica ſcripta mandamus, quatinus, vocatis, qui fuerint evocandi, et auditis hinc inde propoſitis, quod juſtum fuerit, appellatione remota decernatis, facientes, quod decreveritis, per cenſuram eccleſiaſticam firmiter obſervari; teſtes autem qui fuerint nominati, ſi ſe gratia odio vel timore ſubtraxerint cenſura ſimili appellatione ceſſante, compellatis veritati teſtimonium perhibere. Quod ſi non ambo hiis exequendis potueritis intereſſe, alter veſtrum ea nichilominus exequatur. Datum Rome apud ſanctum Petrum anno incarnationis dominice milleſimo quingenteſimo decimo octavo, ſeptimo Kal. Junii, pontificatus noſtri anno ſexto.

Nach dem Originale.

DXXV. Vergleich zwiſchen dem Dompropſt Buſſo von Alvensleben und dem Domcapitel, über die Einkünfte des erſteren, durch den Kurfürſten und den Biſchof Hieronymus bewirkt, am 2. Mai 1519.

Wir Joachim, von Gottes Gnaden Marggraff zu Brandenburg etc. und wir Jheronimus, von der ſelben Gnaden Biſchoff zu Brandenburg, bekennen etc. Nachdem und als mannigfaltige Irrung und Gebrechen zwiſchen den etc. Ern Buſſo von Alvenfleben, Doctor und Thumprobſt eins Ern Nicolao Broficken Dechant, Magiſtro Petro Behem Cantori, Philippo Klitzingk Theſaurario, Conrado Wimpina Doctor, Thoma Bryſt Seniori, Paulo Heverſtet, Ludowico Luderitz, Hermanno Scaplow, Thoma Diriken, Joachim Fabri, Alberto Wegener, Ambroſio Otterſtet, Wernero Stechow und Ottoni Fabri und allen andern Capittels Herren in Gemein und Sunderheit der Thumbkirchen zu Brandemburg anders Teyls der Verſorgung, Einemens und Auffhebens genanter Thumbprobſtey der Thumbkirchen zu Brandeburg erwachſen ſein, die ſie von beiden Teylen auff uns zu verſprechen, zu weyſſen und zu laudiren volmechtig-

